HISTORIÆ FRISINGENSIS
TOMI II.
PARS ALTERA INSTRUMENTARIA,

In qua

Plùs quàm quadringenta Inſtrumenta
Pontificum, Cardinalium, Metropolitanorum, Epiſcoporum, Abbatum, Canonicorum: item Imperatorum, Regum, Archiducum, Ducum &c. ad hunc alterum Tomum pertinentia recenſentur.

JUSSU ET AUSPICIIS

Reverendiſſimi ac Celſiſſimi S. R. I. Principis ac Domini

DOMINI

JOANNIS FRANCISCI

Ex Illuſtriſſimis Baronibus Eckherianis

Epiſcopi Friſingenſis,

Adjectis Indicibus neceſſariis,
Cum erudito Orbe communicantur

à

P. CAROLO MEICHELBECK,
Benedictino Benedictoburano, Reverendiſſimi ac Sereniſſimi Principis & Epiſcopi Friſingenſis &c. &c. nec non Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis & Abbatis Campidonenſis Conſiliario Eccleſiaſtico.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
[S]umptibus MONASTERII BENEDICTOBURANI,
Proſtat verò apud DAVID. RAYMUND. MERZ, & JO. JACOB. MAYER,
ANNO MDCC XXIX.

IN PARTEM FRISINGENSIS HISTORIÆ TOMI II. ALTERAM INSTRUMENTARIAM AD LECTOREM PRÆFATIUNCULA.

DUm nobis merito gratulamur, quod facta in Tomo præcedenti Instrumentorum Frisingensium editio aliquid lucis etiam aliarum Ecclesiarum & Illustrium Familiarum rebus attulerit, quod experientia hactenus docuit, non est, cur repetamus ea, quæ in Parte illius Instrumentaria de utilitate ejusmodi Instrumentorum fusius præfati sumus. Illud propemodum unicum monemus ac repetimus, nos in producendis hujus Tomi II. Instrumentis parciores fuisse, quam in Tomo I. idque ea fere unica ratione, quia Instrumenta posteriorum annorum, ceu recentiora, non eandem cum præcedentibus antiquitatis gratiam habere solent, neque parem eruditionem avido Lectori afferunt. Hinc etiam opus non fuit visum multis notis ejusmodi Instrumenta illustrare, cum in iis perlegendis eruditi non multam difficultatem sint reperturi. Addidimus nihilominus passim aliqua, quæ Lector monendus erat: aliqua etiam statim in

in contextu Partis Hiſtoricæ expoſuimus. Pleraque hujus Partis Inſtrumenta, uti titulus præfert, ſunt Imperatorum, Regum, Archiducum, Ducum, Comitum, Baronum, Patritiorum, &c. item Pontificum, Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Canonicorum, &c. quæ merito recenſenda eſſe omnino exiſtimavimus. Intercurrent nihilominus aliqua etiam ab hominibus inferiorum ſubſelliorum conſcripta, quæ tamen non idcirco erant omittenda, cum etiam ex iis poſſint aliqua utilia, vel etiam pie curioſa hauriri. De induſtria vero non pauca omiſimus, quæ in quorundam ingeniis ſiniſtræ interpretationi poſſent eſſe obnoxia, & diſputationem aut ſcrupulos ſuſcitare. Neque exiſtimes, Benigne Lector, omnia, quæ diligenter quidem ex uno & altero loco expetivimus, ad manus noſtras perveniſſe. Interea ſperamus, contentum Te fore, quod in univerſo hoc Opere ultra duo Millia ejusmodi Inſtrumentorum in lucem produxerimus, quot fortaſſis in aliis ejusmodi operibus, de unico coævo Epiſcopatu hactenus conſcriptis, vix reperies. Simili etiam fere ratione in hoc Tomo II. parciores fuimus in apponendis ſigillis aliisque rebus æri incidendis. Certe ſigilla antiqua in Archivo Friſingenſi deprehendimus fere melius fuiſſe cuſtodita quam recentiora, ſicut etiam antiqui horum poſſeſſores fuere diligentiores circa Inſtrumenta in Codices tranſcribenda, quam poſteriores. Certe ſi Nobilium ſigilla (quæ quidem, ut opinamur, nonniſi ab initio Sæculi XIII. initium habent) voluiſſemus inſerere, opus nimium excreviſſet, & ſumptus ingentes ſibi poſtulaſſet. Deinde ſi unius, non item alterius Nobilis familiæ inſignia extuliſſemus in lucem, res caritura non videbatur æmulatione; cui proinde incommodo obviare diſſimulando maluimus.

Hæc ſunt, quæ Lectorem paucis præmonendum cenſuimus: cui omnia proſpera ex animo iterum iterumque apprecamur.

Inſtru-

Inſtrumenta ſub Geroldo Epiſcopo XXV.

NUM. I.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Conventui Monaſterii de Beyhartingen Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetæ pietatis officio propenſiùs diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia Mater ſuæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiam de Tunttenhauſen, quam venerabilis Frater noſter Friſingenſis Epiſcopus ad ſuſtentationem veſtram Capituli ſui accedente conſenſu pia vobis liberalitate contulit, ſicut eam juſtè, canonicè, ac pacificè obtinetis, & in litteris ipſius Epiſcopi pleniùs dicitur contineri, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrociniò communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Lateran. III. Calend. Martii Pontificatûs noſtri Anno X.

NUM. II.

IN nomine Domini Amen. Geroldus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in noſtræ ſalutis auctore. Quoniam ea, quæ in tempore fiunt, mutatione temporis humanam plerumque, niſi litterarum mancipentur indiciis, ſolent auffugi memoriam, tenore præſentium tam futuris quam præſentibus notum eſſe cupimus, quod conſiderata neceſſitate præbendarum, & defectu fratrum Eccleſiæ S. Zenonis in Iſm Eccleſiam Parochialem ejusdem loci nobis vacantem, tum propter neceſſitatem, tum etiam religionem Canonicorum ibidem Deo famulantium, de conſenſu Capituli noſtri ad communem uſum præbendarum, contulimus in perpetuum, ſalvo Kathedratico, & jure Diœceſani ante memoratæ Eccleſiæ. Præpoſitus de Concilio Capituli ſui, nobis ac Succeſſoribus noſtris Vicarium unum de Canonicis perſpicuum perpetuò inſtituendum præſentabit, & ſi etiam Canonici in Concilio diſſenſerint, nihilominus Præpoſitus Iſenſis præſentatione Vicarii utatur. Ut autem hæc donatio inconvulſa, & in perpetuum valitura permaneat, præſentem paginam tam noſtro, quam Capituli Friſingenſis ſigillis fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Gottwinus novæ Cellæ Præpoſitus, Eberhardus majoris Eccleſiæ Decanus, Fridericus S. Andreæ, Ulſcalſcus S. Viti, Chunradus

Isnensis Præpositi, Chyemo, Eberhardus, Kasto, Hermannus Ludovicus Canonici Frisingenses, & alii quam plures. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini Millesimo, ducentesimo vigesimo octavo, Calendas Martii decimo quarto, Indictione secunda.

Num. III.

CHunradus Dei gratia Frisingensis Electus & confirmátus feliciter Amen. Evanescunt cum tempore, quæ geruntur in tempore, nisi litterali memoria, & testimonio prudentum robur accipiant & firmamentum. Noverint igitur universi tam præsentes quam posteri, quòd nos ad consilium nostri Capituli & Ministerialium Feodum, quod Hædewigis de Kamera hactenus ab Antecessoribus nostris justè & quietè possedit, videlicet duas curias in Worholz, & unam in Tattenhusen cum hominibus attinentibus ei contulimus. Si verò memoratam H. priùs quàm maritum ejus Ulricum de Kamera in fata decedere contigerit, ipse Ul. jam dictum feodum quietè sed ex gratia non jure feodi usque ad terminum vitæ suæ possidebit. Ita duntaxat, quod si prædictus Ul. idem feodum cogente aliqua necessitate usque ad tempus vitæ suæ obligare voluerit, non nisi requisito nostro consilio & voluntate. Defuncto verò sæpè fato Ul. prætaxatum feodum in usus nostri Episcopatûs liberè cedet & absolutè. Sed ne res gestæ ulla fraude sive dolo valeant calumpniari, præsentem paginam sigillo nostro fecimus communiri subscriptis testibus, quorum nomina sunt hæc: Uto Præpositus Frisingensis, Geroldus quondam Episcopus, Friderieus Sancti Andreæ Præpositus, Ulscalcus Sancti Viti, & Chunradus in Isen Præpositi, Ebberhardus, Ludewicus & Otto Canonici, Fridericus Taurus Saubinus in Isen Canon. Laici. Isenricus de Waldekke, Hainricus de Vagen, Chunradus de Humbelen, Engelwanus de Ahdorf, Fridericus de Swebingen, Sigehardus Dapifer, Hainricus de Wæcherigen, Albero de Marhpach, Rudolfus de Nurenberch, Witego & Swiggerus de Montalban, Albertus de Ardakker, Chunradus Sappo, Ulricus de Ubingen, Hainricus de Bæsingen, Ludewicus de Putelbach. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini M.CC.XXX.I. Pontificatûs nostri anno primo.

Num. IV.

NOtum sit omnibus tàm futuris quàm præsentibus, quòd cum fieret partitio de pueris Leonh. de Lonk inter Chunradum Frisingensem Electum, & illustrem Karinthiæ Ducem Bernhardum, Wern. Ja. Jeuta, Rihza Domino Electo: Ch. Morhardus, Agnes, Dimudis Domino Duci cesserunt in partem, ita quòd prædictis pueris & adhuc genitis æqua in portione substantiæ & patrimonii pars tribuatur. Ut autem hoc ratum permaneat, præsentem cartam prænominatorum C. Electi, & Bernhardi Ducis sigillis fecimus communiri. Testes hii sunt, Hermannus Comes de Ortenberch, F. de Valchenberch, Reinwicus de Laibach, Swikerus de Vrowenstein, Uto Præpositus, Eber. Decanus Frisingen. Isenricus de Waldekke, Heinricus de Vagen, C. de Humbeln, Engelwanus de Ahdorf, Sighardus Dapifer, Leon. de Lok, H. de Wilhaim, Pertoldus de Geboltspach, Hainricus de Niwertingen, Gerlohus de Lok, Albertus de Altenburch, C. Sappo, & alii quam plures.

NUM.

Num. V.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis Amen. Conradus Dei gratiâ Comes de Wazzerburch omnibus in perpetuum. Cùm utique quilibet mortalium ad promerendam vitam eternam bonis studere debeat operibus, & de peccatis suis abolendis gratum Deo ac anime sue salubre facere remedium. Nos eapropter Divino amore accensi & commoniti, testamentum nostrum adhuc viventes ad Monasterium de Roth, ob reverentiam SS. Marini & Aniani ibidem requiescentium, nec non ob redemptionem anime nostre ac omnium parentum nostrorum facere decernimus in donatione prediorum subscriptorum. Tradimus enim ad predictum Monasterium annuente dilecta thori nostri consorte Kunigunda Curiam in Mosheim cum hominibus, agris, pratis, pascuis, silvis, & omnibus aliis appendiciis suis cultis & incultis, ita, ut post mortem nostram sive heredibus legitimè habitis, sive non habitis proventus ejusdem Curiæ ad usus dicti Monasterii liberè cedant & absolutè. Item donamus sepe dicto Monasterio cum consensu prefate Conjugis nostræ Kunig. ex officio de Werberch tres Vaccarias, curiam in Altenhohenau, curiam in Murn, Vaccariam in Pach. Hæc omnia damus cum hominibus & omnibus aliis appendiciis suis cultis & incultis, ita tamen, ut post mortem nostram & conjugis nostræ iidem redditus ad usus jam sepius dicti Monasterii hæredibus non habitis similiter cedant liberè & absolutè. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Dom. MCCXXXIII. X. Kal. Junii.

Prædictis siquidem predicto modo peractis plantationem novellam ob remedium anime nostre, nec non Uxoris nostre in curia Altenhochenawe inchoantes ipsam ab Ecclesia Rotensi commutatam pro curia in Altislvingen absolvimus: item commutavimus curiam in Mosheym pro curia in Obirnloh, quam Ecclesie Rotensi dedimus in possessionem corporalem & presentem. Ut autem hæc nostra traditio futuris temporibus rata permaneat & inviolabilis, presentem paginam Sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes autem sunt hii: Dietricus & Sifridus fratres de ordine Predicatorum. Boppo Plebanus de Mundrichingen. Hainricus Plebanus de Ehmaringen. Rapoto, Diethmarus Dyacones. Carolus de Gelhuoben. Meingotus de Rute pincerna. Hainricus de Gogglingen & H. filius suus. Pertholdus Bvvvirarius &alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnat. Domini MCCXXXV. III. Nonas Februarii. Dat. apud Wazzirburch.

Num. VI.

FRidericus Judex, universique in Monaco cives omnibus præsentem intuentibus & audientibus paginam, notum facimus, quòd Dominus Hainricus venerabilis in Roth Abbas coram nobis in judicio constitutus, idoneis probaverit testibus, quòd Ecclesia sua Roth tali hucusque gavisa sit jure, auctoritate Venerabilium Ottonis, Geroldi, quondam Frisingensis Ecclesiæ Episcoporum, & D. Chunradi, jam ibidem Episcopo existente, quòd de bonis, quæ de redditibus suis per nostram ducuntur civitatem, nullum penitùs solvere debent theloneum, quod nos utique eidem Abbati, & Ecclesie sue Roth cuplentes inviolabiliter ab omnibus civitatis nostræ thelonearìis observari, præsentem paginam pro indicio predicte libertatis, Sigilli nostri munimine decrevimus roborari, & testibus subscriptis annotari, quorum nomina sunt Fridericus Ecclesie S. Andree Præpositus, & majoris Ecclesie Canonicus, & Pater ejus Ebethardus. Jordanus Judex. Pertholdus filius Wiepurgis. Hermanus Putrich. Burchardus Rufcat, Ulricus Aureus, & filius suus Waltherus. Pezelo, filius suus Chunradus. Hainricus Forstær. Chunradus

radus juxta portam superiorem: filius suus Bertholdus. Ulricus Camararius. Rudigerus Pabularius. Heinricus Sterceil. Henricus Kegelarius. Chunradus filius Eberhardi. Ulricus Witscet, frater suus Heinricus. Sigehardus Sentlinger. Chunradus Chuftinger. Heinricus Plebanus de Eiblingen. Fridericus Scolasticus in Roth. Henricus miles de Kogelingen. filius ejus Henricus. Fridericus Læringer. Hartwicus de Ehmeringen. Rudolphus preco. Rudigerus Cellerarius, & alii quam plures. Datum apud Monacum Anno Domini MCCXXXVIIII. V. Kal. Junii. Ego Chunradus de Illenmunster Canonicus, in Monaco Scolasticus interfui, jussuque civium hanc paginam subscripsi.

Num. VII.

EGo Ulricus de Himperch scire volo tenore præsentium, quòd Advocatiam apud Enzinstorf, quam à Domino meo Friderico illustre Duce Austriæ & Styriæ ac Domino Carniolæ nomine feodi possidebam, liberaliter & voluntariè resignavi, renuntians omni juri, quod in eadem Advocatia mihi vel meis competebat hæredibus, aut competere videbatur, & dilectus Dominus meus Chunradus venerabilis Frisingensis Episcopus, ut eandem Advocatiam à me de bona mea redimeret voluntate quingenta talenta Wiennensis Monetæ mihi dedit, & dari procuravit integraliter pro eadem, quam pecuniam me confiteor recepisse testimonio hujus scripti. Et ut hujus Advocatiæ resignatio ac solutio facta pecuniæ memoratæ non possint recipere dubium in futurum, præsentem paginam non solùm sigilli mei, verùm etiam prædicti Domini mei Ducis, ac aliorum sigillorum, quæ obtinere potui, procuravi Karactere communiri ad perpetuam hujus facti memoriam & cautelam. Dat. Heimburch, anno Domin Millesi. CC. XL tertio. VI. Idus Martii, coram testibus subnotatis. Domino meo Friderico illustre Duce Austriæ & Styriæ ac Domino Carniolæ, Chunrado de Hardeke, Hermanno de Ortenburch, Wilhelmo de Hunnenburch Comitibus. Ottone de Zlöenz, Gebhardo de Tolnz, Anshelmo de Justingen, Poppone de Pezla, Wernhero de Labir, nobilibus. Kadoldo de Poungartin, Heinrico de Halkimberch, Alberone de Kunringen, Alberone de Swarzenawe, Chunrado de Zelkingen, Ottone de Missawe, Heinrico de Haugsbach, Pincerna Heinrico de Gretschinstein, Zlawat dapifero, Wolfkero de Parowe, Ulrico de Hittendorf, Cholone de Vronhoven, Ottone de Waltkunskirichen Camerario, Dietrico de Dobra Pincerna, Wernhardo Pruzelino, & aliis quàm pluribus fide dignis, quorum non sunt nomina hic notata.

Num. VIII.

INnocentius &c. dilectis filiis - - - de Sytansteten - - - Merlicensi - - - Islbarte Abbatibus Pataviensis Salutem & A. b. Sua nobis venerabilis frater noster Episcopus Frisingensis conquestione monstravit, quod Archi-Episcopus Salisburgensis Metropolitanus ipsius electionem de P. * qui pro Abbate Tegernseensis Monasterii Frisingensis Dyocæsis se gerit, quam idem Episcopus propter electionis vitium & electi duxerat irritandam, pro sua voluntate confirmans, post appellationem ad Sedem Apostolicam interjectam, eidem munus benedictionis impendit, fecitque ipsum in idem Monasterium intrudi, in ejusdem Episcopi non modicum præjudicium & gravamen. Quocirca discretioni tuæ * per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod Canonicum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes, quod statueritis, firmiter observari. Testes autem, qui nominati fuerint, si se gratiâ, odiô,

* Perchtoldo.

* forté vestræ.

odiô, vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam cessante appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. Quòd si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrûm ea nihilominùs exequantur. Dat. Lateran. Non. Maji Pontificatus nostri anno primo.

Num. IX.

Nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus per præsens scriptum notum fieri cupimus universis tam præsentibus, quàm futuris, quòd cum inter Conventum Novæ Cellæ Frisingæ ex una, & Heinricum & liberos ejusdem Egenhoven ex parte reliqua lis super quadam dote in Ki(e)nberk sita aliquamdiu verteretur, super ipsa lite terminanda & discutienda partibus ad nostram præsentiam convocatis diem peremptorium utrique partium nobis præstituentibus Egenhovenses die & loco illis à nobis præstituto * & comparentes se contumaciter absentarent, nec responsalem aliquem transmiserunt. Conventu verò prædicto coram nobis posito justitiam sibi fieri postulavit, invocato bonorum & ydoneorum virorum testimonio & oblato, dictam dotem, in quam memorati Egenhovẽn se habere jus hæreditarium affirmaverant, de qua etiam, sicut diximus, iis vertebatur, ad Ecclesiam suam in Ki(e)nberk attinere jure plenissimo dictante sententia probaverunt, & ejusdem dotis possessio coram nobis sæpè dicto Conventui est adjudicata. In hujus itaque rei testimonium, ne de ipsa dote lis nova valeat suscitari, præsentem paginam nostro sigillo jussimus communiri. Volumus etiam, ut quicumque eandem dotem in præjudicium præfati Conventûs invaserit, sciat se Excommunicationis vinculo innodatum. Aderant autem huic tractatui Nobilis Vir Otto de Hagenowe, Chunradus pincerna de Humbei, Dietricus de Vilzheim, Fridericus de Sigmaẽshusen Milites, Albertus præco de Wisheim, Heinricus Judex, Wikmannus quondam Judex, & alii quàm plures. Datum per manus Ch. Notarii anno gratiæ Millesimo CC.XLV. VI. Kalendas Novembris.

* forte non.

Num. X.

Nos Ulricus Dei gratiâ Dux Karinthiæ, Dominus Carn. constare volumus universis intuentibus præsens scriptum, quòd jus feodale, videlicet quod in castro Praunsdorf habuimus ab Ecclesia Frisingensi hactenùs pacifice & quietè, ob formam conventionis inter venerabilem Episcopum Chunradum Ecclesiæ memoratæ videlicet & Rudolfum, Fridericum quoque de Plintenpach fratrem suum pro ipso castro habitæ pleniùs confirmandam ad manus dicti Episcopi liberè resignamus, ut ipsum castrum dicti fratres à Domino Episcopo sæpè dicto teneant deinceps jure feudi, salva nihilominus forma conventionis eorumdem, quemadmodum in instrumentis Domini Episcopi pleniùs continetur. Præterea si dicti fratres de Plintenpach in forma ipsius conventionis peccaverint & excesserint contra Eccclesiam Frisingensem, nisi ipsos excessus emendaverint pœnâ debitâ & statutâ, præfatus Episcopus memoratum castrum destruat per omnia & dissolvat, nec ipsum castrum ex tunc indissolutum sibi liceat observare. In cujus rei testimonium conscribi jussimus præsens scriptum, nostri pendentis sigilli munimine roboratum. Datum in Laibaco anno Domini M.CC.XLVII. in die beati Rudeberti.

Num. XI.

Noverint universi tàm præsentes quàm futuri præsentem paginam inspecturi, quòd cùm Nos Wergandus Vicedominus, Gerlohus de Stein, & Chunradus

radus dictus Gallo cum Wersone Dominum nostrum Chunradum venerabilem Frisingensem Episcopum accederemus, cupientes Dominum Wersonem ejusdem Domini Episcopi gratiæ, quam idem W. per illata sibi damna graviùs offenderat, reformare, ipsum Dominum Episcopum paratum invenimus ad exaudiendum, ea tamen interposita conditione, ut dictus W. eidem Episcopo XXX. marcas Laibacensis monetæ persolveret intra proximò venturam Domini Nativitatem, nobis præstantibus cautionem fidejussoriam, ut si prædictum infra terminum Domino Episcopo prænotato expressa pecunia non solvatur, nos Lokam forum intrabimus inde nullatenus exituri, donec viginti marcæ, quia X. marcas Dominus Episcopus relaxavit, in integrum persolvantur eidem. Ad hæc præfatus XVI. mansus in Posenike sitos, quos idem W. ipsius post Patris obitum, ab ejus W. matre comparatos, ipsius W. sorore Bertoldo de Grædnik copulata, & ab hæreditate Wersonis separata jure proprietario possidebat, nobis per interpositum juramentum approbantibus, quòd idem W. easdem possessiones tradere posset liberè & absolutè, utpote proprias in proprietatem Frisingensis Ecclesiæ, per manus nostras, puta Wergandi Vice-Domini, & Gerlohi de Stein tradidit pleno jure addito pacto tali, ut dictus Werso & ipsius Uxor Domina Willebirgis filia Ch. Gallonis ab eodem Domino Episcopo jure pfeudali debeant hubas recipere memoratas. Obligavimus autem nos ad id per juramentum sub testimonio hujus scripti, ut sine fraude bono studio procuremus, quod si Soror Præfati W. Uxor prænotati Ber. de Grædnik prædictam traditionem impulsaverit, nos eam ab eadem inpetitione penitus quiescere faciamus. Præterea promisimus fide data per jusjurandum à nobis interpositum, quòd omni remoto dubio obtinebimus, quòd eadem traditio per Reverendi Patris nostri & Domini B. Sanctæ Sedis Aquilegiensis Patriarchæ, ipsius quoque Neptis nostræ Gerlosæ Ducissæ Austriæ manus confirmetur. Igitur quodcumque prædictorum perductum non fuerit ad effectum, ad jus, quod ante oblatam satisfactionem ad Wersonem habuit Episcopus revertetur, secundùm quod idem Episcopus coram memorato Domino Patriarcha per sententiam obtinuit super Sawam Wersone judicium declinante. Insuper verò XX. Marcæ supra notatæ Domino Episcopo per nos certificatæ, nihilominus debent termino statuto persolvi. Adicimus & profitemur, quòd quicumque supra nominatam traditionem impetierit, nos easdem possessiones Domino Episcopo præfato tenemur defendere utpote fidejussores. Testes. Dominus Eberhardus venerabilis Decanus Frisingensis, Wernhardus, Chunradus, Magister Heinricus, Chunradus Notarius Sanctorum Andreæ & Viti Frisingæ Canonici, tunc pro tempore Domini Frisingensis Episcopi Capellani. Heinricus de Vagen, Engelwanus de Ahdorf, Gotpoldus, Leonhardus, Jacobus gener ejusdem L. Ortolfus Judeus Milites. Heinricus Nobilis de Hohenburc, Ulricus Marscalcus de Ortenburc, Gerlohus de Loka, Wernherus & Chunradus filii præfati L. Wernherus & Pertoldus quondam officiales, Ræbelinus & Pernhardus Sagittarii, Wernherus de Richolsteten, & Purarius & alii quam plures. Acta sunt hæc anno gratiæ millesimo ducentesimo XLVIII. III. Nonas Januarii, in Ecclesia Loka.

Num. XII.

EGO Wilbirgis filia Chunradi Gallonis Uxor Wersonis sub hujus scripti testimonio renuntio juri proprietario, quod habui in possessionibus Posenik sitis, ratam habens traditionem per meum Maritum Wersonem factam ad Ecclesiam Frisingensem sub hac conditione, ut si dictus Maritus meus Werso me superstite de medio fuerit sublatus, ego pro tempore vitæ meæ prædictas possessiones quietè debeo possidere. In cujus rei testimonium hanc paginam cum patris & dicti mei Mariti sigillis, quia proprium non habui testibus adnotatis volui roborari.

borati. Aderant autem huic renuntiationi Chunradus Gallo Pater ejusdem Wilbirgis, Stephanus Capellanus, Wilhalmus Notarius de Lok, item Hilprandus de Neynnenhouen, Dietricus de Bousch, Marchwardus de Sepnia, Ulricus de Chazzenberch, Ulricus de Sawar, & alii quàm plures. Datum apud Gallenberch, anno gratiæ M.CC.XLVIII. IIII. Idus Januarii.

Num. XIII.

EGO Hadmarus de Kunringen Marschalcus Austriæ notum universis facio protestando, quòd Dominus Chunradus venerabilis Frisingensis Episcopus meæ petitioni annuens super villam meam in Urlengstorf bona fide mihi mutuavit, & assignavit pecuniam subnotatam, videlicet unam lagunculam & * picarium, quæ ponderant XV. M. auri, præter dimidium ferttonem. Item duo picaria argentea deaurata, quæ ponderant XXXII. M. argenti & unum ferttonem. Item duas scutellas ponderantes VI. & dim. M. argenti. Item duas scutellas argenteas, quæ ponderant III. M. argenti & unum ferttonem, quæ omnia obligavi pro LXIIII. M. argenti ponderis Ratisponensis, & pro XLVI. lib. Ratispon. & pro III. lib. Ratispon. fide data promittens, ut omni fraude & dolo exclufo infra proximum Solstitium redimam universa, & si non fecero, tam ego, quàm Engelschalchus de Kunigesprunen Pataviam Civitatem intrabimus nomine obstagii, & Ulricus de Sahsendorf, Ch. de Kunringen, & Fridericus filius dicti Engelschalci de Kunigesprunen, inde nullatenus exituri, donec sine dampno Domini Episcopi prædicti redimam universa. Cæterùm si medio tempore, quod absit, de medio sublatus fuero, mei patrimonii hæredes omnia prænotata suppellectilia, vel utensilia redimere, & memorato Domino Episcopo restituere tenebuntur. Medio etiam tempore, donec ad diem obitûs mei debet dicta villa meis usibus deservire, si verò post obitum meum infra mensem post ammonitionem hæredes mei præfatam pecuniam sive suppellectilia vel utensilia, ut supra dictum est, prælibato Domino Episcopo restituere neglexerint, tunc ab omni jure, quod habent in eadem villa omni modo ceciderunt, & ipsa villa in Urlengstorf, ramquam propria ex tunc primò incipiet deservire Frisingensi Ecclesiæ pleno jure. In cujus rei testimonium præsentem paginam volui mei sigilli munimine insigniri. Teneor insuper sæpè dicto Domino Episcopo restituere quartam dimid. libram Monacens. quas apud Erding expendi. Acta sunt hæc anno Domini M.CC.XLVIIII. pridie Kalend. Madii.

* peccarium.

Num. XIV.

C. Dei Gratiâ Frisingensis Episcopus omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in vero Salutari. Cùm omnium habere notitiam, ut sacræ leges testantur, potiùs sit Divinitatis, quàm humanitatis, ne infra scripta à memoria posterorum elabantur, ipsa per præsens scriptum futurorum memoriæ commendamus. Hinc est, quòd cum inter F. Præpositum Sancti Andreæ ratione plebanatus Majoris Ecclesiæ Frisingensis, quem ipse tunc possidebat ex una, & Præpositum Novæ Cellæ Frisingæ, & ejus Conventum ex parte altera super decimis areæ nostræ, quæ vulgo dicitur Gepreit, quas prædicti Præpositus Novæ Cellæ ac ejus Conventus diu possederat, quæstio forer suborta, ipsis diu litigantibus tandem in nos, ramquam in arbitrum sub poena XX. librarum alteri parti, quæ contraveniret, solvendarum, extitit compromissum. Nos verò visis & auditis ac pleniùs intellectis rationibus utriusque partis ex vigore compromissi in nos facti, & pro bono pacis præcepimus, firmavimus, & arbitrati sumus, quòd jam dicti Præpositus Novæ Cellæ ac ejus Conventus solverent eidem F.

vice-

vice-Parochialis Ecclesiæ IIII. libras Monacenses pro ipsius litis redemptione sub pœna prædicta, & jam dictus F. his denariis sibi solutis faceret irrevocabilem & refutationem perceptionis & inpetitionis prædictarum nostræ areæ decimarum, licèr divisum à civibus nostræ civitatis, vel ab aliis recolatur, sub eadem pœna alteri parti, si contraveniret, solvenda. Hoc autem arbitrio à nobis promulgato præfatus Præpositus Novæ Cellæ pro se, ac ejus Conventu ante tempus solutionis à nobis ipsis in arbitrio præstitutum sæpè fato F. pecuniam persolvit jam dictam, qua soluta idem F. totaliter liti cessit; unde à nobis nostroque Capitulo sæpe nominati Præpositus Novæ Cellæ ac ejus Conventus humiliter supplicarunt, ut in testimonium hujus facti litteras nostras sigillotum nostrorum munimine ipsis traderemus signatas. Eam supplicationem justam ac ydoneam reputantes, ut prædicta in perpetuum rata & inconvulsa permaneant, præsens scriptum sigillorum Capituli ac nostri, ejusdemque F. Præpositi munimine jussimus communiri. Datum Frisingæ, anno Domini MCCL. Indictione VIII. VI. Kal. Martii.

Num. XV.

QUæ aguntur in tempore, ne labantur cum tempore, litterarum debent testimonio perhennari. Tenore igitur præsen - - - - - universis tam præsentibus, quam futuris, quòd nos Ulricus filius Bernhardi - - - Ducis Karinthiæ, & Dominus Karniolæ recognoscamus, & manifestè, ac publicè protestamur, quòd memoratus Pater noster Bernhardus inclitus Dux Karinthiæ contra debitum juris, & justitiæ ordinem possidendo detinet forum Guttenwerde, & Montem, qui Weinperch dicitur, & universas villas in Marchia sitas, quarum nomina sunt hæc: Zagrat, Clenonieh, Chrazne, in Lokniz molendinum & mansum, Polanum majus & minus, Wre Z - - - duos mansos & molendinum, Drage, Altenburch, ambo Pajersdorf, Navigium Nabtego, Ztrug, Vreznich & Gauri & alias possessiones dicto foro & monti Weinperch attinentes, & cœtera videlicet loca aquosa & sylvosa, culta & inculta, fructifera & infructifera, quæ quondam nobilis & illustris Heinricus Marchio de Andess, & Leupoldus inclitus Dux Austriæ, nec non & Fridericus ejus filius piæ memoriæ jure feodali ab Ecclesia Frisingensi a multis retroactis temporibus quietè ac pacificè - - - unt, & quæ omnia post obitum prædictorum noscuntur ad Chunradum venerabilem Frisingensis Ecclesiæ Episcopum, & ad eandem Ecclesiam cum omni plenitudine devoluta, quæ nunc omnia supradicta dictus pater noster p - - - - - memorati Ducis Austriæ Friderici piæ memoriæ contra suam conscientiam violenter usque nunc manutenuit, & adhuc detinet occupata. Recognoscentes igitur, quantus favor civibus Ecclesiæ debeat adhiberi, lucide protestamur, cùm prælibatus pater noster fuerit sublatus de medio, & si nos supervixerimus, quod generaliter in omnibus præfatis prædiis & possessionibus, quocumque jure ad sæpè dictam Ecclesiam Frisingensem spectantibus, nullam prorsùs jurisdictionem, potestatem & auctoritatem possidendi & detinendi ex nunc usque in antea volumus nobis aliquatenùs vendicare. Imò volumus, quòd idem Episcopus & omnes sui Successores per Patrem nostrum sibi & Ecclesiæ Frisingensi ablata rehabeat, & nomine ejusdem Ecclesiæ rehabita cum omni jure absolutè, liberè, pacifice in perpetuum possideat & quietè. Ne autem nostra protestatio valeat imposterùm infirmari, eandem supra tactum modicum editam duximus nostri sigilli munimine roborandam. Hujus rei testes sunt, videlicet Dominus Eberhardus Werdensis Præpositus, Hainricus de Vagen, Wernherus de Lok, & Wilhalmus, Chunradus Gallo, Chunradus Purchgravius de Leunz, Jacobus de Gutenberch, & Rudlinus de Pirbaumen. Datum in Lok anno Domini M.CC.LI. Indict. X. XVI. die exeunte Junio.

Num. XVI.

NOtum sit universis tam præsentibus, quàm futuris, quòd nos Gregorius Dei gratiâ Sanctæ Aquilegiensis Sedis Electus, & Chunradus per eandem Frisingensis Episcopus super omni genere emptionis & venditionis, & aliorum contractuum, quæ suboriri poterunt per homines nobis attinentes in utriusque nostris districtibus constitutos, tale statutum edidimus, tàm inter nos, quam nostros homines ex nunc usque in antea stabiliter observandum, cujus series talis est, & ordo. Statuimus primò, quòd nullus ex nostris hominibus vendat vel mutuet alteri, nisi ementis, aut mutuum recipientis facultate diligentius considerata, ita videlicet, quò res vendita, vel mutuata in valore non videatur recipientis excedere quantitatem, vel certè vendens aut mutuum dans ab emente fidejussoriam cautionem recipiat pleniorem, ne alienus impostor propter ipsorum contractum aliqualiter debeat per ablationem pignorum prægravari. Verùm si fortè emens, vel mutuum accipiens in solvendo debito erga suum creditorem inventus fuerit negligens & remissus, volumus, quod creditor suum debitorem per pœnam pignoris, non priùs requisito judicio, non offendat; quod si aliquis præter prænotatam formam pignus abstulerit, præda potiùs, quam pignoratio reputetur, & judex debitoris, & pignus auferentis, si facere querenti justitiam neglexerit, ipse judex onus subire tenebitur debitoris. In hujus rei stabilitatem præsentem paginam scribi fecimus, & nostrorum sigillorum pendentium munimine roborari. Acta sunt hæc anno Domini M.CC.LII. Indictione decima. IIII. Kal. Junii.

Num. XVII.

NOs Meinhardus Comes Goriciæ, Aquilegiensis Ecclesiæ Advocatus per præsens scriptum notum facimus universis, quòd nos occasione captivitatis Ch- - - di de Bitersperch Ministerialis nostri, quem suis carceribus Dominus Chunradus Venerabilis Frisingensis Episcopus tenuit quondam mancipatum, nolumus ipsum Episcopum, necque suos per nos vel homines nostros, vel etiam dicti Ministerialis nostri amicos aliquatenùs ex nunc, usque in antea molestari vel offendi, nos pro pace perpetua ipsi Domino nostro Episcopo nominato & suis hominibus obligantes. Datum Goriciæ Anno Domini M.CC.LII. Indictione decima, ultimo Maji.

Num. XVIII.

AD oblivionem tollendam, quæ frequenter gestis hominum est nociva, ea quæ geruntur in tempore, subscriptione testium, litterarumque testimonio perhennantur. Ea propter noverint universi, quod ego Hoholdus de Nidekke cum dulcissima consorte mea, scilicet Agnete, possessiones subscriptas nobis jure proprietario attinentes, videlicet unam curiam in Sullingen in monte sitam, item dimidiam curiam aput Ro(e)tenbach, item dimidiam curiam aput Willehalmingen pro remedio animarum nostrarum Sanctæ Mariæ Sanctoque, Corbiniano Frising. per manum illustris Comitis Chunradi de Moseburch nostri delegatoris, sive Salemanni contradidimus pleno jure, talem adjicientes conditionem, ut nobis, dum vixerimus pariter, vel alteri è nobis easdem possessiones pacificè possidentibus redditus earum post amborum mortem ad mensam pertineant Episcopalem. Ne autem, quod absit, à quoquam talis donatio in posterùm irritetur,

præsentem Cedulam nostri sigilli munimine jussimus communiri. Acta sunt hæc apur Landeshut, Anno Domini M.CC.LII. octavo Idus Junii in præsentia testium subscriptorum, videlicet illustris Comitis Chunradi de Moseburch, Hainrici de Erpfenbrunne, Ulrici de Talbach, Dietmari de Moseburch, Hainrici de Wigelhaim, Ulrici de Husen, Eberhardi de Umkoven, Nudungi de Matzenbruke, Hainrici de Svaimbach, & Gerungi fratris ejus, Hainrici de Husen & Friderici fratris ejus, & plurimum aliorum testium discretorum.

Num. XIX.

EGO Liupoldus de Scharfenberch per præsens scriptum declarare cupio universis tam præsentibus quàm futuris, quòd omni jure cessi penitùs renuntiando, quòd in possessionibus Morevnich videbar habere, præter id, quod sicut protestor eædem possessiones cnm omnibus suis pertinentiis à Karissimo Domino Chunrado venerabili Frisingensi Episcopo sunt obligatæ pro XL. Marcis Lantstrostensis monetæ in festo beati Georii jnxta Marchiæ consuetudinem redimendæ, hac adjecta forma, ut earumdem possessionum proventus, quamdiu à me redemptæ non fuerint, percipiam absque peccato; quandocunque vero prænotata pecunia mihi vel meis hæredibus, sicut præmissum est, in festo beati Georii oblata fuerit pro solutione, præfatæ possessiones, qualibet occasione postposita, ad dominium Ecclesiæ Frisingensis liberè revertentur. In cujus rei testimonium præsentem paginam meô sigillô volui roborari. Aderant antem huic obligationi Eberhardus Werdensis, & Bernhardus Mosburgensis Præpositi, Canonici Frisingenses, Heinricus, Wilhelmus, & Ulricus fratres mei de Scharfenberch, Heinricus Vagenarius, Perchtoldus de Gurkevelde, Heinricus de Werde, & alii quàm plures. Acta sunt hæc in Guttenwerde, anno gratiæ M.CC.LII. IIII. Idus Julii.

Num. XX.

EGo Wilhelmus de Scharffenberch per præsens scriptum declarare universis tam præsentibus quám futuris, quòd omni jure cessi penitùs renuntiando, quod in possessionibus Teltsaco videbar habere, præter id, sicut protestor, eædem possessiones eum omnibus suis pertinentiis à Karissimo Domino Chunrado venerabili Frisingensi Episcopo sunt obligatæ pro LX. Marcis Londestrostensis Monetæ, in festo beati Georii juxta Marchiæ consuetudinem redimendæ, hac adjecta forma, ut earumdem possessionum proventus, quamdiu à me redemptæ non fuerint, percipiam absque peccato; quandocunque verò prænotata pecunia mihi vel meis hæredibus, sicut præmissum est, in festo beati Georii oblata fuerit pro solutione, præfatæ possessiones, qualibet occasione postposita ad dominium Ecclesiæ Frisingensis liberè revertentur. In cujus rei testimonium præsentem paginam meô Sigillô volni roborari. Aderant autem huic tractatui Eberhardus Werdensis, & Bernhardus Mospurgensis Præpositi, Canonici Frisingenses. Heinricus Liupoldus & Ulricus fratres mei de Scherffenberch, Heinricus Vagenarius, Perchtoldus de Gurkenvelde, Heinricus de Werde, & alii quàm plures. Acta sunt hæc in Gutenwerde, anno gratiæ M.CC.LII. III. Idus Julii.

Num. XXI.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopns præsentium tenore tam præsentibus, quàm futuris notum facimus universis, quòd post multam inter nos, & Gerlohnm - - - - Ministerialem Ducis Karinthiæ agi-

agitatam discordiam cum eodem Gerloho - - - - pacis & concordiæ redivimus in hunc modnm, videlicet quòd Albertum militem - - - - & Otonem filium Meinhalmi de Zevra, quos homines nostri occasione - - - - dissensionis discordiæ captivârant, à vinculis fecimus enodari, sub tali siquidem certitudine adjuncta primitùs & promissa, quòd idem G. sine omni scrupulo coactionis nudè pariter & apertè omnem materiam rancoris, odii, - - - - ac universam inimicitiarum radicem contra nos, & nostros homines ab ipso - - - à suis conceptam per pacis osculum postposuit, & remisit sub pœna ducentarum Marcarum Laibacensis Monetæ promittens, quòd deinceps ab omni genere præcipuorum gravaminum & injuriarum, quæ nobis & Ecclesiæ nostræ ipse G. & sui hactenùs irrogare consueverant, ex nunc usque in antea debeant inviolabiliter abstinere, pro quibus utique dampnis, gravaminibns & injuriis evitandis, & pro inimicitiis non reminiscendis, quod vulgariter vre(v)ch dicitur, nobis idem G. de dictis ducentis Marcis fidejussoriam præstitit cautionem, eo prætextu rationis, quòd si ipse G. vel sui in aliquo genere gravaminum nobis vel nostris irrogatorum culpabiles per rei evidentiam reperiantur, vel si quispiam nostrorum ministerialium nostro nomine per jusjurandum interpositum ipsum G. negantem convicerit, idem G. requisitus & monitus post admonitionem infrà unius mensis spatium secundùm æstimationem & quantitatem irrogati nobis dampni satisfactionem & emendationem debitam nobis & nostris sub præmissa pœna ducentarum Marcarum tenebitur exhibere. Verùm si fortè talis culpa, vel tam ardua causa emerserit, pro cujus qualitate seu quantitate noster officialis, qui pro tempore fuerit, emendationem congruam, vel satisfactionem sufficientem ab eodem G. & suis habere nequiverit, hujusmodi culpa vel causa, donec ad nostrum adventum - - - - quieta permaneat, & intacta. qui scilicet G. post nostrnm - - - - - - reditum infra dies XIIII. se nostro præsentabit conspectui, nobis - - - - - - - - - quemadmodum qualitas culpæ - - - - - - - - forum, aut nominum expressio - - - - - - - - CC. - - - talis est, Heinricus de Scharffenberch, pro centum Marcis, Gerlhohus de Stein pro quinquaginta Marcis, Marchwardus de Chulmm pro viginti quinque, & Gerlohus Ungarus pro viginti quinque Marcis nobis cautionem fidejussoriam præstiterunt. Insuper prælibatus G. de Hertenberch jurejurando laudavit firmiter & promisit, quòd bona fide, ac summo studio unà nobiscum apud nobilem virum Dominum Ulricum filium Bernhardi Illustris Ducis Karinthiæ laboret obtinere, quòd ejusdem Domini Ulrici accedente consensu & voluntate castrum Hertenberch cum hominibus & - - - attinentiis, & universas possessiones, quas jure proprietatis, vel quas àb Ecclesia nostra jure feudali possidet, per manus Uxoris suæ ac liberorum suorum confirmationem dicti Domini Ulrici Ducis Karinthiæ in manus nostras obligavit, - - - videlicet, si ipse G. de Hertenberch, vel sui secundum prælibatam formam nos & nostros in parte aliqua de cætero gravaverint, dictum castrum cum hominibus, & cunctis attinentiis, & cunctæ possessiones, sicut præmissum est ad nos, & - - - Ecclesiam sub memorati Ducis præsidio pleno jure devolvantur. Cæterùm si ipse Dominus Dux hujusmodi obligationem admittere recusaverit, aliam cautionem, posse ipsius G. non excedentem, quam adinvenerimus, nobis sæpe dictus G. - - fiet, & præstabit sub pœna pecuniæ supra notatæ. Præterea secundùm arbitrium videlicet Heinrici de Scharffenberch & Heinrici Vagenarii pro parte nostra, & Gerlohi de Stein, & Marchwardi de Chulm pro parte altera promulgatum idem G. de Hertenberch pro refusione dampnorum quatuordecim mansos, puta, in Drag unum, item in Schebeltach quatuor, & in Harde quinque nobis publicè tradidit & donavit, protestans sub vinculo juramenti, quòd Uxore sua & hæredibus consentientibus liberè posset eandem facere donationem, quos nos sibi & Uxori suæ, ac liberis jure feodali contulimus in instanti. In hujus itaque rei testimonium præsens pagina nostri & Hein-

rici de Scherffenberch, & ipsius Gerlohi de Hertenberch, & Gerlohi de Stein, & Heinrici de Vagen sigillorum est munimine roborata. Acta sunt hæc anno Domini M.CC.LII. II. Nonas Augusti. Indictione decima, apud Lok. Nos Ulricus filius Ducis Karinthiæ subscribimus, quòd Conditiones prædictas per appensionem nostri Sigilli admisimus & firmamus. Datum per manum nostri Notarii Wiglini anno prænotato, Idus Augusti.

Num. XXII.

Magne discretionis ac prudentie Viro Ven. - - Preposito in Oberndorf, P. Decanus & R. quondam Prepositus Secowiensis Ecclesie Salutem in omnium Salvatore. Noveritis nos litteras venerabilis Patris & Domini nostri Ulrici Seco(v)wen. Episcopi in hunc modum recepisse. Ulr. Dei gratiâ Seco(v)wensis Episcopus dilectis in Christo fratribus P. Decano, & R. Canonico ejusdem Ecclesie salutem & fraternam in Domino Karitatem. Mandatum Domini Pape recepimus in hec verba. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri - - Episcopo Secowen. Salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm sicut ex parte Venerabilis fratris nostri - - Episcopi Frisingensis fuit propositum coram nobis quedam ville, homines, & possessiones & jura & res alie, quas quondam Dux Austriæ ab Ecclesia Frisingensi tenebat in feudum, ad ipsum sint dicto Duce mortuo devoluta, Nobilis Vir Dux Karinthie Senior predicta omnia per violentiam occupavit & detinet occupata in ejus & Ecclesie predicte non modicum prejudicium & gravamen. Ideoque Fraternitati tue per Apostolica Scripta mandamus, quatenùs si res ita se habet, dictum Ducem Karinthie, ut eisdem Episcopo & Ecclesie villas, homines, ac alia predicta restituat, ut tenetur, monitione premissa, per Excommunicationis in personam, & in terram ejus Interdicti sententias appellatione remota pura ratione compellas. Dat. Lugduni XII. Kal. Februarii Pontificatûs nostri anno sexto. Quia verò citatis peremptoriè partibus in Judenburch proxima die Veneris post ad vincula Petri non possumus eidem cause interesse personaliter aliis negotiis legitimè prepediti, vobis in ipsa causa committimus vices nostras, discretioni vestre mandantes auctoritate qua fungimur, quatenus in eadem ratione previa procedatis, super illa, quod Canonicum fuerit, statuatis, diffinitiva tamen nobis sententia reservata. Datum in Pyber. III. Kal. Augusti. Sanè cum mandatum nobis traditum teneamur pro viribus adimplere, partibus supra dictis legitimè citatis, & termino peremptorio apud Judenburch prefixo nobis pro tribunali sedentibus venerabilis Episcopus Frisingensis per legitimum Procuratorem comparuit, qui, inquam, Procurator coram nobis legitime monstravit documentis, dictum Ducem peremptoriè fuisse ciratum, & citationis litteras recepisse. Prefatus verò Dux nec per se, nec per Procuratorem comparuit aliqualem. Quapropter quanquam contra ipsum Ducem tanquam contra contumacem & rebellem procedere potuissemus de rigore juris, sue tamen nobilitati & magni nomini deferentes Excommunicationis & Interdicti sententias in personam ipsius Ducis & in terras suas ad quindecim dies post peremptorinm terminum elapsum fraternè distulimus ad ipsius Ducis contumaciam emendandam. Cùm igitur ipse Dux jam dictis XV. diebus expectatus nec per se nec per defensorem compareret, & dicti Episcopi Procurator instanter peteret, ut contra sepe dictum Ducem secundum juris ordinem procederemus, nos habito consilio dicti Domini nostri Episcopi Seco(v)wen. & aliorum virorum discretorum nobilem Virum Bernhardum Illustrem Ducem Karinthie Seniorem excommunicamus, & Civitates ipsius videlicet ad Sanctum Vitum, Vo(e)lkenmarcte, Klagenfort, Landestrost cum castris earumdem Civitatum Ecclesiastico submittimus Interdicto, subtrahentes in ipsis Civitatibus & Castris omnia - -

Eccle-

Ecclesiastica Sacramenta preter penitentiam morientium, & Baptismata parvulorum. Insuper omnia loca & Parrochias, in quibus ipse Dux presentialiter fuerit simili modo sub Interdicto ponimus, quamdiu dictus Dux moram fecerit in eisdem. Unde auctoritate, qua fungimur, vobis mandamus sub pena officii & beneficii vestri firmiter precipientes, quatenus dictas Excommunicationis & Interdicti sententias per nos latas in personam memorati Ducis & Civitates suas antedictas cum Castris per totam Karinthiam sollempniter publicetis, publicando etiam, quod in quacunque Parrochia idem Dux personaliter fuerit, ut in eadem tota Parrochia medio tempore non fiant Divina, & alia Sacramenta Ecclesiastica, preter penitentias, sicut premissum est, morientium, & Baptismata parvulorum, quæ, inquam, Sacramenta Ecclesiastica dictis Civitatibus cum castris per nos esse subtracta legitimè nuntietis, & hoc vobis sub dicta pena officii & beneficii vestri districte precipimus & mandamus. Dat. - - - apud - - Judenburc - - - Anno - Domini - Millesimo - - - ducentesimo - - - quinquagesimo - - - secundo - - - XVII. - - Kal. - Septembris - decimæ - Indict.

Num. XXIII.

O. Dei gratiâ Dominus Regni Bohemiæ, Dux Austriæ & Styriæ, & Marchio Moraviæ, pariter & Domina Margareta Uxor sua, dilectis eorum fidelibus Alberto de Reutenberch, Heinrico & fratri suo de Werd, Rudolfo de Nazzenvelt, Ulrico, Gotfrido, Marquardo, & Wlfingo de Preseke, Gerhardo Judici & fratri suo de Gu(o)tenverde & illis singulis & universis, qui sunt de duabus parentelis, quorum quidam dicuntur Chauz, & quidam alii, qui sunt de Preitenawe cæterisque universis, quibuscumque vocentur nominibus, aut in quocumque locorum habitent & morentur, qui fuerint de familiâ & de domo quondam nobilis Comitis de Weihselberch, & nobilis viri dicti Preis, eorum gratiæ plenitudinem cum salute. Decens est pariter & honestum, quod debeamus singulorum obsequia provisionis oculis intueri, & illorum commodo & utilitati faciliùs intendere &c. *ut in immediatè præcedenti, paucis mutatis.* Datum Wiennæ anno Domini M.CC.LIIII. Indictione XII. pridiè Kalend. Aprilis.

Scilic. Ottakari, quod in prima parte habetur.

Num. XXIV.

QUoniam quæ aguntur in tempore, ne labantur cum cursu temporis, linguâ debent testium, & litterarum testimoniô perennari, ut in ipsis stare possit humana memoria, quæ ex labe primi parentis labilis esse dinoscitur & caduca. Hinc est, quòd ego Bertholdus Marschalcus de Schiltperch tenore præsentium notum facio tam præsentibus, quam futuris, quòd dum inter Patrem & Dominum Chunradum Venerabilem Frisingensem Episcopum ex una: & me ex parte reliqua super decimis & quibusdam aliis possessionibus sitis in Haimenhousen fuisset suborta discordia, nostræ contentionis materia secundùm subscriptam formam fuit taliter amputata, videlicet, quòd per manum & consensum Uxoris meæ Gu(o)tæ, omniumque liberorum meorum castrum Pysenberk cum omnibus sibi attinentiis cultis & incultis, quæ nos pleno jure proprietatis respiciunt, donavi Frisingensi Ecclesiæ in perpetuum firmo jure proprietario possidendum. Simili modo curiam in Osterhu(o)sen, & hu(o)bam in Haimenhusen, quæ similiter ad nos jure proprietario pertinent, cum pleno consensu dictæ Uxoris meæ, liberorumque meorum donavi sub juris proprietarii plenitudine Ecclesiæ memoratæ. Demum cùm in omnibus prænotatis per me & Uxorem meam, liberosque meos

omni jure proprietatis fuisset sine contradictione qualibet renuntiatum, hæc prælibata de manibus præfati Domini Chunradi Episcopi Frisingensis suscepi feodali titulo possidenda. In quorum recompensationem omnium prænotatus Dominus Episcopus duas partes decimarum in Haimenhusen, & quicquid ibidem Sifridus quondam Wilbekeñ. ab Ecclesia Frisingensi feudali titulo habuisse dinoscitur, & pontem Ambræ illic, super quibus inter nos, ut præmissum est, vertebatur litis contentio, mihi contulit jure feudali. Committentes etiam mihi ejusdem Villæ Ecclesiæ Advocatiam, ita quòd nec ego, nec liberi mei debeamus ejusdem Ecclesiæ plebanum unquam gravare indebitè ac molestare, quod & nos promisimus attendere, ac in omnibus observare. Ne igitur omnia prænotata vel per me, vel per quempiam liberorum meorum valeat infringi imposterum, vel mutari, in evidens & perenne testimonium meæ donationis præsentem jussi conscribi paginam, quam non solùm communivi sigillô propriô, verùm etiam meorum Dominorum Lodwici & Heinrici illustrium Comitum Palatinorum Reni, Ducum Bawariæ, & Frisingensis Ecclesiæ Capituli sigillorum rogavi munimine roborari. Testes autem, qui præmissis omnibus interfuerunt, tales sunt: Uto & Chunradus Comes Silvester Frisingensis & Isinensis Præpositi, Heinricus nobilis de Hohenburch, Her - - - Vertingus, Heinricus de Erphenbrunne, Ulricus Marschalcus de Otenburch, Sighardus Pesingarius, Liutpoldus & Dietricus fratres de Haitenkeim, & alii quàm plures. Acta sunt hæc Anno Domini Millesimo CC. L. quinto, quarto Kal. Martii, XIII. Indictione.

Num. XXV.

EGo Engelbertus Hallensium Comes Locum Attilensem sub titulo S. Dei Genitricis Mariæ perpetuæ Virginis, Sanctique Mychahelis Archangeli in Territorio* Frisingensi restauravi. Isdem namque locus priscis temporibus à Principibus de Diezzin magnâ prædiorum copiâ nobiliter est fundatus, sed à perversis hominibus, & maximè à quodam Friderico, cognomento Roke personis expulsis, rebus abstractis, ita destructus est, ut tribus tantùm præbendariis illic remanentibus vix tandem parvissimum pristinæ habitationis ibidem servaretur inditium; sed postquam Divina clementia eundem locum suo sancto servitio denuò mancipari voluit, Ego Engilbertus Hallensium Comes Divino compunctus amore, castrum meum Lintburc, quod tunc temporis præclara civium numerositate inhabitabatur, ex affectu, quem pro restauratione loci Attilensis conceperam, hilari mente destruxi, & domum meam in castrum Wazzerburc pro ampliatione, & pro situs Monasterii commoditate transtuli; & quæcunque possessa fuerant in ipso monte culta & inculta à meis Ministerialibus, aliis prædiis commutavi, & in possessionem Monasterii tradidi. Posthæc convocatis Nobilioribus Bawariæ, & amicis & Ministerialibus meis, diligenti indagatione cœpi investigare, si quæ prædia invenirentur, quæ de jure fundi à prima institutione Monasticæ Religionis ad ipsum locum sine contradictione pertinentia viderentur. Inventa sunt autem hæc in ipso monte, & sub ipso culta, & inculta ad 12. aratra, octo Ecclesiæ cum dote & decimis earum, quarum nomina hæc sunt: Attila, Rumærberc, Albratesberc, Rute, Etilingen, Gerute, Hochenowe, Capella in Wazzerburch, pro quarum dotis, & decimarum commutatione communi consilio, & testimonio Principum, & Nobilium Bawariæ, Comitis videlicet Perhtoldi de Andehs, Sifridi Comitis de Hohenburc, Chunonis de Megilingen, Herrandi de Amirangi, Burchardi de Mosiburc, aliorumque multorum, communi consensu Chori Frisingensis, in præsentia Domini Ottonis Episcopi, astante omni Clero suo tradidi ad aram S. Mariæ Frisingensis Ecclesiæ decimalem curtem in Ærdingen, & dimidium mansum sub ipso monte situm, ad exponendum ibi vinum Frisin-

* Diœcesi.

Frisingensis Ecclesiæ. Denique à Principibus, quos præfati sumus, & à multis aliis nobilibus adhuc inventa sunt ad locum Attilensem pertinentia à flumine Ebirahc usque ad ripam Chazbach prata, pascua, culta & inculta apud Albratisperc quatuor mansus, Prucke Molendinum, Stoffehart curtis, Vihusen duæ curtes, Chornperc duæ curtes. De cunctis verò, quæ possideo in omnibus castris meis Wazzirburc, Viechtinstein, Grizinstein, Werberc, pecorum videlicet, carnium, caseorum, volatilium & omnium victualium meorum decimas Attilensi Monasterio contradidi. Si quis autem huic traditioni nostræ obviare voluerit, vel de supradictis possessionibus, aut decimis aliquid minuere præsumpserit, seu filii mei, seu qualibet persona, anathema sit in secundo Adventu Domini. Conservantibus autem ea, quæ præfato Cœnobio perpetuo jure mancipavimus, sit merces, quam præparavit Deus diligentibus se. Ut autem traditio nostra inconvulsa permaneat, præsentem paginam supradictis testibus, & sigilli nostri impressione munimus, & ratificamus.

NOTA.

Ad quem annum hoc Instrumentum pertineat, Tomo I. Parte I. pag. 282. discussimos. Subjungimus modò Pontificiam Confirmationem.

NUM. XXVI.

ALexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Egilolpho Abbati Monasterii Attilensis, ejusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis Scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundùm Deum, & B. Benedicti Regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunqne possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestris quoque Successoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Terram cultam pro 12. aratris in Attila, & à loco, qui dicitur Kazbach usque ad ipsum montem omnia culta & inculta, quæ ad jus & proprietatem bonæ memoriæ Engelberti Comitis Hallensis spectantia, idem Comes pia devotione in perpetuam eleemosynam vobis donavit, Ecclesiam de Attila cum Capellis, & aliis pertinentiis suis, decimas omnes prædictarum Ecclesiarum, quas præfatus Comes redemit ab Ecclesia Frisingensi per Ottonem ejusdem Ecclesiæ Episcopum, cum consensu totius Ecclesiæ Frisingensis, dato in concambium dimidio manso sub ipso monte Attilæ, & curte magna & pretiosa apud Ardingen. Duas Ecclesias videlicet Isolphingen, Griestetn à Conrado Seniore, Eberhardo, & Conrado juniore Archiepiscopis, & nunc ab Alberto Archiepiscopo, laudantibus, & approbantibus omnibus Salisburgensis Ecclesiæ Prælatis & Prioribus, annuente Clero & populo vobis concessas. Præterea libertates, & immunitates à Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Principibus Monasterio vestro rationabiliter collatas, sicuti in authenticis scriptis exinde factis continentur, & antiquos rationabiles consuetudines Monasterii vestri integras, & illibatas præsenti Decreto manere sancimus. Sanè novalium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum

rum nullus à vobis decimas præsumat exigere. In Parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos, & absolutos à sæculo fugientes ad conversionem vestram recipere, & eos absque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, sine licentia Abbatis sui fas sit de claustro discedere, discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri desideraverint, nisi fortè excommunicati & interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, à Diæcesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & absque ulla pravitate vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire Antistitem, qui nostra fultus authoritate, quod postulatur, indulgeat. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentiâ præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundùm Dei timorem, & B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diæcesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiòve commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus.
Ego Gualderius Albanensis Episcopus.
Ego Chunradus Mogont. Archiepiscopus, & Sabinensis Episcopus.
Ego Guilielmus Episcopus Portuensis S. Rufinæ.
Ego Manfredus Prænestinus Episcopus.
Ego Ildebrandus Basilicæ XII. Apost. Presbyter Cardinalis.
Ego Joann. Card. tit. S. Anastasiæ.
Ego Boso presbyt. Card. S. Vitalis tit. Vestinæ.
Ego Petrus presb. Card. tit. S. Susannæ.
Ego Jac. S. Mariæ in Cosmedin Diac. Card.
Ego Ardicio Diac. Card. S. Theodori.
Ego Cinthyus Diac. Card. Adriani.
Ego Hugo Diac. Card. S. Angeli.
Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Porticu.

Dat.

Dat. Ferrariæ per manum Gratiani S. Rom. Ecclesiæ Subdiaconi & Notarii 4. Cal. Maji Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVII. Pontificatûs verò Domini Alexandri Papæ Anno XVIII.

Nota.

Plures ejusmodi Pontificias Confirmationes Gewoldus pro Monasterio Attilensi adducit. Nos, iis omissis, subjungimus literas Chunradi Episcopi nostri, cujus acta recensemus.

Num. XXVII.

In Nomine Domini Amen.

CONradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus omnibus in perpetuum. Cùm ex debito pastoralis officii Ecclesias de novo erigere, & sepulturam mortuorum, ubi & quando necessitas, aut utilitas expostulat, concedere, hinc * tamen alieni iuris præiudicio debeamus, & habitatores loci, qui dicitur Wasserburg apud Parochialem Ecclesiam in Attl, quæ, inquam, Ecclesia Parochialis Monasterium situm in terminis ipsius tam in spiritualibus, quàm temporalibus pleno iure respicit, ab antiquo sepulturam habuerint, & divina, ac alia Ecclesiastica sacramenta receperint, quod etsi propter paucitatem hominum minùs grave, & utcunque tolerabile usque in præsens extiterit, tamen propter excrescentiam & multitudinem populi ibidem per Dei gratiam pullulantis, nunc & imposterùm ea, quæ præmissa sunt, ab inhabitantibus eundem locum Wasserburg periculosum sit, & difficile observari, de consensu, & voluntate capituli nostri, ad petitionem dilectorum in Christo Abbatis, & Conventûs Monasterii de Attl, nec non civium de Hochenau seu Wasserburg indulgemus, & concedimus, ut Incolæ seu Indigenæ locorum Hochenau & Wasserburg apud Ecclesiam, quam cives de Hochenau ibidem cæperunt fundare, ad cultum divinum ampliandum, & consecrari ipsam petunt in honorem Beati Jacobi Apostoli, audiant divina, & recipiant sacramenta Ecclesiastica, ac apud ipsam Ecclesiam in cœmeterio ibidem, qui voluerint, Ecclesiasticam habeant sepulturam, salvis tamen omnibus iuribus, honoribus & reverentiis, quæ ab ipsa Ecclesia tanquam à filia, & ab habitatoribus ibidem Ecclesiæ Parochiali, & Monasterio in Attl tanquam Matrici Ecclesiæ iure filialis subiectionis sunt regulariter & canonicè impendenda. Volumus etiam, & mandamus firmiter, & districtè, ut tam prædicti Abbates, qui pro tempore fuerint, & Conventus Monasterii in Attl, quàm cives, & inhabitatores locorum præmissorum Hochenau & Wasserburg observent sibi ad invicem inviolabiliter & absque quolibet contradictionis obstaculo conditiones, & articulos infra scriptos.

* fort. sine.

Primùm quidem Parochiani, & Incolæ locorum præfatorum Hochenau & Wasserburg, ac Ecclesiæ intra, vel extra sitæ in decimis, oblationibus, mortuariis, ac aliis iuribus Parochialibus filiali subiectione Ecclesiæ Parochiali, seu Monasterio in Attl, quod idem est, perpetuò sint subiecti, & prædicta loca, seu Ecclesiæ à præfata Ecclesia Matrice nullo modo debent dividi, aut aliqualiter separari.

Sæpè dictæ quoque Ecclesiæ à nullo inofficiari, nec dicti cives Hochenau & Wasserburg, ab aliquo audiant divina, aut recipiant Ecclesiastica Sacramenta, nisi à Vicario, quem dicti Abbates pro tempore & conventus in Attl instituerint, & in instituendo, ac destituendo Vicarium huiusmodi iidem contradictionem, seu impedimentum à nemine patiantur. Adhæc ipsi sæpe dicti cives, & inhabitatores Hochenau & Wasserburg apud Ecclesiam præfatam Sancti Jacobi audire divina, sepeliri, ac alia taliter, ut præmissum est, possint Ecclesiastica Sacramenta recipere, in signum tamen, & titulum filialis subiectionis tenebuntur singulis annis cum cruce, & processione, in vigiliis Pa-

schæ & Pentecostes pro receptione Chrismatis, & Baptismate parvulorum, ac in die Beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi prædictum Monasterium in Attl tanquam Matricem Ecclesiam unanimiter, devotè, & cum reverentia visitare.

Verùm quàmvis, ut dictum est, apud memoratam Ecclesiam Sancti Jacobi Hochenau habitatores ibidem possint Ecclesiasticè sepeliri, sæpe fati tamen Abbas & Conventus in Attl unum de Confratribus suis mittent, & deputabunt pro mortuis sepeliendis in cœmeterio ipsius Capellæ, cuncta occasione defunctorum huiusmodi obvenientia in oblationibus, cereis; seu aliis quibuscunque, in usus Monasterii ipsius, & fratrum redigantur. Sanè salvum erit dicto Monasterio ius funerandi omnibus habitatoribus prædictorum locorum, qui apud ipsum sibi elegerint sepulturam: curiam etiam in Springlbach, & aream sitam iuxta cœmeterium præfatæ capellæ, quibus ipsa dotata dignoscitur esse, prælibati cives in Hochenau tenentur manu tenere, ac defendere absque cuiusquam exactionis gravamine, iure advocationis sibi nihil penitùs usurpantes, & ut omnia, quæ præmissa sunt, debitum robur obtineant firmitatis, neve à successoribus nostris, aut à dictis Abbatibus, & Conventu de Attl, seu à civibus de Hochenau infringi debeant, aut mutari, præsens scriptum nostri, & Capituli nostri sigillorum munimine duximus roborandum. Datum Frisingæ Anno Domini Millesimo, ducentesimo quinquagesimo quinto, quarto Nonas Aprilis Indictione nonâ.

Num. XXVIII.

Ne hominum gesta memoriter retinenda subeant oblivionis periculum, debent scriptis & voce testium perhennari. Nos ergò Chunradus Dei gratiâ Episcopus, Uto Præpositus, Eberhardus Decanus, totumque Capitulum Ecclesiæ Frisingensis declaramus tam præsentibus, quàm futuris, quod nobilis Mulier Alheidis relicta Hainrici de Vagen ob suæ ac ejus Mariti animarum remedio quasdam possessiones Partenchirchen sitas, prædium videlicet unum, quòd vulgo Chammlant dicitur solvens unam sagmam vini; item prædium *auf den Litten* solvens LXX. denn. item *in dem Tal* prædiolum reddens XX. denn. usualis Monetæ, quas, inquam, possessiones eadem Al. jure proprietatis possedit, Ecclesiæ S. Dyonisii in Scheftlarn pleno jure tradidit & absolutè retinens sibi usum eorum prædiorum sub annua pensione XII. denariorum usualis monetæ solvendorum, quoad vixerit, Ecclesiæ prætitulatæ. Cùm verò Al. prædicta vocante Domino de medio sublata fuerit, prælibatæ possessiones communi fratrum Ecclesiæ prænotatæ in Scheftlarn usui cedent integraliter proprietatis. Et ne quis hæredum ejusdem Al. vel alia persona aliqua supra dictas possessiones impulsare valeat, præsentem paginam nostrorum sigillorum munimine pro testimonio decrevimus roborari. Acta sunt hæc anno Domini M.CC.LV. XIII. Kal. Julii, Frisingæ in refectorio Kathedrali, Indictione III. Sed & testes subscripti huic aderant traditioni, Uto Præpositus, Eberhardus Decanus, Magister Petrus S. Viti Præpositus, Ru(o)dolfus de Roubelstorf, Fridricus de Monte Albano, Chu(o)nradus Pæfinger, Perhtoldus de Riharstorf, Chu(o)nradus Sibenbreit Canonici Ecclesiæ Cathedralis, Hainricus Decanus S. Andreæ, Fridricus Capellanus, Hainricus dictus Eichorn, Chu(o)nradus Luttewanger & alii quàm plures.

Num. XXVIIII.

Heinricus Dei gratiâ Rotensis Abbas & Conventus ibidem, omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris præsentem paginam inspecturis salutem in omnium Salvatore. Cùm id, quod dignum est memoriâ literarum, sit custodiæ commendandum, charitatis vestræ auribus innotescat, quod Otto

Otto liber de Steinhart per manum Uxoris suæ Chunegundis, & per manum Comitis Chunradi de Wazerburch, qui donationis hujus, de qua hîc dicimus, fuit executor, quod vulgariter Salman dicitur, has tres curias Geroldestorf, Werolfingen, Pingenberch, & unum molendinum in Steinhart nobis & Ecclesiæ nostræ sine omni contradictionis scrupulo possessione legitima tradidit & donavit. Item contulit nobis tres curias in Steinhart cum omnibus attinentiis, quæ habentur & haberi possunt, cultis & incultis, per manum ejusdem Uxoris suæ, quæ curias easdem possederat forma dotis, & per manum Comitis supradicti, cum omnibus, quæ possedit, pheodatis, & non pheodatis tali pacto, quod Otto prædictus una cum Uxore dictas possessiones in Steinhart à nobis jure recepit pheodali tali modo, quod, si memoratus Otto absque liberis finiverit dies suos, Uxori suæ pro tempore nunc suæ bona illa liceat possidere. Si verò illa diem clauserit extremum, maritus ejus dictas possessiones tenebit, quamdiu vixerit. pari modo tali adjuncta conditione, si per eandem Uxorem suam liberos possidebit, iidem liberi similiter jure pheodali à nobis possessiones teneant antedictas. Cæterum si ille per uxorem aliam, vel illa per alium habebit pignora liberorum, de iisdem possessionibus in Steinhart nil commune vel juris habebunt liberi jam prædicti, eò quod omnia sua, prout diximus, nobis libera contulit potestate. tali tamen conditione, ut singulis annis unus modius avenæ, & unus agnus de prædictis bonis Geroldestorf, Werolfingen, Pingenberch sibi pro jure advocatiæ debeat ministrari, nec idem jus eis liceat cuiquam obligare. Quodsi forte de jure eodem tollere voluerit ampliora, jus prædictum pro parte sui penitùs exspirabit. Et ut totale possessionum earundem majori quietis gratia & robustiori tenere pacis commodo valeamus, Castrum nostrum in Rute cum curia in manus memorati Ottonis tradidimus, ipsumque eodem castro sub proprietatis specie Puchelarium investivit. Ut autem hæc omnia ratè, & immobili stare debeant firmamento, nullique calumpnia talis donatio valeat mutilari, præsentem paginam prædicti Comitis & nostri sigillorum munimine fecimus roborari, hac addita ratione, ut supra dicta bona Geroldestorf, Werolfingen, Pingenberch & molendinum dictum in Steinhart pro XL. libris denariorum redimere debeamus; hoc etiam noticiæ declarantes, quod XII. libras denariorum præter illas XL. libras Ottoni dedimus sæpedicto, sibique propter eandem donationem, quemadmodum est expressum, unius Sacerdotis prebenda pro diebus vitæ suæ dedimus præter vestes. Acta sunt hæc anno Domini MCCLV. istis testibus subnotatis. Chunradus Comes de Wazerburch. Bertholdus de Vagen. Chunradus Puebelarius Suningen, Fridericus Arm̃. Chunradus de Sæhsenheim, Heinricus de Guchelingen, Heinricus & Otto filii ejus. Chunradus Planch. Waltherus, Ditmarus, Dietricus fratres de Schalchdorf. Eckhardus. Abelo. Fridericus. Fridericus hospitalarius. Rudegerus claviger. Ditricus claviger. Ebethardus Rueffcel. Chunradus Camerarius. Chunradus de Haslangen. Otto de Steinhart. Chunradus - - - - suus: & alii quàm plures.

Num. XXX.

Nos Heinricus Dei gratia Pincerna de Habespach, & Otto de Meissawe Judices provinciales Austriæ tenore præsentium notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod dum coram nobis apud Ybsam pro tribunali sedentibus venerabilis Pater Dominus Chunradus Frisingensis Episcopus pro sexaginta libris occasione dampnorum, quæ sibi & suis intulerat, Ottacherum de Neideke impeteret, sic à nobis omnium astantium consilio & assensu accedente fuit sententialiter diffinitum, videlicet, ex quo valor dictorum dampnorum quondam fuisset contra eundem Ottacherum legittimè comprobatus, & ex quo

idem cotumaciter à judicio nostro recedens, dum ad illud evocaretur, non responderet, Domino Episcopo memorato, quod præfatas sexaginta libras persolveret sub pœna dupli, hoc est dicere, quod pro sexaginta libris daret centum viginti libras, lata tali sententiâ, hoc a nobis justa mediante sententia fuit appositum & adjunctum, quod ante dictus Ottacherus pro memoratis centum viginti libris, in quibus esset finaliter condempnatus, fidejussores idoneos obligaret eidem Domino Episcopo in hunc modum, videlicet, si quilibet illorum secundum deputatam sibi summam, ad cujus persolutionem se obligaret, id non persolveret, quod ante festum beati Michahelis idem semper pro decem libris tantum pro suis propriis possessionibus, vel illius ad manus ipsius Domini Episcopi, vel illius, quem ad hoc duxerit eligendum, absolutè & liberè assignaret, de quo possent haberi redditus unius talenti, annis singulis pro pecunia memorata. Si verò iidem fidejussores in præmissis omnibus circa tempus præfinitum inventi fuerint negligentes, quilibet pro summa suæ fidejussionis apud illum locum, prout infra subdistinquitur, obstagium se intrare sub protestatione fidei ad manus sæpè dicti Domini Episcopi compromisit, ab illo loco numquam recessurus, donec laudamentnm suæ promissionis totaliter adimpleret. Fidejussorum autem nomina sunt hæc: Ego H. Pincerna de Habespach pro XX. libris, & Dominus Albertus de Zelking pro XV. libris obstagium intrabimus apud Wiennam. Item Dominus Ludwicus de Zelking pro XV. libris. item Engelschalcus de Reinsperch pro XX. libris. item Dominus Wigandus dictus Eisenpeutel pro X. libris. item Dominus Otto de Plankenstain pro X. libris. item Dominus Heinricus de Hauseke pro X. libris, & ipse Ottacherus de Neideke pro X. libris intrabunt obstagium apud Ybsam. item Dominus Otto de Majenberch pro X. libris intrabit obstagium apud Sanctum Ypolitum. Insuper ab omnibus prænotatis fidejussotibus fuit & hoc compromissum, ut quæcunque bona proprietatis pro eodem Ottachero assignaret non solum per manus & litteras suorum dominorum deberent eidem Domino Episcopo confirmare, imo etiam defendere ab omnibus, qui ipsum Episcopum pro eisdem bonis impeterent aut infestarent. Valor etiam illarum rerum, quæ debent assignari pro redditibus unius talenti debet esse talis, videlicet, quod Mo. tritici talentum, modius siliginis sex solidos, Mo. Hordei tres solidos, & Mo. avenæ sexaginta denarios valere debet. Ut autem omnia præmissa firma hine & inde permaneant, in hujus rei testimonium præsentem paginam nostrorum sigillorum munimine jussimns roborari. Acta sunt hæc apud Ybsam in Cimiterio, anno Domini M.CC.LVI. Indict. XIIII. IIII. Kalend. Augusti. debent autem redditus, qui nobis debent pro supra dicta summa assignari inter Amstettn & Sanctum Ypolitum esse siti.

Num. XXXI.

Noverint universi præsentem paginam respecturi, quod nos Uto Præpositus & Capitulum Frisingense præsidentes judicio absolvimus venerabilem Abbatem suumque Conventum in Piwern Augustensis dyocesis de querimonia, qua eum inquilini de Lohen nostræ dyocesis inpulsarunt super eo, quod astruebant homines villæ suæ in Hardern nostræ Dyocesis debere requiescere in Lohen, funerationes & Baptismum & olei inunctiones seu alia jura Parrochilia tamquam filia à Mattice, cum tamen Hardern Ecclesia non Ecclesiæ in Lohen, sed magis ei, quæ dicitur Gresolvingen jure subjacet filiali. Actum anno Domini M.CC.LVI. III. Kal. Mad. in Choro Frisingensi.

Nota.

Piweren. nempe in Monasterio Benedictoburano. Varia enim nomina antiquis temporibus Monasterio illi tribuebantur, nempe *Burin*, *Bulin*, *Buron*, *Paurn*, *Pewren*, *Beyrn*, *Pourn*, *Buibim*, *Balbien*, *Beurne*, *Byrrin*, *Paurm*, *Sant Benedicten-Paurn.* *Byrium*, hodie *Benedictbeurn*, uti plurium annorum spatio in Archivo nostro didicimus.

Num.

Num. XXXII.

UTo Dei gratiâ Præpositus, Eberhardus Decanus, totumque Capitulum Ecclesiæ Frisingensis, universis præsentem paginam intuentibus salutem & amorem sincerum in Christo. Notum esse cupimus singulis ac universis Christi fidelibus, quod Uto de Salmanskirchen, nec non Alhaidis Uxor ejusdem existentes de familia Ecclesiæ Frisingensis, possessiones suas in eadem villa sitas, & utrique jure proprietario portionaliter pertinentes, Alhaid videlicet in una curia, quam à progenitoribus suis in dotem acceperat, & Utoni in alia parte possessionis ad decem jugera, quæ, inquam, jugera idem Uto comparaverat à Hermanno de Gebzingen & Sorore ejus Dimude pro novem libris usualis Monetæ, quæ possessiones sitæ in villa prædicta, semper & sine lite fuerunt de possessionibus Frisingensis Ecclesiæ, quod vulgò dicitur in Wertseigen, dederunt in remedium animarum suarum ad usus nostros communes, jurantes, se nullum scire scrupulum, quo posset prædicta donatio præpediri. Dederunt siquidem prædictas possessiones cum manibus Salamannorum, Walchuni de Riding, qui fuit Salman memoratæ Alhaidis, & Dietricus de Wizhaim, qui fuit Salamannus Utonis supra dicti, & tradiderunt tali subjecto modo & conditione, scilicet ut dicti Uto & Alhaidis ipsas possessiones, quamdiu vixerint, liberè possideant, & quietè. In signum hujus donationis Ecclesiæ nostræ libram ceræ persolventes annuatim; ipsis autem non existentibus tenebit easdem possessiones Magister Ulricus de Puerbach Canonicus Sancti Andreæ Frisingæ filius Alheidis prænotatæ, de ipsis possessionibus nobis qninque solidos usualis Monetæ annis singulis persolvendo, quamdiu vivit. quo non existente, liberi scilicet filii & filiæ Wilbirgis, quæ fuit soror Alheidis memoratæ, easdem tenebunr possessiones successivè, ita quod semper senior inter eos, sive sit filius, sive filia, quietè eas possideat, quamdiu vivir, prædictum censum quinque solidos nobis & Ecclesiæ Frisingensi imposterum persolvendo. Nomina vero eorum sunt hæc: Arnoldus, Ulricus, Heinricus, Alhaidis, Mehtild, Wilbirgis, quibus omnibus mortuis prænotatæ possessiones ad nostram liberè spectabunt possessionem. Et ut hæc in perpetuum rata permaneant & inconvulsa, præsens scriptum nostri sigilli munimine jussimus roborari. Acta sunt hæc anno Domini M.CC.LVI. mense Septembris, præsentibus his: Utone Præposito, Eberhardo Decano, Ot. Sappone, Leupoldo Vertingo, Heinrico de Putelbach, Friderico Vicedomino, Hertnido de Aich, Friderico de Reurippe, Rudolfo de Reubelstorf, Heinrico de Mosach Canonici Frisingens. Item ex Laicis, Engelmarus de Angelberch, Ludewicus de Putelbach, Lud. Vertinch, Dietricus de Vilzheim, Walchunus de Riding, Ulricus de Peuerbach, & alii quàm plures.

Num. XXXIII.

LEgitur in lege, quod virtutum præmia tribui merentibus oportet. Quam ob rem quæ magnificè fiunt, & maximè in cultum Divini Numinis, sint & laudibus attollenda, & sempiternè testimonio ita posteris ut præsentibus notificanda. Itaqne notum sit nniversis per sæcula ævo, quod piæ recordationis Conradus Episcopus cum suo tempore Capituli Zelo accensus divinnm cultum studens Christi nominis amplificare statuit, & hoc cnm conniventia Cathedralis Ecclesiæ & Sancti Andreæ, Sanctique Viti Frisingæ Ecclesiarum, Capitulorum, & per circulum anni per omnia in futurum sæcula eadem in Cathedrali Ecclesia vesperæ diei veneris universaliter conveniant. Vesperas sed solum Cathedralis Ecclesiæ Capitulum, postmodum horâ debitâ matutinis, & deinde diebus sabba-

tis missam cum aliis divinis horis in laudem & honorem intemeratæ Genitricis Virginis Mariæ conveniant festivè & solemniter celebraturi. Ita ut septem universi & singuli ob ampliorem devotionem peragant genuflexiones, hoc est, ante inchoationem Vesperarum decantando Antiphonam *Salve Regina* cum una in principio genuflexione, & tribus in fine horum, puta *O clemens*, *O pia* &c. pronuntiatione, aliæque in Missæ inchoatione, & duabus aliis in sequentia hujus, *Ave præclara*, ad hos versus: *Audi nos*, decantatione. Decanus autem Cathedralis Ecclesiæ ordinabit Cantores de quocunque prælibato trium Ecclesiarum Capitulo, non minus duobus, qui induti vestibus festivis, videlicet cappis choralibus concinent, præcinent, & succinent, quæcnnque prænominatis fuerint decantanda. Porro à Decano ad hoc Deputati, si injunctum implere neglexerint officium ea vice à perceptione stipendii suspendantur. Planè memoratus attendens Episcopus, quod Altari deserviens juxta Canonicas Sanctiones vivere debeat de Altari, ita, ut suæ beneficentiæ hic temporaneas, & in futurum perpetuas percipiant retributiones, certa prædia, puta talia deputavit, sex curias in Eyting, duas in Dieng, & unam in Ismaning, videlicet Eberwein. de quarum obventionibus singuli supra satarum Ecclesiarum Canonici unum potum seu mensuram latini vini diebus sabbatis in omne ævum cum una simila sint percepturi. Sanè memoratarum in dicta stipendia talis fiet distributio obventionum, ut Ecclesiæ Cathedralis viginti octo Urnæ vini legalis & bonæ Monacensis mensuræ. S. Andreæ, quatuordecim urnæ vini, S. Viti vero octo urnæ vini Capitulis assignentur. Actum Frisingæ Anno Domini millesimo Ducentesimo quinquagesimo sexto, Indict. 14. Idibus Maji. Verùm in omnium horum testimonium sæpe dicti præsens Instrumentum confecerunt, illud suorum munimine sigillorum roborando.

NUM. XXXIV.

QUoniam ea, quæ piis interdum affectibus inter se agunt homines, non solum subrepens enervat oblivio, imo eadem iidem quandoque student infringere vel mutare, auctrice, quæ veritatis est æmula, levitate. Hinc est, quod ea, quæ ad divinum statuuntur cultum, ne illa possint mutari, vel infringi imposterum, scripturæ commendentur memoriæ, ut ex hoc perpetuam contrahant firmitatem. Nos igitur Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod per Plebanum Ecclesiæ in Ekelchoven quatuor Schaffas tritici mensuræ Lantshn(o)tensis, & per Plebanum Ecclesiæ in Autingen modium tritici mensuræ Frisingensis de proventibus, seu de decimis earumdem Ecclesiarum Capitulo Frisingensi dari annis singulis constituimus ad laudem intemeratæ semperque Virginis Mariæ, ut de illa singulis diebus Sabbatis officium divinum in Ecclesia majori cum reverentia solempniter celebretur. Declarantes, quod iidem Plebani debent dare bene purgatum triticum, & sub suarum rerum, & expensarum periculis, & in propriis curribus, in festo beati Michaëlis ad granarium prædictorum Dominorum usque Frisingam deducere, casu quolibet contingente. Adicimus etiam illud, & ordinamus, quod si grando vel anni sterilitas, & alii inopinatus rei eventus incommoditas acciderit, nihilominus dicti Plebani præfatum triticum sub prædicta forma & quantitate, nec non in eodem loco atque tempore, prout supra expressimus, solvent cum qualibet integritate. Alioquin memorati Plebani non solum suspensionis sententiam ex tunc se incidisse noverint, imo etiam pro tanta solvent negligentia pœnam dupli. Datum Frisingæ, anno Domini M.CC.LVI. Indictione XIIII. pridie Nonis Decembris.

NUM.

Num. XXXV.

EGo Lublinus & frater meus Nekelo Judæi Comites Cameræ Illustr. Duc. Austriæ, tenore præsentium dicimus & protestamur, quod mediante Domino Ottone de Missowe discordia, quæ inter venerabilem Dominum Chunradum Frisingensem Episcopum & nos super sedecim beneficiis in villa Urleugestorf sitis vertebatur, fuit taliter amputata, videlicet, si non ante proximum beati Jacobi Apostoli festum eidem Domino Episcopo vel ejus certo nuntio ducentas marcas argenti puri sub pondere Wiennensi daremus, quod ex tunc ab omni jure actionis, quantum ad dicta sedecim beneficia cecidissemus. Ad hæc verò ex parte dicti Domini Episcopi fuit coram prælibato Domino Ottone de Missowe publicè protestatum, quod si ducentæ Marcæ argenti, prout supra tactum, fuerint ei vel ejus nuntiis circa præfatum terminum assignatæ, ex tunc memorata sedecim beneficia debeant nostris usibus deservire; & ipse nichilominus Episcopus compromisit, quod debeat esse noster Gwer erga Dominum Rudolfum de Polendorf, & ejus Uxorem, hæredesque eorum de pecunia subnotata, quam supra antedicta sedecim beneficia quondam Domino Hadmaro de Chunringen necessitatis tempore mutuavit bona fide, cujus summa noscitur esse talis: videlicet quatuordecim Marcæ auri. item duo pecaria argentea deaurata æstimata ad valorem sexaginta Marcarum. item duæ scutellæ eleemosynarum argenteæ ad pondus quatuordecim Marcarum. item tres scutellæ argenteæ habentes in pondere sex Marcas, quinquaginta talent. Ratisponensium denariorum. In cujus itaque rei testimonium tam supra memorati Domini Ottonis de Missowe, quam nostrum sigillum ad præsentem paginam apponi fecimus, ne locus fraudi dari valeat hinc & inde. Datum Wiennæ anno Domini M.CC.LVII. Indictione XV. XII. Kal. Martii.

Num. XXXVI.

QUoniam ea, quæ inter se piis ducti affectibus agunt homines non solum subrepens enervat oblivio, imo iidem eandem quandoque student infringere vel mutare. Hinc est, quod Nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus præsenti pagina tam præsentium quam futurorum memoriæ commendamus, quod lis & contentio, quæ inter dilectos in Christo filios Conventum Ecclesiæ in Scheftlarn, & fratrem nostrum nobilem Gebhardum de Tolnz vertebatur mediante dilecto in Christo fratre Ulrico Abbate Monasterii de Tegrinse pro quibusdam prædiis apud montem, qui dicitur Wakkersperch constitutis taliter extitit terminata, videlicet, quod præfatus noster Gebhardus timens futurum judicium Dei cuncta, quæ in agris, silvis, pratis, & aliis possessionibus ad prædictum Conventum pertinentibus contra conscientiam possidebat, restituit universa, & pro quodam molendino in ejusdem Ecclesiæ terminis sito quinque talenta se dare compromisit, vel ipsum molendinum procedente tempore redditurum; pro prædiis verò retentis curiam unam in Gumpoltshausen & colonum, qui vocatur Eberhardus & filios illius cum omni posteritate sua & filiorum suorum solummodo & non filiarum, Præposito, Conventui, & Sancto Dyonisio patrono ejusdem Ecclesiæ pro remedio animæ suæ & in remissionem peccatorum suorum contulit liberè & absolutè. Insuper pro omnibus præmissis, si Deus annuerit, se melius facere promisit. Hujus itaque rei testes existunt subnotati, videlicet, Ulricus Abbas de Tegrinse, Fridricus Camerarius, Hainricus dictus Pehaim, Hainricus de Munsingen & filius ejus Hainricus, Hugo de Elmpach, Ulricus dictus Bajer & filius ejusdem Chunradus, Ramunch de Habichowe,

Chunra-

Chunradus de Grasperch, Pabo de Austria, Chu(o)nradus de Dingen, Chu(o)nradus de Rinderbach, Sibot Pu(o)ch, Hainricus & Chu(o)nradus de Warngowe, Hainricus Snelle, Waltherus Officialis, Albertus Ainchsu(o)z, Hainricus Schophel. Ex familia verò dicti Conventus Hartwicus, Chu(o)nradus dictus Giesinger, Chu(o)nradus niger Servus Præpositi de Scheftlarn. Demum coram nobis, ubi noster assensus super prænotata collatione accessit, testes isti etiam interfuerunt, videlicet Gebhardus dictus frater noster, Gopoldus Miles Curiæ nostræ, Fridricus Canonicus Mosburgensis Capellanus noster, & Hainricus Notarius Canonicus Ecclesiæ S. Andreæ. In cujus verò rei perhenne testimonium prælibato Conventui præsentem paginam tradidimus nostri & sæpe dicti fratris nostri sigillorum munimine roboratam. Acta sunt hæc anno gratiæ M.CC.LVII. II. Kalend. Aprilis Indictione XV. in Capella S. Michahelis in Tegrinse temporibus Domini Berhtheri Præpositi, regnantibus Ludwico, Hainrico Ducibus Bawariorum.

Num. XXXVII.

Nos Hainricus & Fridericus Comites de Ortenburch per præsens scriptum notum facimus universis hanc paginam inspicientibus, præsentibus & futuris, quod de nostro consensu & bona nostra voluntate accedente Leutoldus fidelis noster Uxori suæ Chunegundi quinquaginta marcas Aquilegiensium denariorum tradidit prætextu donationis propter nuptias celebratas. Præterea testimonio præsentium dicimus, & protestamur, quod Venerabilis Pater & Dominus noster Chunradus Frisingensis Episcopus curiam & quatuor hubas apud Trasich, & alia bona ibidem sita, quæ Domina Leugardis Mater dictæ Chunigundis à Frisingensi Ecclesia in feodum tenuit, taliter præfato Leutoldo, & ejus Uxori videlicet Chunigundi contulit feodali titulo possidenda; ita si idem L. hæredem vel hæredes ex ipsa Chunigundi non procreaverit, quod solummodo prælibata bona omnia pro tempore vitæ suæ tenebit, & post mortem utriusque ad Frisingensem Ecclesiam devolventur bona omnia supra memorata. In cujus rei testimonium præsentem litteram conscribi fecimus, & nostrorum sigillorum munimine jussimus roborari. Acta sunt hæc apud Lok. anno Domini M.CC.LVII. Indictione XV. in die beatæ Katerinæ.

Num. XXXVIII.

Nos G. Dei gratiâ Sanctæ Sedis Aquilegiensis Patriarcha tenore præsentium notum fore volumus universis, quod judicium nostrum provinciale in temporalibus in locis de Lok & de Gu(o)tenwerde ac aliis omnibus prædiis & possessionibus Frisingensis Ecclesiæ sitis in partibus Marchiæ, Carniolæ, Venerabili C. Episcopo Frisingensi amico nostro in Christo Karissimo concessimus & commisimus illud ibidem nostro nomine tentum usque ad nostræ voluntatis beneplacitum exercendum. In cujus evidentiam præsentes litteras nostras inde fieri & sigilli nostri pendentis jussimus præsentia communiri. Dat. Civitat. - - - - - - CCLVII. - - Indict. - -

Nota.

Nos G. nempe Gregorius, de quo Ughellus meminit, eum, Italicæ Legationis munere distentum, à sua Ecclesia feré semper fuisse absentem. Vid. *Italiam sacram T. V. col. mihi 92.*

NUM. XXXVIIII.

NOs Chu(o)nradus Comes de Wahzerburch notum fieri cupimus universis tam præsentibus quàm futuris per præsens scriptum publice protestantes, quod liberos Aschwim de Lengdorf puta Menpechenses, quos à Rudolfo de Waldek pleno jure comparavimus, nemine contradicente tradidimus Frisingensi Ecclesiæ Kathedrali, ejusque pro tempore Episc. omni conditione exclusa fideliter servituros. Eodem quoque jure Fridericum & Ottonem dictos Stainspergar, nec non & eorundem Sororem, quam Ru(o)dgerus de Werd duxit legitimè, qui similiter per emptionem & venditionem inter nos & Ottonem liberum de Stainhart liberè factam tradidimus Ecclesiæ memoratæ. Et ut utraque traditio rata permaneat & inconvulsa, præsentem paginam nostro sigillo in testimonium jussimus insigniri. Dat.

Instrumenta sub Conrado II. Episcopo XXVII.

NUM. XL.

UTo miseratione divina Præpositus, H. Decanus, totumque Frisingensis Ecclesiæ Capitulum universis præsentem paginam inspecturis salutem in omnium Salvatore. Quoniam indubitata fides de præteritis præsentibus elucescit, & illæsa veritas futuris perpetuò patet, ubi acta hominum Scripturarum testimonio roborentur: Ideoque notum esse volumus omnibus & singulis ad quos pervenerit Instrumentum, quod inter nos & Lu(o)dwicum dictum Sprinzen de Steinheringen tale factum est concambium, videlicet ut pro hu(o)ba nostra sita in Steinheringen, cujus idem Sprinzo extitir Advocatus, hu(o)bam in Altmansperge, quam jure proprietario dinoscitur possedisse, nobis traderet de Uxoris suæ Hiltrudis & hæredum suorum voluntate pariter & consensu sine jure advocatiæ perpetuò possidendam. Si vero præfatus Sprinzo vel ejus hæredes contra suum laudamentum imposterum venientes Advocatiæ ratione in ipsa hu(o)ba præsumpserit nos gravare quondam in Steinheringen hu(o)ba nostra in pœnam violati promissi ad nos cum hu(o)ba in Altmansperge revertetur, & tunc possessione gaudebimus utriusque. Ut autem hujusmodi commutatio seu contractus robur obtineat firmitatis, præsentem paginulam tam illustris Domini Lu(o)dwici Comitis Reni Palatini Ducis Bawariæ, quàm venerabilium Dominorum Chunradi Frisingensis Electi, Heinrici Abbatis de Ebersperch, nostri Capituli munimine sigillorum præsentes litteras placuit roborari, & testes, qui interant nihilominus dignos duximus subscribendos. Fridericum Plebanum de Steinheringen, Ulricum de Mosen, Chunradum de Sikkenhofen, Rudgerum de Humpertshousen, Chunradum Calcho, Dietmarum de Ebersperch, Ulricum Forestarium, Chunradum Werolbinger, Ulricum de Grevingeu, Ulricum de Chirchsteten, Heinricum de Oppintu(o)l, Ottonem de Tuntenh. & alios quàm plures. Actum in Cimiterio Ebersperc. Anno Domini M. CC. LVIII.

NUM. XLI.

EGo Heinricus de Scherfenberch per præsens scriptum declarare cupio Universis tam præsentibus quàm futuris, quod omni juri feodali cessi penitus renuntiando, quod in Sigendorf & Ru(o)dliebsize & aliis possessionibus, quas quondam Perchtoldus de Lokwiz à Frisingensi Ecclesia in feudum tenuit,

putabam me habere, præter id, sicut protector, quòd eædem possessiones à Domino Chunrado Venerabili Frisingensi Electo solummodo sunt obligatæ mihi pro quinquaginta Marcis Lantstrostensis monetæ in festo beati Georii juxta Marchiæ consuetudinem redimendæ, hac adjecta forma, ut earumdem possessionum proventus - - - - - - - - ante prælibatum festum redem- - - - - fuerint - - - - - & quod ego & homines mei - - - - - - - - - - - contractus duraverit, ipsum Dominum Electum in possessionibus & hominibus, aut in receptione lignorum, aut in pascuis animalium nullatenùs aggravamem & offendam, quandocunque verò prænotata pecunia michi vel meis hæredibus, sicut præmissum est, in festo beati Georii oblata fuerit pro solutione, præfatæ possessiones omni occasione postposita ad dominium Frisingensis Ecclesiæ libere revertentur. In cujus rei testimonium præsentem paginam meo sigillô volui roborari. Aderant autem huic tractatui Fridericus de Monte Albano Ardacensis Præpositus, Heinricus Decanus Ecclesiæ S. Andreæ, & Heinricus ejusdem Ecclesiæ Canonicus, Heinricus Vertingus, Berhtoldus de Geboltspach, Wernherus, Chunradus, Wilhalmus de Lok. Acta sunt hæc in Lok. Anno Domini M. CC. LVIIII. II. Indictone. X. Kalend. Maji.

Num. XLII.

EGo Wilhalmus de Scherfenberch testimonio præsentium notum facio universis tam præsentibus, quam futuris, quod Venerabilis Pater Dominus noster Chunradus Frisingensis Electus - - - possessiones apud Telsacum in Marchia sitas cum omnibus - - - - - - - pro XL. - - - - Aquilegiensis monetæ - - - - - - - - - - - pro quibus - - - Nicolaum de Reitersberch pro fidejuss - - - obligavit, quod prælibatas XX. Marcas novorum denariorum mihi in proximo venturo Sanctæ Mariæ Virginis Nativitatis festo persolvat; residuas verò XX. Marcas veterum denariorum idem Dominus Electus mihi persolvit eodem die, dum beati Georii festum celebratur, de qua fidejussione & persolutione mihi facta contentus ipsarum tractatum gratum & ratum habui, & propter hoc memoratas possessiones apud Telsacum sitas in manus Domini Electi publicè & liberè restitui & resignavi omni obligationis titulo renuntians in possessionibus ante dictis, & promittens firmiter atque laudans, quod si qua instrumenta cujuscunque tenoris existerent, haberem super præfatis possessionibus mihi quondam obligatis, illa restituerem ipsi Domino Electo, vel ejus certo Nuntio, omni occasione postposita & semota. In cujus rei testimonium præsentem paginam tam testibus, qui huic tractatui interfuerant, quàm mei sigilli pendentis munimine roboravi. Testes autem sunt isti, videlicet Dominus Fridericus de Montalbano Ardacensis Ecclesiæ Præpositus, Franco Comes Illustris Regis Ungarorum Nuntius super præsenti negotio specialiter ab ipso Rege ad me destinatus. Insuper H. Vertingus C. de Gebolspach, Chunradus de Reitersperch, Wernherus, Chunradus, Jacobus Reblinus, Wilhelmus de Lok. Magister Heinricus Decanus Ecclesiæ S. Andreæ de Frisinga & Magister Heinricus Notarius. Acta sunt hæc apud Lok. Anno Domini M. CC. LVIIII. Indictione II. in die beati Georii.

Num. XLIII.

DE hominibus, quos Præpositus in Polling dedit Ecclesiæ Frisingensi In Partenkirchen. In nomini Domini Amen. Notum sit omnibus præsens scriptum audientibus & videntibus, quod nos Dei gratiâ Guntherus Præpositus de Pollingen cum consensu & voluntate totius Conventus nostri Hain-

ricum

ricum & Mahthildim pueros Hainrici dicti Zescher de Partenkirchen Ecclesiæ Frisingensi contradidimus perpetuo possidendos. Propter hoc videlicet, ut omnia feoda, quæ ipsi pueri à prædicta Ecclesia Frisingensi tenentur possidere, sine privatione cum suis cohæredibus quietè possideant. In hujus rei testimonium præsentem illis cedulam dedimus sigilli nostri munimine communitam. Datum Pollingen anno M. CC. LIX. in die Sancti Udalrici.

NUM. XLIV.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Ego Heinric. de Welfsperch notum facio tam præsentibus quam futuris, quod in lecto egritudinis, dum viderem mortis mihi periculum imminere volens ob hoc saluti anime mee providere feliciter, Ecclesie in ipsius anime mee remedium omnes possessiones in Waln, & duas curias, in quibus resident homines & coloni, qui vulgariter Hellen nuncupantur, atque dimidiam hu(o)bam, quam tenuit Altmannus de Ligo(e)de cum omnibus attinentiis cultis & incultis, pratis, paludibus, pascuis, exitibus aquarum, & generaliter cum universis, quæ prefatis in Waln possessionibus & curiis attinere dinoscuntur, absolutè & libere sine coactione qualibet resignavi, & restitui Ecclesie Frisingensi, renuncians omni juri & actioni cujuslibet impetitionis, que mihi vel meis heredibus competere videbatur in illis XL. Marcis, quas supra memoratis prediis & possessionibus causa mutui Domino Al. quondam nobili Comiti Tyrolensi tradidi & donavi. Renuntiavi etiam omni juri feodali, quod idem Comes mihi postmodum contulit super possessionibus prelibatis. In cujus mee resignationis, renuntiationis & donationis perenne testimonium presentem paginam conscribi feci, & jussi mei pendentis sigilli munimine roborari. Acta sunt hec in Castro Welfsperch anno Domini M. CC. LVIIII. Indictione II. VIII. Idus Julii presentibus testibus subnotatis, videlicet Chunrado Canonico Iticinensi, Ulrico Capellano Sororum Sacerdotibus. Rudigero de Nyderndorf, Wisingo de Cellen, Alberone dicto Chalwe, Heinrico de Vessingen militibus, Richprando Scriba & Marquardo Canonico Yticin.

NUM. XLV.

QUæ aguntur in tempore, ne labantur cum tempore - - - - - - Scripturæ testimonio propter memoriam hominum, quæ - - - - - - - - - debent perennari. Noverit igitur præsens ætas atque futura, quod nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus - - - - - - - Alberti quondam Gebhardi de Gu(o)tenwerde filii & illius amicorum instantia & supplicationibus inclinati villam Pohel cum omnibus ejus juribus & attinentiis eidem Alberto in feudum contulimus talibus conditionibus appositis & adjectis, videlicet, si eundem Albertum unum filium vel duos aut tres seu plures filios masculos ex se habere contingerit, quod Senior & prior inter illos Uxorem sibi de domo & familiâ Ecclesiæ Frisingensis debet accipere, qui affectat in eodem feudo jure hæreditario patri succedere memorato; alioquin si contrarium fecerit, tam pater quam idem filius cadent à jure quod eis competit in prædicto feudo; alii verò filii, qui sibi fortè Uxores de familia & de domo Ecclesiæ Frisingensis non acceperint, in eodem feudo similiter nihil juris habebunt, nisi procuraverint cum effectu, quod eorum filii masculi proprias mulieres Ecclesiæ Frisingensis, ut prætactum est, sibi accipiant in Uxores. Verum autem, si per dictum Albertum, & ejus filios hujusmodi conditiones secundum illum modum, ut prædictum est, in accipiendis sibi Uxoribus efficaciter obser-

observatæ, vel si idem Albertus & ejus Uxor absque filiis masculis, quos genuerint, insimul decesserint, memoratum feudum sit ad nos, nostrosque successores cum omnibus ejus juribus & attinentiis devolutum. Manebuntque tamen etiam iidem Albertus & filii sui tanquam fideles nostri Castellani pro toto tempore vitæ eorum in ambitu fori nostri Gu(o)tenwerde residentes, nec propter hoc à nobis vel nostris Successoribus quicquam prætextu alicujus juris, quod sonat Purchu(o)t, exigent, quamdiu secundum dictarum conditionum observantiam cum complemento quolibet prælibatum feudum à Frisingensi Ecclesia legaliter possidebunt. In cujus rei perrennem memoriam præsentem conscribi jussimus paginam, & illam eidem Alberto & ejus filiis prædictas conditiones observantibus tradimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hæc apud Gu(o)tenwerde in domo nostra, anno Domini M. CC. LX. primo, IIII. Indictione. XV. Kalend. Maji, Istis præsentibus, Domino Heinrico de Putelpach Canonico Frisingensi, Rudolfo, Heinrico, Hermanno Canonicis Ecclesiæ Sancti Andreæ, & Ottone Canonico Sancti Viti tunc Capellanis & Notariis Curiæ nostræ, Heinrico dicto Vertingo, & Perchtoldo de Geboltspach, Nicolao & Grifone de Reutenberch, Ortolfo de Landstrost, Rudegero de Plintenpach, Uzoldo Artusio & Rudolfo de Gu(o)tenwerde & aliis plurimùm fide dignis.

Num. XLVI.

Nos Chunradus Dei Gratiâ Frisingensis Episcopus per præsens scriptum notam facimus universis, quòd Reinhardo tunc thelonerio nostro & ejus hæredibus illam hubam sitam apud Lok, quam quondam Weigandus ejusdem Reinhardi frater tenuit, contulimus in hunc modum, videlicet quòd idem R. vel ejus hæredes nobis vel nostris successoribus quadraginta denarios Laybacenses persolvant annuatim. In cujus rei testimonium eidem R. & suis hæredibus præsentem paginam tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Acta sunt hæc apud Lok anno Domini M. CC. LXI. Indictione IIII. Octavo die intrante Majo. Istis præsentibus: Domino H. de Pu(o)telspach Canonico Frisingensi, Heinrico Vertingo, Bertoldo de Geboltspach, Rudolfo, Heinrico, Hermanno, Ottone Notar. & Capellanis, Wilhelmo Officiale de Lok.

Num. XLVII.

Quoniam quæ interdum agunt homines, non solùm subrepens enervat oblivio, imò eadem iidem quandoque solent infringere vel mutare auctrice, quæ veritatis est æmula, levitate. Ego igitur Albero de Leiz tenore præsentium notum facio universis tam præsentibus quàm futuris, quòd pro salute animæ meæ meorumque Progenitorum Dimu(o)dim, Perhtam & Mehthildim Sorores dictas de Ohsenpach cum omnibus hæredibus illarum præsentibus & futuris legavi liberè & absolutè beatæ Mariæ Virgini & Ecclesiæ Frisingensi, renuntians omni juri proprietatis, quo hactenùs prædictas tenui famulas, & mei progenitores. Aderant autem huic meæ donationi subnotati testes, videlicet Dominus Sifridus dictus Eisenpeutel, Dominus Ulricus de Pru(o)nsperch, Dominus Haidenricus de Lu(o)hseneke, Otto de Ohsenpach, Dietricus de Heuperge, Pilgrimus de Hu(o)perge fratres, Dominus Hartwicus dictus de Aqua, Dominus Otto dictus Hurnin., Fridericus de Heuperge, Ludwicus Villicus de Purchstal, Sifridus de Steinchirichen, Dietricus de Steinchirichen, Otto & Leupoldus de Stainchirichen, Dietricus & Otto Lutifiguli; Hermannus Lutifigulus, Heinricus de Werde, Wernhardus de Werde, & alii quàm plures.

Et

Et ut præfata mea donatio robur perpetuæ firmitatis obtineat, præsentes conscribi procuravi, & Reverendi Patris & Domini Chunradi Frisingensis Episcopi atque mei sigillorum munimine roborari. Acta sunt hæc apud Purchstal anno Domini M. CC. LX. primo. IIII. Indictione. Octava die intrante Julio.

Num. XLVIII.

Ludovicus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, universis hanc literam inspicientibus Judicibus, Ministerialibus, Salutem. Ne res gestæ oblivione pereant, expedit easdem Scripturæ testimoniô confirmari. Hujus ergo privilegii seriem præsentium inspicientibus declaramus apud nos ob remedium animæ nostræ, Patris nostri, seu omnium Progenitorum nostrorum, nec non propter fidelia servitia, quæ nobis exhibuit dilectus & specialis amicus noster venerabilis Rudolphus Ecclesiæ Schirensis & ipsi Ecclesiæ, quam prærogativa dilectione diligimus, & fovere volumus toto posse. Sibotonem fratrem Judicis in Hegling in bonis dictæ Ecclesiæ Berbling jam possidentem, & duo beneficia in nemore sita in villa quæ dicitur Zedendorfe cum omnibus appenditiis suis proprietatis titulo dedimus, perpetuò possidenda, nostra speciali gratia benevole annuente. Disponentes super hoc scribi præsentem literam pro testimonio sigilli nostri munimine roboratam. Datum Scheirn anno Domini 1259. 4. Idus Augusti. Hujus rei testes sunt Dominus Serungus de Perg, Wernhardus Lib de Hagenauue, Sifridus de Turnsperg, Diepoldus de Mülried, Hilteprandus de Schiltperch, Rudigerus de Hag, Heinricus Dominus Silenpach, Rudgerus & Arplinus fratres, Bernhardus de Winden, Wernherus dictus Lupus, Albertus de Hag, Chun Pistor, Gotfridus & alii quàm plures.

Num. XLIX.

Quoniam quæ interdum agunt homines non solùm subrepens enervat oblivio, immò eadem iidem quandoque solent infringere, vel mutare auctrice, quæ veritatis est æmula, levitate. Nos igitur Conradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus tenore præsentium notum facimus universis, tam præsentibus quàm futuris, quod ad instantiam & petitionem charissimi Consanguinei nostri Domini Ludovici Illustris Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, Ecclesiam in Peroluingen nostræ Diœcesis, cujus ipse verus Patronus fore dignoscebatur Ecclesiæ Schirensi pleno jure donavimus, totos proventus ejusdem in Peroluingen Ecclesiæ post obitum vel liberam resignationem Magistri Heinrici Decani Ecclesiæ Sancti Andreæ, ad communes usus tam Abbatum, quam fratrum inibi Deo famulantium in perpetuum deputantes. Et ut hæc nostra donatio robur obtineat perenne firmitatis, præsentes de consensu & bona voluntate totius nostri Capituli conscribi fecimus, & nostri atque jam dicti Capituli sigillorum munimine roborari. Acta sunt hæc Frisingæ anno Domini M. CC. LXI. Non. Novembr.

Num. L.

Quod Scripturatum confirmat auctoritas inproborum non potest inprobitas infirmare. Proinde nos Conradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus scire volumus universos præsens Scriptum inspecturos, quod cùm dilectus consanguineus noster Ludovicus illustris Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ Monasterio S. Mariæ in Scheirn, jus Patronatus Ecclesiæ de Perolingen nostræ Diœcesis liberaliter donavisset, nosque ad petitionem ejusdem Domini

Ludovici eandem Ecclesiam ipsi Monasterio in Scheirn de consensu & voluntate Capituli nostri perpetuò possidendam contulerimus, ita quòd post obitum Magistri Heinrici Decani S. Andreæ ejusdem Ecclesiæ Rectoris, vel eo vivente canonicè vacare cœperit, usibus Abbatis & fratrum inibi Deo famulantium fructus ac obventiones, aliáque jura Ecclesiæ ejusmodi perpetuò proficere debeant, volentes eidem Monasterio quoad possessionem adipiscendam Ecclesiæ ipsiùs paterna ducti pietate pleniùs providere, & de voluntate ipsius M. Heinrici statuimus & auctoritate nostra confirmamus, ut idem Magister Heinricus nomine ejusdem Monasterii Scheirn Ecclesiam ipsam in Peroling possidere debeat, ut & sic idem Monasterium eandem Ecclesiam per eum possideat, cùm, sicut cautum reperitur, is possideat, cujus nomine possidetur. In signum quoque possessionis hujus dictus M. Heinricus persona jam dictæ Ecclesiæ promisit solvere præfato Monasterio Scheirn triginta denarios pro annua pensione, ut solutio pensionis sit signum traditæ possessionis. Sane dilecto fratre nostro Ludovico Abbate, & Conventu Schirensi per dictum M. Heinricum, prout præmissum extitit, assecutis possessionem Ecclesiæ sæpe dictæ, ipso M. Heinrico personatum Ecclesiæ hujus nihilominùs retinente, postmodum eidem M. Heinrico cum eisdem Abbate & Conventu de fructibus & proventibus ipsius Ecclesiæ placuit convenire. Auctoritate itaque nostra inter præmissos Abbatem & Conventum Schirensem, & M. Heinricum taliter esse conventum, quòd iidem Abbas & Conventus nomine M. Heinrici, quoad vixerit, gerant curam & administrationem tam in Spiritualibus quàm temporalibus Ecclesiæ suæ in Peroling, fructus, obventiones, ac alia jura parochialia propriis usibus applicantes, ipsi ei etiam Abbas & Conventus M. Heinrico personæ Ecclesiæ prælibatæ pro pensione annua fructuum quatuor lib. Monacensis Monetæ, triginta caseos, duos calceos Matutinales in festo S. Martini annuatim persolvere promisit, ita tamen, quòd nec jactura grandinis aut sterilitatis seu hostilitatis cujuscunque incommoditas, nec procuratio à quocunque Imposita, nec vexatio seu angariæ undecunque emergentes pensionis hujus diminuere debeant quantitatem. Triginta verò denarii, quos dictus M. Heinricus in signum possessionis Monasterio sæpefato solvere promisit, de dote antedictæ Ecclesiæ in Peroling nihilominùs persolvantur. Si autem quocunque anno & præfato termino in solutione dictæ pensionis ausu temerario, non ex causa necessaria in totum vel in partem cessatum fuerit, sæpefati Abbas & Conventus Schirensis ad solvendum duas lib. Monacenses prælibato M. Heinrico se præter pensionem annuam pœnæ nomine astrinxerunt. Insuper nos præter pœnam jam dictam memoratis Abbati & Conventui de voluntate ipsorum, si in solutione prædictæ pensionis absque legitimo impedimento cessaverint, hanc pœnam infligimus, ut Abbas & Prior & duo Seniores fratrum de Conventu tam diu ab ingressu Ecclesiæ sint privati, quousque sæpedicto M. Heinrico & duæ lib. nomine pœnæ ac debita pensio in integrum sint solutæ. Ut autem singula quæ promissa sunt, debitum robur obtineant firmitatis, præsens Scriptum sigillorum munimine nostri videlicet, L. Abbatis & Conventus Schirensis, ac M. Heinrici Decani S. Andreæ volumus roborari. Datæ Frisingæ Idibus Januarii Anno M. CC. LXII. Indictione quinta.

Num. LI.

AD oblivionem tollendam, quæ frequenter gestis hominum est nociva, ea, quæ geruntur in tempore, subscriptione testium, litterarumque testimonio perhennantur. Eapropter noverint universi, quod ego Hoholdus de Nydekke cum dulcissima consorte mea scilicet Agnete possessiones subscriptas nobis jure proprietario attenentes, videlicet unam curiam in Sullingen in monte sitam,

sitam, item dimidiam curiam in Rotenbach, item dimidiam curiam apud Willehanningen, item Mo. qui dicuntur Vogtmutte in plebe Giselpach pro remedio animarum nostrarum Sanctæ Mariæ, Sanctoque Corbiniano per manum Illustris Comitis de Mosburch nostri Delegatoris sive Salamanni contradidimus pleno jure, talem conditionem adjicientes, ut nobis, dum vixerimus pariter, vel alteri à nobis easdem possessiones pacificè possidentibus redditus earum post ambarum mortem ad Mensam pertineant Episcopalem. promisit quoque ex habundanti Reverendus in Christo Pater & Dominus Chunradus Venerabilis Episcopus Frisingensis, antecedente Capituli sui consensu, nullum dictorum prædiorum donare, vendere, permutare, in Emphitthesim perpetuam dari, vel specialibus ypotecæ titulo obligare, nisi fortè in casibus, qui in jure Canonico sunt expressi. promisitque, quod feoda infra notata personis subnotatis conferet, vel infeodationem jam factam ratam habebit, & etiam confirmabit. videlicet prædium in Saillstorf. Heinrico de Vicht. duas domos decimales in Eich. Dittrico hubam in Ermanstorf pcūs Ch. de Ermanstorf. Ne autem, quod absit, à quoquam talis donatio imposterum irritetur, præsentem cedulam memorari Domini Episcopi & nostri sigilli munimine jussimus communiri. Acta sunt hæc apud Landeshut. anno Domini M. CC.LXII. VIII. Idus Junii in præsentia testium subscriptorum, videlicet Illustris Comitis C. de Mosburch. H. de Erphenbrunne. Ulrici de Talbach. Dietmari de Mosburch. H. de Wigelhaim. Ulrici de Husen. Eber. de Unchoven. Nudungi de Matzenburch. Heinrici de Swambach, & Gerungi fratris ejus. Heinrici de Hausen & F. fratris ejus & plurium aliorum testium discretorum.

Num. LII.

QUod scripturarum confirmat auctoritas improborum non potest improbitas infirmare. Proinde nos Otakarus Dei gratia Rex Bohemie, Dux Austrie & Stirie, Marchioque Moravie scire volumus universos presens scriptum inspecturos, quod, cùm inter dilectum Dominum & amicum nostrum Chu(o)nradum venerabilem Frisingensem Episcopum ex una, & inter Marquardum, Ulricum, & Chunradum fratres de Pilhdorf nostros Ministeriales ex parte altera super Advocatia in Enzistorf questio & controversia verteretur, ipso Domino Episcopo assentiente, quòd felicis recordationis Dominus Chu(o)nradus suus Predecessor Domino Friderico clare memorie tunc Duce Austrie auctoritatem prestante, eandem Advocatiam pro quingentis libris Wienensis Monete de manibus U(o)lrici de Pilhdorf, Patris eorumdem fratrum providè extraxit, ita quò idem Ul. eandem advocatiam in manus ipsius F. quondam Ducis liberè resignavit, adiciente etiam eodem Domino Episcopo, quod postea nobis Ducatum Austrie tenentibus dictus C. suus predecessor prefatis fratribus de Pilhdorf coram nobis in jus vocatis probavit legitimis documentis, quod memoratus Ul. de Pilhdorf pater eorumdem coram prelibato F. quondam Duce publicè fuerit protestatus, se quingentas libras pro Advocatia in Enzistorf integraliter recepisse, prout hec omnia per autentica Scripta tam Domini F. quondam Ducis quàm nostra lucidè apparebant. Econtra sepè dictis fratribus proponentibus, quòd etsi pecunia memorata persoluta fuerit Domino F. quondam Duci, tamen ad manus Patris eorumdem aut etiam suas nichil unquam de pecunia hujus pervenit, nec Privandi essent paterno feodo sine culpa. Ipsis, inquam, in hunc modum altercantibus placuit utrique partium ad consilium nostrum pro bono pacis eandem litem per compendium arbitrii terminari, & ab utraque partium nobis presentibus in Ottonem de Missaw(o)e, & Ottonem de Haselawe tanquam in veros arbitros extitit compromissum. Facta hinc inde securitate ydonea, ut eorum stetur arbitrio seu ordinationi omni contradictionis obstaculô penitus

penitùs amputatô. Sanè dicti arbitri in presentia nostri & testium infra scriptorum super negotio hujus in eos compromisso sunt taliter arbitrati, quòd sepe fatus Dominus C. Frisingensis Episcopus Marquardo & suis fratribus de Pilhdorf ducentas libras Wienensis Monete persolvat, idemque Marquardus & ejus fratres juri feodali Advocatie in Enziftorf aliisve prediis Ecclesie Frisingensi cedant & renuncient absolutè. Hoc utique arbitrium taliter promulgatum per ratihabitionem partis utriusque extitit ilicò confirmatum. Habita itaque cautione sufficienti de solntione ducentarum librarum prenominati fratres de Pilhdorf cesserunt, renuntiarunt pro se & suis heredibus omni juri ac feodo, quod sibi in Advocatia in Enziftorf aliisque prediis ac hominibus Frisingensis Ecclesie ubicunque sitis aut etiam constitutis competere contendebant, sive competere potuit eis de jure vel de facto, quovis titulo, ea omnia & singula in manus nostras liberè resignando. Nos etiam erga prælibatum Dominum & amicum nostrum C. Frisingensem Episcopum moti favore & amicitia speciali illesa & integra conservare deinceps promittimus, & presentis scriptis patrocinio renovamus omnia & singula, que Dominus F. quondam Dux Austrie ad nutum & petitionem bone memorie C. Frisingensis Episcopi de Advocatia in Enziftorf liberaliter & piè gessit ac statuit, & que nos postmodum ejusdem C. precibus inclinati nostris scriptis meminimus roborâsse, ut videlicet Advocatia in Enziftorf aliorumque prediorum Ecclesie Frisingensis per collationem Episcopi ejusdem loci in nos translata, in signum honoris pariter & laboris, quem pro defensione ipsius loci & aliarum possessionum ac hominum pertinentium ad ipsam Ecclesiam Frisingensem, qui in terminis nostri sunt dominii constituti, contenti simus triginta talentis in Purificatione beate Virginis nobis & nihil ampliùs annis singulis persolvendis, nosque nulli hominum viventi vel victuro feodali titulo dictam Advocatiam conferre aliquatenùs debeamus. Adjicientes nihilominus hanc penam, quam etiam sepe fatus F. quondam Dux ab initio statuit, sicut patet per suas litteras evidenter, ut si contra id nos vel heredes nostros venire contingat ipsam Advocatiam alienando titulo feodali, eadem ex tunc ipso facto vacare debeat Ecclesie Frisingensi. Ut autem hec que promissa sunt, debitum ac perpetuum robut obtineant firmitatis ad petitionem memoratorum Domini C. Frisingensis Episcopi & fratrum de Pilhdorf presens scriptum conscribi fecimus, & subscriptis testibus nostri sigilli & dictorum arbitrorum O. de Missa(o)we, & O. de Haslawe munimine insigniri. Hujus rei testes sunt Dominus Jerus, item Dominus Zmielo de Luhtenburk, item Gerizla Bohemi, item Dominus - - - - - - Purkravius & Tewingen, item Rappoto de Valkenberch, item Wlfingus & Otto fratres de Haselawe, item Heinricus de Liechtenstein, item Wernhardus & frater ejus Hermannus de Wolkesstorf, item Otto Camerarius de Perhtoltstorf, item Perhtoldus de Engelschachsvelde, item Albero de Arberk, item Hainticus Dapifer de Griesinstein, item Albertus Pincerna & frater ejus Ludewicus de Celkingen, item Wernhardus dictus Pruzzel, & alii quàm plures. Datum in Iglawa per Magistrum Arnoldum Prothonotarium. XI. Kalend. Julii, Anno Domini M. CC. LXII. Indictione quinta.

Num. LIII.

NOs Ottacharus Dei gratiâ Rex Bohemiæ, Dux Austriæ, Styriæ, & Marchio Moraviæ notum facimus tam præsentibus quàm futuris, quòd cum Reverendus in Christo Pater & cognatus noster Karissimus Chunradus Episcopus Frisingensis ducentas libras Marchquardo, Ulrico & Chunrado fratribus de Pilhdorf persolverit, Advocatia in Enzinstorf ab eorundem fratrum, & aliorum omnium impetitione libera in perpetuum permanebit, hoc excepto, quòd de eadem Advocatia triginta libræ Wiennensis usualis monetæ ad Cameram nostram

ſtram annis ſingulis in feſto Purificationis beatæ Mariæ Virginis debeat dari, ad quarum, inquam, triginta librarum receptionem loco, & nomine noſtro Magiſtrum monetæ noſtræ in Wienna, qui tunc pro tempore fuerit, deputamus & conſtituimus volentes, quòd nullus noſtrorum Judicum aut aliorum officialium auctoritatem recipiendi habeat pecuniam memoratam. in cujus noſtræ ordinationis perennem memoriam præfato Domino Friſingenſi Epiſcopo, & ejus Succeſſoribus præſentem paginam tradidimus, noſtri pendentis ſigilli munimine roboratam. Datum apud Lipzich anno Domini Milleſimo CC. LXII. XI. Kal. Octobr.

Num. LIV.

NOs Frater Otto de Seunz, & Frater Hirzo totusque Conventus domus Teutunicorum in Wienna notum facimus univerſis, quòd ducentas libras Wiennenſes, quas Reverendus in Chriſto Pater Dominus Chunradus Friſingenſis Epiſcopus apud nos depoſuerat, ex ipſius Epiſcopi mandato aſſignavimus Domino Ottoni Camerario de Berhtolſtorf, quas idem loco, vice ac nomine fratrum de Pilhdorf pro redemptione Advocatiæ in Enzinsdorf anno Domini M. CC. LXII. in die beati Michahelis in domo noſtra de manibus noſtris recepit. In cujus rei memoriam & in evidens teſtimonium præfato Domino Epiſcopo & ejus Succeſſoribus præſentem paginam tradidimus noſtrorum ſigillorum munimine roboratam. Datum Wiennæ in domo noſtra, anno Domini M. CC. LXII. in die beati Jeronimi.

Num. LV.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti Amen. Quoniam ea, quæ interdum inter ſe agunt homines, non ſolùm ſubrepens enervat oblivio, immò eadem quandoque ſolet hominum inconſtantia infringere, vel mutare, auctrice, quæ veritatis eſt emula, levitate. Neceſſe eſt ergo, quòd illa, quę illibata conſervari debent in perpetuum, confirmentur lingua teſtium, & teſtimonio litterarum. Proinde nos Ulricus, Marquardus, & Chonradus fratres de Pilhdorf notum facimus omnibus tam preſentibus, quàm futuris, quòd, dum ſuper advocatia in Enzinſtorf, quam jure feudali nos poſſidere contendebamus, inter Dominum Chonradum Venerabilem Epiſcopum Friſingenſem & nos contentio ſuborta fuiſſet, placuit nobis & ipſi Domino Epiſcopo in Dominum Ottonem de Meiſſowe, & Dominum Ottonem de Haſlowe tamquam in veros & legitimos arbitros compromittere, ut talis contentio inter nos & Dominum Epiſcopum diutius agitata per illorum deberet auctoritatem feliciter terminari, qui deliberato inter ſe conſilio coram Domino noſtro Kariſſimo Ottakaro Dei gratiâ Illuſtri Rege Boemie, Duce Auſtrie & Styrie, Marchioneque Moravie tale arbitrium in medium protulerunt, videlicet quòd ſi nunc in proximo tranſacto beati Michahelis feſto loco, vice, ac nomine noſtri Domino Heinrico de Lihtenſtein, & Domino Ottoni Camerario de Perchtolſtorf dictus Dominus Epiſcopus Friſingenſis ducentas libras Wiennenſis monete perſolveret, & aſſignaret, nos tunc pro nobismetipſis & noſtris heredibus univerſis daremus eidem Domino Epiſcopo & ſuis Succeſſoribus privilegia, ſive ſub ſigillis noſtris patentes litteras, in quibus renunciaremus omni jure feudali, quod nos & noſtri heredes habere in Advocatia Enzinſtorf videbamur. Inſuper hoc etiam fuit dicto arbitrio interclusum, ſi fortè idem Epiſcopus circa eundem terminum in danda nobis jam dicta pecunia inveniretur negligens & remiſſus, quòd ex tunc redditus XL. lib. Wienn. de poſſeſſionibus Ecclesie Friſingenſis nos & noſtri heredes feudali tytulo in perpetuum teneremus. Verùm quia præfatus Dominus

Epiſcopus Friſingenſis tamquam Vir providus & circumſpectus nunc in proximo transacto beati Michahelis feſto nobis & dictis Dominis, qui ad hoc per arbitros deputati fuerant, ducentas libras Wiennenſis Monete obtulit, & aſſignavit; Unde nos ecce publicè confitemur, easdem ducentas libras circa jam dictum terminum recepiſſe atque clamamus nos eſſe per ipſum Dominum Epiſcopum in omnibus & per omnia pagatos, & ſolutos, & in nullis aliis prorſus laudamentis & debitis ipſum Dominum Epiſcopum, vel ejus Succeſſores pro redemptione juris Advocatie in Enzinſtorf deinceps nobis ſeu noſtris heredibus teneri. Et propter hoc ſub teſtimonio preſentium ex nunc usque in perpetuum nos pro nobismetipſis & pro univerſis noſtris heredibus non compulſi, non coacti, ſed liberè, abſolute ac publice omni juri feudali ſive proprietario renunciamus, quod nos vel noſtri progenitores & heredes habere in prefata Advocatia Enzinſtorf videbamur, vel in omnibus prediis aliis adjacentibus atque villis. Ne igitur per nos vel noſtros heredes, vel per quempiam alium hujusmodi noſtra reſignatio & renuntiatio poſſit impoſterum infringi, vel mutari, ad perhennem hujus rei memoriam & in evidens noſtre reſignationis, & renuntiationis teſtimonium memorato Domino Chunrado Epiſcopo Friſingenſi, & ejus Succeſſoribus per preſentem paginam tradidimus, noſtrorum ſigillorum pendentium munimine roboratam, petentes ſubſcriptorum teſtium habentium tunc penes ſe ſigilla propria ad majoris roboris firmitatem huic etiam pagine applicari. Acta ſunt hec Wienne in domo Domini noſtri Ottachari Illuſtris Regis Boemie, Ducis Auſtrie & Styrie, Marchionisque Moravie anno Domini Mill. Ducent. Sexageſimo ſecundo, Indict. quinta, Sexto Nonas Octobris, preſentibus teſtibus ſubnotatis: Ortolfo Abbate Medlicenſi, Heinrico de Sevelde, Ottone de Meiſſowe, Ottone de Haslawe Judicibus provincialibus Auſtrie, Heinrico de Liehtenſtein, Ottone Camerario de Berhtolſtorf, Wlfingo de Horſſindorf, Alberto Pincerna de Celking, Ludwico fratre ejusdem de Celking, Hermanno de Wolkerſtorf Heinrico Dapifero de Greizinſtein, Wernhardo Pruzlone, Alberone de Scheurbach, Heinrico de Gottinsvelde, Ottone Camerario de Walchunschirchen, Berhtoldo Speiſmaiſter, Wolfkero de Chogeb, Friderico Magiſtro coquine de Porſenprunne, Wlfingo de Haslawe, Dietrico de Chalnperg, Wernheto fratre Speiſmaiſteri, Dominis & Miniſterialibus Auſtrie. Heinrico Vertingo, Ulrico de Luſnich, Raimbottone fratre ejusdem, Dominis & Miniſterialibus Eccleſie Friſingenſis. Ottone de foro, Chunone Magiſtro monete fratre ejusdem, Ottone filio Haimonis, Baltramo de Cimiterio, Rudigero Judice, Civibus Wiennenſibus. Chunrado Notario coquine Domini Regis. Datum ex rogatu noſtro per manum Magiſtri H. de Lok tunc Friſingenſis curie Notarii.

Num. LVI.

C. Dei gratiâ Epiſcopus Eccleſiæ Friſingenſis omnibus præſens Scriptum intuentibus Salutem in omnium Salvatore. Ad notitiam omnium, quorum intereſt, cupimus pervenire, quòd dilectus nobis Magiſter Heinr. S. Andreæ Canonicus noſtræ Civitatis Prothonotarius noſter in præſentia noſtri conſtitutus, Magiſtrum Chunr. Canonicum S. Viti ejusdem Civitatis Capellanum noſtrum exhibitorem præſentium, fecit, conſtituit ſeu ordinavit ſuum Procuratorem in cauſa, quam idem coram honorabili Viro - - - Archidiac. Laybacen. Judice à Sede Apoſtolica delegato movet ſeu movere intendit ſuper Eccleſia S. Petri Salzburgen. Dyoc. ſita in fundo Eccleſiæ noſtræ juxta provinciam ſeu diſtrictum, qui vulgo dicitur Longawe, contra Ven. in Chriſto fratem Dominum - - Electum Eccleſiæ Lauenten. & Vicarium ipſius Eccleſiæ S. Petri dans ſibi liberam poteſtatem, & mandatum ſpeciale, pro ſe ſtandi in judicio, agendi, defendendi,

dendi, respondendi, percipiendi, replicandi, libellum offerendi, litem contestandi, quodcunque genus juramenti in animam suam præstandi, testes & instrumenta producendi, sententiam diffinitivam audiendi, appellandi, quotiens & quando viderit expedire, alium procuratorem pro se nomine suo in quacunque parte litis constituendi vel substituendi, ipsumque revocandi, & alia omnia faciendi, quæ potest ac debet facere verus & legitimus procurator, ratum habiturus sub ypoteca rerum suarum, quicquid per eundem C. suum procuratorem constitutum vel substitutum ab eo suo nomine fuerit ordinatum, & hæc omnibus quorum inter est, voluit esse nota. In horum evidentiam præsens Scriptum, dictus Magister H. nostri sigilli munimine, & sui ipsius petiit roborari. Datum Wiennæ III. Idus Septembr. anno Domini Millesimo CC. LXII.

Num. LVII.

CHunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in omnium Salvatore. Præsentibus profitemur, & ad memoriam reducimus singulorum, quòd felicis recordationis Dominus Chunradus Frisingensis Episcopus Prædecessor noster Magistrum Heinricum Canonicum S. Andreæ nostræ civitatis dilectum Prothonotarium nostrum præsentavit quondam tanquam verus Patronus ad Ecclesiam S. Petri Salzburgensis Dyocœsis sitam in fundo Ecclesiæ nostræ juxta provinciam, sive districtum, qui vulgò vocatur Longawe, quemadmodum per litteras ipsius Antecessoris nostri, aliisque veris & indubitatis nobis constitit documentis. Nosque eandem præsentationem ratam habentes, jus etiam præsentandi ad eandem Ecclesiam, sicut ad nos ratione nostræ pertinet Ecclesiæ, nihilominùs iteratò in ipsum transfundimus ad cautelam, volendo, ut omni juri, quod sibi tam ex præsentatione nostra, quàm Antecessoris nostri competere poterit, gaudeat usquequaque. Et hoc omnibus, quorum interest cupimus esse notum. In hujus rei evidentiam præsens scriptum præfato Magistro Heinrico tradidimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Wiennæ III. idus Septemb. anno Domini Millesimo CC. LXII.

Num. LVIII.

VIro venerabili - - - Abbati Monasterii S. Lamberti Ordinis S. Benedicti Salzburgensis Dyocesis Ludwicus permissione Divina Archidiaconus Carñ. & Marchiæ, Plebanus Ecclesiæ Laybacensis, Aquilegiensis Dyocesis, salutem in Domino. Noveritis, me recepisse litteras à Sede Apostolica sub hac forma: *Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei* &c. ut supra. Cùm igitur non debeam, neque possim ptopter bonum obedientiæ contraire in hac parte mandatis Apostolicis & præceptis, vobis ecce! sub virtute obedientiæ, salvâ tamen vestrâ reverentia injungo firmiter, & discrete, quatenùs dictum venerabilem Episcopum Laventinensem, ac ejus Vicarium, quem apud Ecclesiam S. Petri idem Episcopus instituit, proximâ sexta feria post festum beati Michahelis nunc venturum proximò, ante meam præsentiam citetis apud Laybacum in plebe circa horam tertiam coram me per se, vel per Procuratorem legitimum præfato Heinrico super dicta plebe S. Petri legittimè responsuros, quam, inquam, sextam feriam ipsis pro termino peremptorio statuo & præfigo. Verùm si fortè tunc eadem sexta feria dies feriata fuerit, proximum subsequentem diem, si non fuerit feriata, pro termino peremptorio teneant, & observent. quid autem super hujusmodi citatione facta per nos peractum fuerit, me per

vestras patentes litteras sigillo vestrô munitas certificare velitis, ut omne dubium de tali citatione facta valeat in proximo termino amputari, ne utraque pars in vanum fatigetur laboribus & expensis. Datum apud Laybacum anno Domini Millesimo CC. LXII.

Num. LIX.

VEnerabili viro Domino - - - Archidiacono Laybacensi Judici à Sede Apostolica Delegato Wernherus Viceplebanus in Weltze paratam ad obsequia voluntatem. Præsentibus profiteor, & in virtute obedientiæ requisitus dico, quòd Vicarius in Ecclesia S. Petri vestram recepit citationem, litterasque vestras idem vicarius assignavit Kheffingerio Canonico & Cellerario Salzburgensi procuratori Domini Electi Laventinensis, quod idem procurator mihi retulit viva voce. Intellexi etiam certissimè, quòd vestra citatio pervenit ad aures Domini Electi Laventinnensis. In hujus rei argumentum præsentem cedulam meo sigillo consignavi.

Num. LX.

NOs Ludwicus Archidiaconus Carñ. & Marchiæ Judex à Sede Apostolica Delegatus in causa, quam Magister Heinricus movet contra venerabilem Dominum Electum Laventinensem ac ejus Vicarium super Ecclesia S. Petri Salzburgensis dyocæsis scire volumus universos, quòd Magister Chunradus Canonicus S. Viti Frisingæ procurator ipsius Magistri Heinrici edidit, sive proposuit in judicio coram nobis apud Laybacum in parochiali Ecclesia S. Petri, loco partibus deputato, capitula, sive articulos infra scriptos, qui pro sua intentione fundanda facere videntur, petens, ut auditorem sibi concedere dignaremur, qui in loco, ubi possit haberi copia testium super hujusmodi articulis, & super aliis proponendis, quæ ad causæ faciant instructionem, testes reciperet, & examinaret, dicta ipsorum nobis clausa fideliter remittendo. Verùm tamen dictns Chunradus procurator astrinxit se solùm ad probandum illa, quæ suæ debeant intentioni sufficere. Hæc intendit probare dictus procurator. Primò, quòd Ecclesia S. Petri, de qua quæstio vertitur, est sita in fundo Ecclesiæ Frisingensis, & hoc satis notorium esse provincialibus & indigenis illius loci. Secundò, quòd illa Ecclesia est dotata de patrimonio Ecclesiæ Frisingensis. Tertiò, quòd eadem Ecclesia est ædificata, & reparata per homines Ecclesiæ Frisingensis. Quartò, quòd Dominus Otto quondam Frisingensis Episcopus consecravit altare in Ecclesia illa, ac etiam dotavit eam de patrimonio Frisingensis Ecclesiæ. Quintò, quòd idem Dominus Otto Frisingensis Episcopus Dominum Pilgrimum Plebanum de Rædentein præsentavit ad eandem Ecclesiam S. Petri, sive ei temporalia contulit in ipsa Ecclesia, & quòd ipse eam sic adeptus possedit usque ad obitum suum, qui infra XL. annos mortuus extitit, & quod de his fuit publica fama ante litem motam. Sextò, quod idem Pilgrimus dicto Domino Ottoni Episcopo tanquam Patrono & Domino temporali ipsius Ecclesiæ dedit sæpiùs Herbergarias, & alia exhibuit servitia in eadem Ecclesia, & quod de his etiam fuit publica fama ante motam litem. Septimò, quod idem Dominus Pilgrimus publicè sæpiùs in eadem protestatus est Ecclesia, & alibi, quod eadem Ecclesia, S. Petri per se esset parochialis, nec dependeret ab alia, & quod ipse teneret temporalia à Domino Frisingensi Episcopo Patrono ipsius Ecclesiæ. Octavò, quod ista Ecclesia S. Petri est per se parochialis Ecclesia, & Mater alterius Ecclesiæ, quæ quasi Filia dependet ab ea, & qnod de his fuit fama ante motam litem. Nonò, quod Dominus Ulricus Laventinensis quondam Episcopus

Episcopus tenuit eandem Ecclesiam temporibus Domini Chunradi quondam Frisingensis Episcopi ex patientia sua, & quasi habens conscientiam rei alienæ rogavit idem Ulricus Dominum Chunradum Frisingensem, ut ipse temporibus vitæ suæ non moveret sibi litem, qni hoc propter ipsius amicitiam admisit, & quod de his ante litem motam fuit publica fama. Decimò, quod cùm dictus Dominus Chunradus quondam Frisingensis Episcopus post obitum præfati Pilgrimi præsentâsset Domino Eberhardo quondam Salzburgensi Arhiepiscopo Dominum Arnoldum Plebanum de Maltein ad eandem Ecclesiam S. Petri, ipse Dominus Eberhardus renuit eum instituere in eadem, imò comminabatur ei, quod auferet sibi alia beneficia, si contenderet pro Ecclesia S. Petri, & quod de hoc fuit publica fama ante motam litem. Undecimò, quod Dominus Electus Laventinensis eandem Ecclesiam S. Petri detinet, & tulit fructus hujus Ecclesiæ ad æstimationem quadraginta Marcarum.

Num. LXI.

ANno Domini Millesimo CC. LXII. pridie Nonas Octobris. Nos Ludwicus Archidiaconus Carn. & Marchiæ Judex à Sede Apostolica Delegatus in causa, sive lite quam movet Magister Heinricus Canonicus Sancti Andreæ Frisingæ contra Venerabilem Dominum Electum Laventenensem * ac ejus Vicarium super Ecclesia S. Petri Salzburgensis Dyocæsis in termino peremptorio partibus præfixo præsedimus judicio circa vesperam in Ecclesia Sancti Nicolai apud Laibacum, ibique coram nobis lectum est rescriptum Domini Apostolici nobis directum in hæc verba: *Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei &c. ut supra.* Quo perlecto ex parte dicti Magistri Heinrici comparuit Magister Chu(o)nradus Canonicus Sancti Viti Frisingæ gerens se pro Procuratore ipsius, exhibens procuratorium signatum sigillo venerabilis Patris & Domini Chunradi Frisingensis Episcopi, ac ejusdem Magistri Heinrici in hæc verba: Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in omnium Salvatore. Ad notitiam omnium, quorum interest, cupimus pervenire, quod dilectus nobis Magister Heinricus Canonicus S. Andreæ nostræ Civitatis Prothonotarius noster in præsentia nostra constitutus, Magistrum Chunradum Canonicum S. Viti ejusdem civitatis Capellanum nostrum exhibitorem præsentium fecit, constituit, seu ordinavit suum procuratorem in causa, quam idem coram honorabili Viro Archidiacono Laibacensi, Judice à Sede Apostolica Delegato movet, seu movere intendit super Ecclesia Sancti Petri Salzburgensis dyocæsis, sita in fundo Ecclesiæ nostræ juxta provinciam seu districtum, qui vulgo dicitur Longawe, contra venerabilem in Christo Fratrem Dominum Electum Ecclesiæ Laventinensis, & Vicarium ipsius Ecclesiæ S. Petri, dans sibi liberam potestatem, & mandatum speciale pro se standi in judicio, agendi, defendendi, respondendi, excipiendi, replicandi, libellum offerendi, litem contestandi, quodcumque genus juramenti in animam suam præstandi, testes & instrumenta producendi, sententiam diffinitivam audiendi, appellandi, quotiens, & quando viderit expedire, alium procuratorem pro se, nomine suo in quacumque parte litis constituendi vel substituendi, ipsumque revocandi, & omnia alia faciendi, quæ potest, & debet facere verus & legittimus procurator, ratum habiturus sub ypotheca rerum suarum, quidquid per eundem Chunradum suum Procuratorem constitutum, vel substitutum ab eo, suo nomine fuerit ordinatum, & hæc omnibus, quorum interest, voluit esse nota. In eorum evidentiam præsens scriptum dictus Magister Heinricus nostri sigilli munimine & sui ipsius petiit roborari. Datum Wiennæ III. Idus Septembris, anno Domini Millesimo CC. LXII. Præfato itaque Magistro Chunrado habito à nobis pro sufficienti procuratore, ac legittimo, probatoque, ab eo testibus idoneis, ac aliis

* *Laventinum.*

aliis legitimis documentis, quod prædictus Dominus Electus, & suus Vicarius peremptoriè sunt citati ad terminum præfixum, & locum in Ecclesia sua Laventinensi per litteras nostras ibidem publicè lectas coram Canonicis ejusdem Ecclesiæ, & quod nostra citatio pervenit ad Ecclesiam S. Petri, de qua quæstio vertitur, quòd etiam ad aures ipsius Domini Electi tempore congruo hæc omnia devenerunt, idem Procurator petiit à nobis, ut, cum ex parte adversa nullus appareret legittimus defensor, imò nec simplex Nuntius, eam contumacem reputare meritò deberemus. Nos vero æquitatem secuti, ipsam partem usque in diem sequentem decrevimus potiùs expectandam, diem eundem præcedenti diei, quoad judicium continuantes. Sanè eo die, hoc est, Nonas Octobris præsidentes apud Laybacum in plebe in Ecclesia S. Petri parte memorati Domini Electi sufficienter expectata, ipsum Dominum Electum & suum Vicarium contumaces judicavimus justitia exigente. Verùm sæpe fatus procurator Magistri Heinrici petiit, ut cùm quæstio verteretur super beneficio Ecclesiastico obtinendo, secundùm constitutionem Domini Innocentii Papæ IIII. parte contumace existente, etiam lite non contestata, diligenter ipso examinato negotio, idem deberemus fine debito terminare; nec missio in possessionem causâ rei servandæ locum deberet habere in hoc casu, ne ad idem beneficium ingressus pateat vitiosus. Habito itaque bonorum consilio, interloquendo decrevimus, non obstante absentia partis contumacis, ipsum diligenter examinare negotium, & fine debito terminare. Posthæc prælibatus procurator obtulit coram nobis petitionem suam in scriptis in hæc verba:

Coram vobis Domino Ludwico Archidiacono Marchiæ & Carniolæ Aquilegiensis Dyocæsis, Judice à Sede Apostolica Delegato proponit Chunradus Canonicus S. Viti Frisingensis procurator Magistri Heinrici Canonici S. Andreæ Prothonotarii Venerabilis Domini Chunradi Frisingensis Episcopi nomine ipsius Magistri Heinrici contra Venerabilem Dominum - - - Electum Laventinensem, quod, cùm idem Magister Heinricus fuerit præsentatus à vero Patrono, videlicet Domino Frisingensi Episcopo ad Ecclesiam S. Petri Salzburgensis Dyocæsis sitam in fundo Ecclesiæ Frisingensis juxta provinciam, sive districtum, qui vugò vocatur Longawe, venerabili Patri & Domino Salzburgensi Episcopo idem Dominus Electus suæ institutioni contra justitiam se opposuit & opponit, impediens, ne possessionem Ecclesiæ hujus valeat adipisci, ipsamque Ecclesiam in sui præjudicium detinet occupatam. Unde petit dictus Chunradus nomine procuratorio pro dicto Heinrico Magistro, ut vos Domine Judex Auctoritate Apostolica præfatum Dominum Electum amoventes penitùs ab Ecclesia memorata eam ipsi Magistro Heinrico, vel eidem Chunrado suo, Procuratori nomine ipsius Heinrici cum omnibus juribus parochialibus cum pertinentiis universis per diffinitivam sententiam adjudicetis, ac institutum in ea auctoritate Apostolica defendendo. Item petit dictus Procurator dampna, expensas, & interesse, ac fructus à quinque annis, & citra ab ipsa Ecclesia perceptos, quæ omnia in processu negotii declarabuntur. Et hæc omnia petit dictus Procurator nomine præmemorati Magistri Heinrici, salvo jure addendi vel minuendi, & salvo sibi omni juris beneficio. Oblatus est iste libellus anno Domino Millesimo CC. LXII.

Hac itaque petitione sive libello recepto, ac idoneo judicato sæpè fatus Procurator fidem nobis fecit per certa & indubitata documenta, quod ante fatus Magister Heinricus extitit præsentatus venerabili Patri & Domino Salzburgensi Archi-Episcopo à venerabili Domino Chunrado Frisingensi Episcopo ad Ecclesiam S. Petri Salzburgensis Dyocæsis sitam in fundo Ecclesiæ Frisingensis, ad probandum etiam, quod Dominus Episcopus Frisingensis verus sit Patronus Ecclesiæ memoratæ. idem Procurator produxit coram nobis privilegium Sedis Apostolicæ concessum Episcopis Frisingensibus à Domino Innocentio secundo, in quo manifestè conceditur Frisingensis Ecclesiæ Episcopis, ut in Ecclesiis, sive Mona-

Monasteriis sitis seu fundatis in quacunque Dyocæsi in fundo Ecclesiæ Frisingensis, Presbyteri sive Clerici minimè statuantur. Deinde Procuraror idem coram nobis edidit quædam Capitula, sive articulos, qui videntur facere ad plenam instructionem suæ causæ, quos se probaturum dixit per testes legittimos, & omni exceptione majores; non tamen constrinxit se, nisi ad ea solùm probanda, quæ suæ sufficerent intentioni, petens, ut alicui discreto committeremus, qui ipsos audire & examinare deberet, & alia facere, quæ circa his fuerint oportuna, cùm multi ex ipsis sint senes, & valetudinarii, & nostris se de facili non possent præsentare conspectibus, quæ omnia secundùm juris debitum duximus admittenda. Acta sunt hæc assidentibus nobis & præsentibus honorabilibus viris Domino Morhardo Canonico Frisingensi, Plebano S. Mariæ, Domino Heinrico Plebano S. Viti, Hermanno Plebano de Wodizze, Gotfrido Vicario in Lok, Marquardo Sacerdote, & aliis viris providis & honestis. In horum evidentiam præsens scriptum nostri sigilli munimine, & præfati Domini Morhardi fecimus consignari.

NUM. LXII.

LUdwicus Dei gratiâ Archidiaconus Carn. & Marchiæ, Judex à Sede Apostolica Delegatus, discreto viro Domino Wernhero Plebano in Welz Salutem in omnium Salvatore. Cùm in causa nobis à Sede Apostolica commissa, quam Magister Heinricus Canonicus S. Andreæ movet contra venerabilem Dominum Electum Laventinensem ac ejus vicarium super Ecclesia S. Petri Salzburgensis Dyocæsis cœperimus procedere, & Magister Chunradus Canonicus S. Viti Frisingensis Procurator ipsius Magistri Heinrici quædam Capitula, sive articulos, qui pro intentione ipsius Magistri Heinrici plene facere videntur, quos etiam per testes, qui difficulter nostro se possint præsentare conspectui, probare intendit, ediderit coram nobis, auctoritate Apostolica vobis damus districtiùs in mandatis, quatenùs testes idoneos, quos idem Chunradus Procurator, vel ipse Magister Heinricus super articulis coram nobis propositis, probandis, vel quibuscumque aliis, qui adminiculum causæ procurare videntur, coram vobis proponendis produxerit, in loco, qui dicitur Superior Welze, exacto & præstito primitùs ab eis juramento de veritate dicenda, secretò & sigillatim prout jus exigit; audiatis, secundum juris debitum singulos sollicitè examinantes, dictaque ipsorum clausa nobis fideliter remittatis. Ut autem mandatum nostrum debitum possit sortire effectum, auctoritate nobis commissa plenam vobis damus facultatem, testes, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint compellendi per censuram Ecclesiasticam, & omnia alia faciendi tam circa testes, quàm circa alias etiam personas, quæ qualitas hujus negotii vobis commissi exigit & requirit. Datum apud Laybacum, Nonis Octobris anno Domini Millesimo CC. LXII. Indictione quinta.

NUM. LXIII.

NOs Bruno Dei gratiâ Olmuncensis Episcopus notum facimus omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod ad omnem dissensionis materiam amputandam placuit venerabili in Christo fratri Domino Chunrado Ecclesie Frisingensis Episcopo, & Domino Wlfingo de Stubenberch prestita fide vice Sacramenti in nos tanquam in arbitrum compromittere sub hac forma, videlicet, quicquid super universis dampnis & gravaminibus per ipsum Dominum Wlfingum & suos homines in castro Chetz nunc & tunc residentes hominibus ejusdem Domini Episcopi apud Welz & Sanctum Petrum residentibus irrogatis seu

etiam

etiam irrogandis judicaremus sententialiter faciendum, quod illud partes inter se absque cujuslibet contradictionis obstaculo tenerent ratum pariter atque firmum. Nos verò auditis assertionibus partium hinc & inde, atque universis dampnis & gravaminibus prelibatis diligentissimè penes nos discussis, communicato etiam super his omnibus prudentum consilio, talem protulimus sententiam inter partes, quod videlicet dictus Dominus Wlfingus de Stubenberch & sui heredes in recompensationem premissorum dampnorum & gravaminum debent dare memorato Domino Episcopo Frisingensi, vel suis Successoribus XXV. Marcas Gracensium denariorum in beati Michahelis festo nunc venturo & alias residuas XXV. Marcas ejusdem monete in proximo subsequenti festo Purificationis beate Marie Virginis debent dare, pro quibus, inquam, quinquaginta Marcis Gracensium denariorum idem Dominus Wlfingus Dominos videlicet de Souraw & Ortolfum de Strerwich in solidum pro fidejussoribus obligavit, ut si secundùm distinctionem prelibatam in termino constituto summam supra expressam ipsi Domino Episcopo vel suis Successoribus non persolverent, quod ex tunc idem Dominus Episcopus Frisingensis, vel sui Successores haberent liberam potestatem cohercendi eosdem fidejussores per ablationem pignoris, donec ad integram memorate pecunie persolutionem. Preterea etiam universas possessiones Ecclesie Frisingensis cum omnibus eorumdem attinentiis circa Welz sitas & Sanctum Petrum, quas videlicet Dominus Chunradus de Souraw & Chu(o)nzo & Osso, & eorumdem fratres filii quondam Domini Seifridi de Vansdorf, & quas Heinricus officialis de Sancto Petro ab eodem Domino Wlfingo in feudum tenuerunt, ipse Dominus Wlfingus in recompensationem omnium gravaminum & dampnorum antedictorum in manus ejusdem Domini Episcopi Frisingensis secundùm prolationem nostri arbitrii liberè resignavit, renuncians omni juri feudali, quod habuit in eisdem. Insuper pro evitanda deinceps omnium gravaminum & dampnorum lesione, que imposterum ex parte ipsius Domini Wlfingi de Stubenberch, aut suorum hominum possent dicto Domino Episcopo Frisingensi vel suis Successoribus, aut Frisingensis Ecclesie hominibus irrogari, hanc penam sententialiter adjecimus ad cautelam, si videlicet idem Dominus Wlfingus, & sui homines aliquod dampnum vel gravamen eidem Domino Episcopo vel suis hominibus irrogarent, & si illud dampnum vel gravamen à die querele sibi facte infra unius mensis spatium non emendaretur, neque lesis satisfieret, omni remoto malo ingenio atque dolo, quòd idem Dominus Wlfingus & sui heredes ex tunc essent presato Domino Episcopo Frisingensi, vel suis Successoribus pro tali negligentia seu contumacia in centum Marcis denariorum Gracensium legittimi debitores & quod nichilominus tamen eidem Domino Episcopo Frisingensi & suis Successoribus pro hujusmodi dampnis & gravaminibus irrogatis legalis actio competeret contra illos. Verùm si autem hujusmodi dampnum & gravamen irrogatum excedit summam vel valorem centum marcarum denariorum Gracensium, ipse Dominus Wlfingus & sui heredes erunt debitores sepe dicto Domino Episcopo vel suis Successoribus in ducentis marcis illius monete, quam supra expressimus, & nichilominus, ut supra dictum est, pro irrogatis dampnis & gravaminibus actio movebitur contra illos. In hujus itaque nostri prolati arbitrii perennem memoriam ex rogatu & consensu utriusque partis, presentem paginam nostri pendentis sigilli munimine jussimus roborari, & nichilominus ad majus testimonium nostri arbitrii, atque ad majorem roboris firmitatem supra memorati Domini Wlfingi de Stubenberch & quorumdam testium subscriptorum, qui tunc presentes fuerant, apponi sigilla fecimus presenti pagine, ut sint evidens testimonium in futurum. Acta sunt hec apud Gretz in domo Domini Plebani, anno Domini M. CC. LXIII. septimo ydus Februarii, quo anno & die ac mense Domini nostri Ottachrii Illustris Regis Boemie vices in partibus Stirie gerebamus. Huic autem nostro prolato arbitrio testes

testes interfuerunt subnotati: videlicet Dominus Gotfridus nobilis Comes Silvester, Item Dominus Wlricus de Lihtenstein. Item Dominus Liutoldus de Stadeke. Item - - - Dapifer de Velsperch, Item Dominus Hadmarus de Werd, Item Dominus Gotfridus de Marchpurch, Item Dominus Wigandus de Morssenberch, Item Dominus Chunradus de Aichperch, item Dominus Heinricus dictus Vertingus, & Dominus Officialis de Welz, item Magister Heinricus de Lok & Otto Notarii curie Frisingensis.

Num. LXIV.

Nos Fridericus Comes de Ortenburch per præsens scriptum notum facimus præsentibus & futuris, quod dum apud Lok accedentes fuissemus in præsentia Domini nostri Chunradi venerabilis Episcopi Frisingensis constituti, super emendis & satisfactionibus dampnorum hinc & inde irrogatorum, fuit inter cætera, quæ inter ipsum Dominum Episcopum & nos tractabantur, quædam actio & impetitio decisa taliter specialis, videlicet, quod fideles nostri Heinricus & Fridericus Fratres de Waldenberch, & eorum hæredes resignaverunt in manus ipsius Domini Episcopi omne jus, quod videbantur habere in Wartenberch, & Cho(e)lach & Trasich, renuntiaveruntque omnibus actionibus sive impetitionibus, quas pater illorum & ipsi, & eorum hæredes movere poterant, vel possent contra Ecclesiam Frisingensem. E converso autem ipse Dominus noster Episcopus pro hujusmodi resignationibus, & renuntiationibus factis promisit antedictis duobus fratribus & eorum hæredibus circa proximum nunc beati Georii festum se daturum XX. M. Aquilegiensium denariorum antiquorum, & conferre ipsis & eorum hæredibus redditus trium marcarum Aquilegiensium, quam citò prætextu homagii sive in Carinthia, sive in Carniola, vel in Marchia se offerret locus pariter & facultas. Nos vero etiam in eodem die prætextu concordiæ inter ipsum Dominum Episcopum & nos inviolabiliter observandæ cessimus omni juri & actioni, quod & quam solummodo super alpes inter confinia utriusque prædiorum sitas allegavimus nos habere, actionibus imposterum reservatis & suspensis, quas ad invicem inter nos super homines proprios movere possumus hinc & inde. Acta sunt hæc apud Lok anno Domini M. CC. LXIII. IIII. Nonas Junii istis præsentibus. Heinrico Vertingo, Wernhero, Chunrado & Jacobo Fratribus de Lok & Eberhardo Ministeriali Ecclesiæ Frisingensis & Leutzmanno milite de Ortenburch, & Leutoldo de Waldenberch, Vllino, Chunzone & Richardo, & Mærchelino de Biterſperch. Et ne igitur omnia prælibata possint tradi oblivioni, vel per aliquem imposterum infringi vel mutari, præsentem paginam nostri sigilli munimine jussimus roborari. Et nos omnium prædictorum volumus esse auctores sive Gwer erga præfatum Dominum Episcopum contra fratrem nostrum Heinricum Comitem de Ortenburch.

Num. LXV.

Actiones hominum, quas mundus ordinat, sæpè delet successus temporum, nisi occurrat memoria litterarum voce testium roborata. Nos igitur Chunradus Dei gratia Frisingensis Ecclesiæ Episcopus ad memoriam futurorum & præsentium cupimus pervenire, quod dum dilecti & fideles nostri cives fori de Lok ad nostram præsentiam accedentes nobis eorum defectum, quem patiebantur in agricultura unanimiter expressissent, & probâssent per argumenta plurima, quod ex eorum defectu nobis non modicus defectus in nostris redditibus atque censu succresceret annuatim, nos & illorum, & nostram utilitatem in hac parte procurare volentes, ecce quasdam hubas circa Lok sitas

de nostrorum Ministerialium consilio divisimus inter illos, ex quibus inquam hubis agros unius hubæ, quæ vulgariter Sluzzelhus dicitur, inter Nicolaum filium Walpotonis, & Wernherum generum illius, & Goldrunam, filiámque ejus Margaretam divisimus, & contulimus illos illis & eorum hæredibus sub jure Purchrecht in perpetuum possidendos, ita tamen, quod annis singulis in festo Martini nostro theloneario de Lok, qui tunc pro tempore fuerit, de agris hubæ divisæ solummodo persolvant LX. denarios Laybacensis usualis monetæ, quibus persolutis ab omni erunt alterius censûs datione usque post anni circulum submoti omnimodo & exclusi, nec officialis noster omnes tenentes & colentes agros præfatos ulterius quàm ad ultronea servitia & ad Stiuram communem poterit cohercere, nisi tunc toti prædio, aut toti terræ incumberet timor, aut necessitas generalis, propter quæ ad opera generalia essent compellendi. Hoc etiam adjecimus prænotatis, quod si quis convictus fuerit coram nobis, aut Officiali nostro, quòd agros prælibatos, aut quempiam illorum per quodcunque genus alienationis ergà aliquem occupaverit, qui non est de domo vel familia Ecclesiæ Frisingensis, ille idem alienans, vel occupans cecidit ab omni jure, quod habuit in eisdem agris, & nichilomius eorumdem agrorum collatio ad nos est denuo devoluta. Ne igitur per nos vel nostros Successores præsens divisio vel collatio infringi valeat vel mutari, ad hujus rei perennem memoriam & majoris roboris firmitatem præsentem paginam memoratis civibus & eorum hæredibus tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Dat. per manum Magistri Heinrici nostræ Curiæ tunc Notarii. Anno Domini M. CC. LXIII. Istis præsentibus: Rudolfo, Magistro Chunrado, Ottone Frisingensis Curiæ Notariis & Capellanis. Heinrico Vertingo, Wernhero, Chunrado, & Jacobo Fratribus de Lok & aliis fide dignis.

Num. LXVI.

Actiones, quas mundus ordinat, sæpe delet successus temporum, nisi occurrat memoria litterarum voce testium roborata. Nos igitur Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum facimus universis tam præsentibus, quàm futuris, quod dissensionis & contentionis materia hucusque inter nostros prædecessores & nos ex una parte: & Chunradum, Ottonem, & eorundem fratres de Vanstorf ex altera super limitibus Sylvarum & terrarum agitata diutius, de consensu & bona voluntate eorumdem fratrum fuit per nostri arbitrii sententiam taliter amputata, quod videlicet à domo, in qua Albero residet, sursum per directum montis, & inferius per descensum usque ad finem illius lapidis, qui dotem plebis in Weltz ex opposito tangit, divisionem limitum fecimus, ita quod pars illa, quæ orientem respicit, nobis cessit, alia vero pars, quæ jacet ad occidentem, cessit fratribus memoratis, hoc tamen pacto opposito, & adjecto, quod nos & homines, & coloni nostri, dum visum fuerit expedire, possint cum eorum pecoribus pascendis partem dictorum fratrum frequentare, ipsisque etiam fratribus & eorum hominibus è converso licebit habere in nostra parte, dum eis placuerit, communionem tam in pascendis eorum gregibus, quàm in lignis recipiendis solummodo ad eorum ædificia necessariis & ad ignem; hoc tamen semper salvo, quod neque nostris, neque dictorum fratrum hominibus licebit ligna de nostra Sylva vendere quoquo modo. Præterea hoc etiam ibidem fuimus protestati, quod infra terminos partis nostræ, quæ nobis cessit, habere tantum spatium terrarum ex novo nobis liceat, quod ultra quantitatem fæni, quam habuimus ab antiquo, possimus habere annis singulis sexaginta carradas fæni. Insuper etiam licebit colono, quem ad custodiendam sylvam præfecimus, extirpare & colere infra terminos partis nostræ unum vel duos agros ad projiciendum Semina in eisdem. Ut autem præfatorum limitum divisio

divisio non possit imposterum infringi vel mutari, præsentem paginam conscribi fecimus, & in perennem hujus rei memoriam nostri pendentis sigilli munimine eandem jussimus roborari. Acta sunt hæc apud Weltz. Anno Domini Millesimo CC. LXIII. in octava beati Johannis Baptistæ. Istis præsentibus, videlicet Domino Rudolfo, Magistris Heinrico, Chunrado & Ottone Frisingensis Curiæ tunc Notariis & Capellanis, Heinrico dicto Vertingo, Chunrado & Ottone fratribus de Saurawe, Domino Swichardo de Gretz, Heinrico & Liebhardo tunc officialibus in Welz & in Sancto Petro, aliisque multis viris idoneis & fide dignis.

NUM. LXVII.

Actiones, quas mundus ordinat, sæpe delet successus temporum, nisi occurrat memoria litterarum voce testium roborata. Egò igitur Engelschalchus de Remsperch per præsens scriptum notum facio universis tam præsentibus quàm futuris, quod data fide vice Sacramenti in manus Domini nostri Chunradi venerabilis Episcopi Frisingensis promisi firmiter, & laudavi, quod castrum Randeke, & omnia ejus attinentia, universasque possessiones, quas ab Ecclesia Frisingensi mei progenitores feodali titulo possiderunt, & quas ego nunc possideo, & quas possidere potero in futurum, nunquam per alicujus venditionis, obligationis, & infeudationis genus debeo erga aliquem hominem alienare, hoc etiam promittens, quod si me absque hærede decedere contingerit, præfatum castrum cum omnibus ejus attinentiis, & alia omnia quæ in feudum à memorata Ecclesia possideo debent cum omnibus juribus redire ad eandem. In cujus rei perenne testimonium præsentem conscribi feci paginam, & illam mei pendentis sigilli munimine roborari. Acta sunt hæc apud Udmarveld anno Domini M. CC. LXIII. XV. Kal. Augusti præsentibus subnotatis, videlicet Marquardo de Zinzindorf, Leupoldo de Chinprenning, Leupoldo de Asponspach, Ottone de Luhsnich, Ulrico de Luhsnich, Ditrico de Richinstorf, Chunrado dicto Schirmar, Heinrico Vertingo, Eberhardo de Paumgarten militibus. Arnoldo dicto Piber, Friderico de Luhsnich, Domino Rudolfo, Magistro Heinrico, Ottone tunc in tempore Frisingensis Curiæ Notariis & Capellanis.

NUM. LXVIII.

Reverendo Domino suo Chunrado venerabili Frisingensi Episcopo R. de Valchenberch devotum & fidele servitium cum debita subjectionem Tenore præsentium benignitati Vestræ transmitto super fidejussione, sicut honestis rationibus discussum est, pro Heinrico dicto Redel, ut ipsum mihi absolutum, & pristinæ libertati restitutum transmittatis tali conditione, ut si ipse prædictus Heinricus vel offenderit vestros homines percutiendo, capiendo, rapiendo, vel per vim retinendo, ego sim astrictus ad satisfactionem quinquaginta talentorum, & si forte me mori contingerit, filius meus tali pœnæ subjaceat, ut præscripsi. hujus rei fidejussores mei sunt, videlicet Heinricus de Gu(o)rentu(o)ra, Eberhardus frater ipsius, Rudgerus de Mitterndorf, Wolfkerus officialis de Herrantstein, Pernhardus de Herrantstain. Acta sunt hæc apud novam Civitatem, anno Domini Millesimo CC. LXIII. VI. Kalendas Augusti, præsentibus testibus subnotatis, videlicet Domino Heinrico dicto Vertinch, Ulrico de Lu(o)hsnich, Rabatone de Lu(o)hsnich, Dietrico de Reichenstorf militibus, Friderico de Lu(o)hsnich & aliis quam pluribus.

Num. LXIX.

NOs Heinricus Dei gratiâ Palatinus Comes Reni, Dux Bawariæ tenore præsentium declaramus, quod fidelis noster Grimoldus de Taufkirchen protestatus est publicè ac recognovit, se in Ecclesia Taufkirchen castro suo adjacenti nichil juris patronatûs, vel quicquam juris habere, sicut præsumpserat in ea sibi competere, dum ex obitu Plebani sui proximè vacavisset. In cujus rei testimonium præsentes litteras nostrô, ac fidelis nostri Sifridi de Frawenberch sigillis placuit communiri. Datum in Landawe VII. Kalend. Octobr. anno Domini M. CC. LXIII.

Num. LXX.

OMnibus præsentes litteras inspecturis Bartholomæus Archid. Amb. Domini Papæ Capellanus, & ipsius contradcarum Auditor Salutem in Domino. Noveritis, quòd cum Magister Ricardus Procurator - - - - Abbatis & Conventûs Monasterii Sanctæ Mariæ de Sitansteten pro ipsis impetraret litteras Apostolicas sub hac forma:

Urbanus Episcopus &c. dilectis filiis - - - - Abbati Monasterii de Cremismunster, & - - - - Præposito Ecclesiæ S. Floriani Pataviensis diœcesis salutem &c. Sua nobis Abbas & Conventus Monasterii S. Mariæ de Sitansteten petitione monstravit, quod Fridericus Abbas Monasterii de Clenraco * Pataviensis diœcesis in Heberhardum & Heinricum Presbyteros dictæ diœcesis pro eo, quod idem Heberhardus de Waidhoven, ac dictus Heinricus de Holenstein Ecclesias cum juribus & pertinentiis suis ad eosdem Abbatem & Conventum de Sitansteten spectantes per violentiam occuparunt, & ab eodem Abbate de Clevinaco moniti diligenter Ecclesias ipsas eis restituere contumaciter denegârunt, cùm hoc esset ita notorium, quòd nulla posset tergiversatione celari, auctoritate venerabilis Fratris nostri Ottonis Episcopi Pataviensis loci Diœcesani excommunicationis sententiam exigente justitia promulgavit. Otto quoque Decanus Christianitatis Lauriacensis præfatæ diœcesis Presbyterorum ipsorum crescente contumacia easdem Ecclesias auctoritate prædicti Episcopi suadente justitia Ecclesiastico supposuit interdicto. Verùm præfati Presbyteri hujusmodi excommunicationis Sententiam dampnabiliter contempnentes in eisdem Ecclesiis interdictis divina officia celebrare, imò verius, quantum in eis est, prophanare, ac Ulricus miles, Chunradus, Heinricus, & alii parochiani prædictarum Ecclesiarum in eis sic interdictis ab eisdem Presbyteris divina hujusmodi andire præsumunt, in animarum suarum periculosum plurimorum scandalum, & dictorum Abbatis & Conventus præjudicium, & Ecclesiasticæ disciplinæ contemptum. Propter quod Abbas de Cleuniaco & Decanus prædicti in militem, Chunradum, Heinricum, & alios parochianos prædictos, quia per eos moniti diligenter à præsumptione hujusmodi desistere contumaciter denegarunt, cùm esset ita notorium, quod nullâ poterat tergiversatione celari, auctoritate præfati Episcopi excommunicationis Sententiam exigente justitia promulgavit. Quare dicti Abbas & Conventus Monasterii S. Mariæ humiliter petebat à nobis, ut easdem Sententias robur firmitatis debitum obtinere, dictosque Presbyteros de præsumptione hujusmodi pœna puniri Canonica faceremus. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs sententias ipsas, sicut rationabiliter sunt prolatæ, faciatis auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari. Super eo verò, quod dicti Presbyteri divina taliter prophanare dicuntur, quod Canonicum fuerit &c. facientes quod

* Gleinckh.

quod decreveritis &c. Datum apud Urbem veterem II. Nonas Junii Pontificatus nostri anno tertio.

Eisdem litteris Waldinus de Bechona Clericus Procurator Venerabilis Patris Episcopi Frisingensis pro ipso in Audientia publica contradixit, quas tandem ea conditione absolvit, quod super quæstione juris patronatûs, quæ vertitur inter prædictos Abbatem & Conventum Monasterii S. Mariæ ex parte una, & prædictum Episcopum ex altera, nullum eidem Episcopo quoad jus patronatus, si quod habet, per prædictas litteras præjudicium generetur, quod pars altera promisit coram nobis. In hujus rei testimonium præsentes litteras fieri fecimus, & nostro sigillo muniri. Datum apud Urbem veterem XV. Kalend. Julii, Pontificatus Domini Urbani Papæ IIII. anno tertio.

Num. LXXI.

NOs Chunradus Dei gratiâ Abbas & Conventus S. Stephani in Wihensteven ratum habemus & præsenti scripto confirmamus permutationem factam inter venerabilem Patrem & Dominum nostrum Chunradum Episcopum & inter nos de quibusdam pratis in Zollingen, ubi duo prata parva pertinentia ad Molendinum situm in Zollinga idem Pater & Dominus noster Episcopus commutavit nobiscum pro quodam alio prato pertinente ad curiam nostram similiter in Zollinga, sicut utrinque propter locorum oportunitatem expediens & utile reputatur. In ipsa quoque permutatione hinc & inde adjectum fuit & expressum, quod si Molendinator prælibati Patris & Domini nostri gramen in prato sito inter prata nostra, quod ex jam dicta permutatione cessit molendino Domini nostri Episcopi, nutrire voluerit, quamdiu ipse Molendinator sepem non circumdederit, equos & alia pecora hominum Monasterii nostri non debeat aliquatenus impignorare. In cujus verò rei evidentiam præsens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Acta sunt hæc Frisingæ anno Domini M. CC. LXIIII. IX. Kalend. Octob.

Num. LXXII.

NOs Ulricus Dei gratiâ Dux Karinthiæ, Dominus Carn. notum facimus universis tam præsentibus, quam futuris, quod Domino & amico nostro Venerabili Patri Chunrado Episcopo Frisingensi nostram voluntatem præstitimus & consensum, ut castrum sive munitionem circa villam Zlap, vel in alio loco, quem in Marchia super prædio Ecclesiæ Frisingensis duxerit eligendum, erigat absque obstaculo cujuslibet impedimenti, & ipse Episcopus promisit nobis versa vice, quod, si quod dampnum, vel gravamen de mandato suo vel consensu imposterum de eodem castro nobis vel nostris per suos Castellanos fuerit irrogatum, satisfactionem & emendationem plenariam, super hujusmodi dampnis & gravaminibus, dum in terra constitutus fuerit, nobis sine dilatione qualibet faciet, sive nostris, quam, inquam, satisfactionem si post adventum vel reditum suum ad terram elapsis sex septimanarum spatiis post motam sibi super hoc querimoniam nobis vel nostris exhibere non curaverit, & præstari, nos prædictam villam Zlap ex tunc possidebimus titulo feudali, & - - - - Advocatiæ in Marchia per totum prædium Ecclesiæ Frisingensis. Si vero dictum - - - - per suos vel alienos fraudulenter traditum fuerit inimicis vel ali - - - - - - fuerit expugnatum, & ex hoc fortè nobis vel nostris dampnum - - - irrogatum, id dicto Episcopo vel suis Successoribus non debet aliquatenùs - - - nec ex hoc nobis in memorata villa Zlap & prædio Ecclesiæ - - - - aliquod aquisitum nisi hoc per legittimum testimonium probare

probare - - - - - - hoc Domini Episcopi consensus & voluntas pariter accessisset. Sui - - - - - & Castellani præfatum castrum inhabitantes, non obstante - - - - dicta possint ipsum Dominum Episcopum, & semetipsos ab omnibus injuriis & violentiis de præfato castro secundùm justitiam defendere licitè - - - eri. In hujus itaque rei testimonium præsentem paginam prælibato Domino Episcopo tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Laibaci anno Domini M. CC. LXV. X. Kalend. Julii.

Num. LXXIII.

NOs Ulricus Dei gratiâ Dux Karinthiæ, Dominus Carniolæ & Marchiæ notum facimus universis præsentium notitiam habituris, quod dilectus fidelis noster Ortolfus de Gurchvelde consentientibus hæredibus suis proprietatem prædii sui in Celle cum omnibus suis attinentiis pro dampnis & gravaminibus, quæ Frisingensi Ecclesiæ intulit, in manibus nostris libere resignavit, & nos eandem proprietatem ipsius prædii in Celle pro dampnis hujusmodi tradidimus & donavimus ipsi Ecclesiæ Frisingensi, quod inquam prædium in Celle Reverendus in Christo Pater Dominus Chunradus tunc Episcopus Frisingensis præfato Or. & suis hæredibus titulo contulit feodali. Nos etiam ad hoc, ne præfatus O. vel sui hæredes super præmissis qnicquam possint, si vellent imposterum revocare, per præsentes nomine fidejussorio obligamus, volentes in hoc indempnitati & commodo ipsius Ecclesiæ providere. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LX. quinto, testibus qui aderant subnotatis, videlicet Friderico Comite de Ortenburch, Luipoldo de Echsenberch, Wernhardo de Waldeke, Wernhero & Chunrado Fratribus de Lok, Jacobo de Gutenberch, Rudelino de Laybaco, Nicolao de Rintenberch, Ortolfo de Priseke, Ugoldo de Gutenwerde & aliis quàm pluribus. In cnjus rei etiam evidentiam pleniorem præsentes conscribi fecimus, & nostri sigilli munimine roborari. Dat. XII. Kal. Octobris.

Num. LXXIV.

NOs Ulricus Dei gratiâ Dux Karinthiæ, Dominus Carn. & Marchiæ præsentibus profitemur & scire cupimus universos præsens scriptum intuentes, quod ob reverentiam beatæ Mariæ Virginis, & ob dilectionem dilecti amici nostri Chunradi venerabilis Frisingensis Episcopi universos homines jure proprietatis nos attinentes, constitutos in coloniis & prædiis Ecclesiæ Frisingensis in Marchia per hofmarchiam ejusdem Domini Episcopi liberaliter donavimus, & tradidimus Ecclesiæ Frisingensi cum eorum posteris, nihil nobis juris in ipsis penitus reservantes, exceptis tantùm his, qui in foris, seu civitatibus ipsius Domini Episcopi habent residentiam & morantur, de quibus communiter est statutum, ut si qua servitia à nostris in suis civitatibus constitutis recipiamus, similia servitia ipse Dominus Episcopus à suis hominibus recipiat in nostris foris & civitatibus constitutis. In hujus itaque nostræ donationis evidentiam præsens scriptum præfato Domino Chunrado Episcopo tradidimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Lok. anno Domini M. CC. LXV. XII. Kal. Octobris.

Num. LXXV.

NOtum sit omnibus præsens scriptum intuentibus, quod cum nos Morhardus Dei gratia Præpositus Werdensis, Canonicus Frisingensis litteras Apostolicas recepissemus in hæc verba.

Clemens

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Mothardo Canonico Ecclesiæ Frisingensis &c. ut supra. Volentes itaque negotium nobis commissum debitum perducere ad effectum, litteris nostris per Rudlinum Diaconum venerabilem in Christo Patrem. - - - - - Episcopum Laventinensem & Capitulum ejusdem Ecclesiæ peremptoriè in Frisaco in Ecclesia S. Bartholomæi proxima sextâ feria ante festum beati Michahelis ad nostram præsentiam duximus evocandos, quo die & loco nobis & Magistro Heinrico pro parte sua comparentibus ex parte dictorum Domini Episcopi & Capituli Laventinensis nemo nostro se conspectui præsentavit. Circa Vesperam itaque ejusdem diei in prædicta Ecclesia recepto juramento, & præstito à præfato Rudlino Diacono, quod tempore congruo litteræ nostræ citatoriæ ab ipso præsentatæ & lectæ fuerunt publicè in Ecclesia Laventinensi & sequenti die coram Eberhardo procuratore memorati Domini Episcopi eundem diem ex benignitate judiciaria continnavimus quoad judicium diei sequentis præfigentes terminum partibus horam primam ipsius diei. Tali igitur die, hoc est in Sabbatho ante festum beati Michahelis & hora præmissa nobis in dicta Ecclesia præsidentibus, & sæpè dicto Henrico Magistro coram nobis comparente; in præsentia discretorum Vitorum Decani, Magistri Chunradi, & Waldmanni & aliorum de Capitulo dictæ Ecclesiæ Frisingensis, memoratam partem, Dominum Episcopum videlicet & Capitulum Laventinense judicavimus, ut debuimus, contumacem. Quo facto revolutis & discussis actis judiciorum honorabilis Viri Domini Ludwici Archidiaconi Carn. & Marchiæ in præmissa causa à Sede Apostolica Delegati, factaque nobis plena fide de Canonico processu in causa sæpè dicta sententiam diffinitivam contra tunc temporis Electum & Ecclesiam Laventinensem pro sæpè dicto Magistro Henrico Canonico S. Andreæ Frisingæ super Ecclesia S. Petri Salzburgensis dyocæsis ab ipso Archidiacono latam in hæc verba:

Nos Ludwicus Archidiaconus Carn. & Marchiæ &c. ut supra, ut in ipsius Domini Ludwici sententia diffinitiva.

Judicamus ritè, juste rationabiliter fore latam, eam auctoritate Apostolica in nomine Patris, & Filii & Spiritûs Sancti confirmamus, decernendo eam ab omnibus, quos tangit idem negotium, inviolabiliter observari. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXV. in die Sabbathi proximi ante festum beati Michahelis in Monasterio Frisacensi. In hujus rei evidentiam præsens scriptum volumus nostri sigilli munimine consignari.

Num. LXXVI.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum esse volumus omnibus præsens scriptum intuentibus, quod cum homines constituti in prædiis nostris Reuchlinstorf & Mulleuten à Leupoldo de Sachsengange fidele nostro insulam juxta Mulleuten & Hage & Goldanns sitam, quæ vulgò dicitur Chleinwerde, quam etiam idem Leupoldus à nobis in feodo tenuit, in suos communes usus perpetuos comparâssent, sub pensione tamen unius libræ, ipsi Leupoldo & suis hæredibus annuatim in festo S. Georii persolvenda, adjectâ pæna dupli, siquando promisso die non foret talis pensio persoluta, dicti homines de Reuchlinstorf, & Mulleuten de consilio & voluntate nostra datis prædicto Leupoldo octo libris Wiennensis Monetæ prædictam insulam liberè & absolutè suis usibus conquisiêrunt perpetuo servituram, eximentes se à pensione libræ memoratæ & à pæna dupli, quæ in primo contractu fuerat constituta. Nos itaque facta nobis libera resignatione memoratæ insulæ à præfato Leupoldo fideli nostro ipsam insulam cum pascuis, pratis, sylvis, viarum exitibus & omnibus commoditatibus contulimus & applicuimus prædiis memoratis & hominibus residentibus in eisdem, communibus eorum usibus perpetuò liberè profuturam. Dictus

ctus quoque Leupoldus de Sahsengange in sæpe dicta insula nihil juris seu commoditatis deinceps habebit, nisi quòd licitum erit sibi per communem viam ejusdem Insulæ suæ pecora ad pascua alia, quam in eadem Insula, ire & redire; curribus etiam ejusdem Leupoldi patebit transitus per eandem viam ipsius Insulæ. Hæc inquam duo commoda habebit ipse Leupoldus & sui hæredes absque dampno in eadem sylva aliqualiter committendo. Et ut hæc omnia robur perpetuæ obtineant firmitatis, sigillum nostrum & ipsius Leupoldi de Sahsengang apponi fecimus huic cartæ testibus, qui aderant, subnotatis. Ulrico Chunrado & Chunrado de Enzenstorf, Wernhardo de Waldeke Ministeriale nostro, Hechone & Ortwino militibus de Sahsengange, Rudberto Judice nostro, Walthero Balistario de Waidhoven, Tæhs enpechn. Balistario, Friderico Mulhover, Chunrado antiquo Judice, Chunrado Granatore & aliis fide dignis. Acta sunt Enzenstorf in die omnium Sanctorum, anno Domini M. CC. LX. quinto.

Num. LXXVII.

NOs Meinhardus Dei gratiâ Comes Goritiæ, Tyrolis, & Aquilegiensis, Tridentinæ, Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, notum facimus universis tam præsentibus, quam futuris, quòd nos & Dominus noster Chunradus venerabilis Episcopus Frisingensis post multas inter nos & ipsum Episcopum super prædio & castro in Intica jam diutiùs agitatas discordias in Dominum Fridericum venerabilem Frisingensis Ecclesiæ Præpositum tanquam in arbitratorem, sive in amicabilem compositorem concorditer compromisimus, super tali nostro compromisso uterque nostrum dedit suas patentes litteras utriusque sigilli signaculo consignatas, in quibus data fide compromisimus vice Sacramenti omne arbitrium firmiter attendere, & inviolabiliter observare, gratum pariter & ratum tenere per omnia, quodcunque idem Præpositus super hujusmodi discordiis inter nos & ipsum Episcopum sopiendis duceret promulgandum, cujus inquam promulgati arbitrii series noscitur esse talis.

Nos Fridericus permissione divina Frisingensis Ecclesiæ Præpositus ad notitiam præsentium deducimus & futurorum, quod cujuslibet dissensionis controversias, quæ occasione prædii & castri in Intica inter Reverendum in Christo Patrem & Dominum nostrum Chunradum venerabilem Frisingensem Episcopum ex parte una, & Dominum nostrum Meinhardum nobilem Comitem Goriciæ, & Tyrolis ex altera jam diutiùs agitantur, duximus per nostri arbitrii sententiam taliter amputandas, videlicet, quòd omni occasione remota, & cujuslibet contradictionis obstacula non obstante idem Dominus Comes eidem Domino Episcopo totum prædium in Intica, & ubicunque alibi in montanis situm fuerit, quod etiam Frisingensem, vel alias Ecclesias eidem Frisingensi Ecclesiæ quocunque jure attinentes respicit, cum qualibet integritate restituat, & permittat ipsum Episcopum, & suos Successores per totum idem prædium gaudere illa libertate, qua gaudebat idem Dominus Episcopus illo die, ac eodem tempore, cùm ipse Dominus Meinhardus Comes ipsum prædium occupavit, ita videlicet, quòd idem Dominus Episcopus, & ejus Successores habeant cum eodem prædio liberam potestatem disponendi, ordinandi, seu faciendi, secundum quod utilitati Ecclesiæ Frisingensis viderint expedire. Præterea hoc etiam adjicimus arbitrando, quod idem Dominus Mainhardus Comes pro se & pro fratre suo nobili Comite Alberto, & pro suis & ipsius fratris hæredibus renuntiet omnibus exactionibus, Steuris, Herbergis, & pernoctationibus, aliisque omnibus juribus quas vel quæ sibi vendicant, vel vendicaverunt in prædio ante dicto. Insuper sententiando arbitramur, quod idem Dominus Meinhardus Comes restituat dicto Domino

Domino Episcopo castrum Haberberch situm & constructum in memorato prædio cum omnibus ejus attinentiis, & ædificiis ipsius, ita videlicet, quod idem Dominus Episcopus vel ejus Successores habebunt liberam potestatem erigendi, ædificandi & construendi in latum & longum in eodem monte castrum illud ad eorum beneplacitum vel ex lapidibus, aut ex lignis, nec ipse Dominus Episcopus vel ejus Successores alium vel alios in eodem castro locabunt, vel instituent Castellanos, nisi qui sint de familia Ecclesiæ Frisingensis, & qui nulla dampna de eodem castro memoratis Comitibus debeant irrogare. Ad hæc per arbitrii sententiam diffinimus, quod idem Dominus Meinhardus Comes vel ejus frater Albertus, vel eorum hæredes in recompensationem dampnorum, quæ illata sunt per ipsos Ecclesiæ Frisingensi, debent ex nunc in perpetuum homines & possessiones ejusdem Frisingensis Ecclesiæ, & aliarum Ecclesiarum eidem Ecclesiæ attinentium ubicumque in eorumdem Comitum territorio, districtu, seu Comitatu constituti, seu sitæ fuerint, manutenere seu defendere, atque pro totis eorum viribus ab omnibus dampnis, injuriis, & violentiis contra omnem hominem illæsos per omnia conservare. Super hæc omnia dicimus arbitrando, quod dicti Comites debent universos infra provinciam Inticam, aut in montanis, ubicunque fuerint residentes, qui præfato Domino nostro Episcopo, vel ejus Successoribus contrarii fuerint & rebelles, vel qui prædia Frisingensia detinent occupata, compellere pariter & cohercere ad restitutionem eorumdem prædiorum, atque ad sui census plenariam & condignam solutionem. Dominus autem Episcopus noster, & ejus Successores, & Canonici Inticinensis Ecclesiæ ratione prædictæ defensionis & protectionis solvent de eorum prædiis & possessionibus vinginti Marcas illius terræ ponderis, seu ducentas libras parvulorum Veronensium ad Cameram dictorum Comitum annis singulis circa festum beati Martini cujuslibet contradictionis & dilationis obstaculo postposito & semoto. Nec ipsi Domini Comites & eorum hæredes summam supra dictæ pecuniæ per alicujus obligationis, infeudationis, venditionis genus, vel per alicujus alienationis modum ab eorum manibus, seu potestate, vel à se alteri alienabunt. Sed si verò contrarium fecerint, vel in aliquo prædictorum articulorum inventi fuerint violatores, aut plura exegerint, quam in præsenti nostro arbitrio est expressum, & post ammonitionem infra spatium duorum mensium hujusmodi non emendaverint, aut non curaverint retractare, ex tunc ipsi Comites & ejus hæredes cadent ab omni gratia & jure, quæ, vel quod ipsis in solutione dictæ pecuniæ competebat. Verùm si forte de consensu, voluntate pariter & mandato ipsius Domini nostri Episcopi vel suorum Successorum memorata pecunia circa festum beati Martini ipsis Comitibus vel eorum hæredibus persoluta non fuerit, & si præfatus Episcopus vel ejus Successores post ammonitionem legittimam infra dies quatuordecim post festum beati Martini non procuraverint solvi pecuniam memoratam, ex tunc Officiales Episcopi Frisingensis & Canonicorum Inticinensis Ecclesiæ, qui tunc pro tempore fuerint, usque ad æstimationem viginti Marcarum, seu ducentarum librarum parvulorum Veronensium dicti Comites, vel eorum hæredes per ablationem pignoris pro modo declarati debiti condempnabunt. Et si fortè dictis officialibus non sit tanta facultas rerum quæ usque ad complementum dictæ pecuniæ sufficienter valeant impignorari possessiones ipsius Domini Episcopi,& eorumdem Canonicorum Inticinensis Ecclesiæ prædia impignorationi subjaceant usque ad complementum pecuniæ memoratæ. Adhæc arbitrando dicimus, quod pro recompensatione, & satisfactione dampnorum, & gravaminum, quæ iidem Domini Comites aut eorum homines in sæpe dicto prædio Frisingensi intulerant, unus ex ipsis Comitibus vel ambo resignabunt in manus ipsius Domini Episcopi vel sui Successoris redditus quinquaginta Marcarum ponderis Tridentini de eorum proprietatibus sitis in Marchia circa castrum Schonenberch, & eosdem redditus de manibus ipsius Domini Episcopi susci-

 pient

pient feodali titulo possidendos. Ad hæc etiam ipse Dominus noster Episcopus Frisingensis infeodabit ipsos Dominos Comites de universis prædiis & possessionibus per Catubrium sitis, quæ vel quas quondam Birchardus de Camino ab Ecclesia Frisingensi feodali titulo possidebat. Infeodabit etiam eos de omnibus his possessionibus, quas nobilis Vir Dominus Bikewinus de Camino in feudum tenet ab Ecclesia Frisingensi, hoc tamen subintellecto, si dicti Comites super hoc apud ipsum Bikewinum consensum poterunt obtinere. Debet etiam inter ipsos Dominos nostros, videlicet Frisingensem Episcopum & dictos Comites, & eorum Coadjutores & fautores, & alios utriusque partis homines, in quibuscunque partibus residentes fuerint, sopita esse ex nunc in perpetuum omnis dissensionis & discordiæ materia, & debent hinc & inde perpetua gratia & pace gaudere. Demum etiam super hæc omnia prælibata præfatus Dominus noster Episcopus memoratis Comitibus, & eorum progenitoribus, eorumque Coadjutoribus cuncta peccamina relaxabit, quæ per dampna & gravamina ipsi Domino Episcopo & suis prædecessoribus, & Iuticinensi Ecclesiæ ab ipsis in sæpe dicto prædio irrogata minus salubriter contraxerunt. Ne igitur per nos vel per fratrem nostrum Karissimum Albertum, vel per nostros & ipsius fratris nostri hæredes supra dicti arbitrii series infringi valeat vel mutari, aut etiam in posterum per quempiam alium possit revocari, præsentem paginam in perhennem hujus rei memoriam conscribi fecimus, & eandem nostri & dicti fratris nostri sigillorum pendentium munimine jussimus roborari. Ad hæc etiam ad majoris roboris firmitatem memoratus Dominus noster Frisingensis Episcopus, & Dominus Fridericus ejusdem Ecclesiæ Præpositus hujus arbitrii auctor & promulgator, & Capitulum Frisingensis Ecclesiæ eorum sigilla huic paginæ concorditer appenderunt. Acta sunt hæc apud Tyrol. anno Domini Millesimo CC. sexagesimo sexto, septimo ydus Februarii.

NUM. LXXVIII.

NOs Minhardus Dei gratiâ Comes Goritie & Tirolen. & Aquilegen. Tridentine & Brixinen. Ecclesiarum Advocatus notum facimus omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod post sopitas mediante Domini Friderici venerabilis Prepositi Frisingen. arbitrio discordias, que super predio & castro in Intica inter Dominum Chunradum Ven. Episcopum Frisingen. ex parte una, & nos ex altera vertebantur, totum predium & Castrum Haberberch in Intica situm cum omnibus eorum juribus & attinentiis dicto Domino nostro restituimus Episcopo Frisingen. exceptis duobus prediis Wal & Aufchirchen, que voluimus sine prejudicio utriusque partis manere in suspenso, donec aput Inticam vicesimo die post receptionem litterarum dicti Domini Episcopi, quas nobis super hoc direxerit, mediante justitia, discutiatur, quis ex nobis jus habeat in prediis memoratis, ad quem vicesimum diem & locum sub testimonio present. nos compromittimus finaliter accessuros, si non valde legittimis & arduis negotiis tunc fuerimus impediti, quibus cessantibus ad prefatum locum in alio termino ab ipso Domino Episcopo ad nostras preces prorogato super eodem negotio terminando finaliter accedemus. Expressionem verò penarum ipsius Domini nostri & nostro arbitrio explanandam, usque ad prefatum diem & locum etiam distulimus, quibus debent dictus Episcopus vel ejus Successores subjacere, si in solutione viginti Marcarum, illius terre ponderis, seu ducentarum lib. parvulorum Veron. occasione deffensionis de predio in Intica nobis facienda annis singulis circa festum beati Martini, postquam à nobis ammoniti fuerint, negligentes inventi fuerint aut remissi, vel si dampnum nobis infra spattium trium mensium etiam post ammonitionem non emendaverint, quod de Castellanis prefatum castrum Haber-

Haberberch inhabitantibus pet eorundem conspirationem in nostrum prejudicium & gravamen factam nobis fuerit irrogatum. In hujus itaque rei evidens testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine jussimus roborari. Datum apud Tyrol, anno Domini M. CC. LX. VI. VII. Id. Febr.

NUM. LXXIX.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariæ tenore præsentium profitemur & patere volumus universis, quod in bonis, quæ Reverendus in Christo Pater Dominus & consanguineus noster prædilectus Chunradus venerabilis Frisingensis Ecclesiæ Episcopus Eber. dilecto Notario nostro contulit in montanis, quæ quondam Heinricus vitulus ab eadem Ecclesia feodali titulo apud Awedorf & alibi possidebat, prædicto Eber. cedente vel decedente nullum jus recognoscimus nos habere, imò volumus, ut ipsa bona, postquam à prædicto Notario soluta fuerint, sine quolibet impedimento nostro ad prædictum Episcopum & Ecclesiam suam liberè revertantur. In cujus rei testimonium præsentes litteras prædicto Episcopo & Ecclesiæ suæ sigillo nostræ Celsitudinis dari jussimus communitas. Datum Monaci anno Domini M. CC. LXVI. Februarii.

NUM. LXXX.

NOs Heinricus permissione divina Abbas Monasterii in Tegernse Frisingensis dyocesis presentibus profitemur, & scire cupimus universos, quod cum Dominus Heinricus Vertingus Ministerialis Frisingensis & Heinricus filius suus tenerent in feodo ab antecessoribus nostris quoddam predium situm in villa Gunzenhusen, & intermixtum prediis & possessionibus Ecclesie Frisingensis, adeo, quod idem feodum ab eisdem non posset commodè separari, nec agrorum termini ejusdem feodi inveniri; super hoc tamen inquisicione habita diligenti, ipseque H. Verting. idem predium suum feodum hominibus Ecclesie Frisingensis videlicet Magistro Wernhero, & Magistro Heinrico Officialibus coquine ejusdem Frisingensis Ecclesie, Dietmaro Hofgaumel, & Sighardo de Pachrein, ac eorum heredibus postmodum contulisset in feodum ad tenendum tamen ab ipsis pro commodo Ecclesie Frisingensis ad instanciam & peticionem venerabilis in Christo Patris & Domini Chunradi Episcopi Frisingensis, accedente consensu confratrum nostrorum, qui super hoc nobis suas patentes litteras destinarunt, proprietatem premissi feodi donavimus ad manus ipsius Domini nostri Chunradi Episcopi, ut idem predium inter dominicalia mense sue possit, si voluerit, applicare; sub ea tamen spe & promissione donavimus, inquam, predium hujusmodi, ut idem Dominus noster Episcopus recompensacionem proprietatis equivalentis feodi nobis & Monasterio nostro facere debeat, cùm ad id optulerit se facultas, ita quod indempnitas possit nostri Monasterii precaveri. In hujus rei evidenciam presens Scriptum voluimus roborari, ac nostri sigilli munimine communiti. Datum Waidhoven anno Domini M. CC. LXVI. quinto Idus Septembris.

NUM. LXXXI.

NOs Ulricus Dei gratiâ Dux Karinthiæ, Dominus Carniolæ & Marchiæ tenore præsentium notum facimus tam præsentibus quàm futuris, quod ad instantiam & petitionem dilecti & fidelis Ministerialis nostri Nycolay de Reutenberch duos ex liberis suis, videlicet Dymodem, & Chu(o)nradum dare

dare & legare curavimus Ecclesiæ Frisingensi, attendentes, quod dictus Nycolaus & non solùm iidem ipsius liberi, verùm & alii ejusdem pueri ex hac donatione nostra facta Frisingensi Ecclesiæ; per ipsam Frisingensem Ecclesiam tum ad præsens, tum etiam in futurum consequi poterunt promotiones varias & honores, cujus devotionis & fidelitatis obsequia nobis per ipsum multipliciter exhibita nos inclinant ad quælibet, quæ ipsius prædicti Nycolay & puerorum suorum promotionem respicere dinoscuntur. Et ne prædictæ donationis nostræ quisquam de Successoribus nostris posset inposterum in præjudicium gloriosæ Virginis protervus exístere violator, præsentes nostri pendentis sigilli munimine roboratas prædictæ Frisingensi Ecclesiæ & testimonium, & cautelam, & in robur perpetuæ firmitatis duximus erogandas. Hujus quoque donationis nostræ testes sunt, qui præsentes aderant, Nobilis vir Ulricus Comes de Sterenberch, Ulricus Comes de Hewnenburch, Fridericus de Petaw, Albertus dictus Zeysel, Wilhalmus de Chreich, Heinricus dictus Zeysel, Albericus Præpositus Sancti Virgilii Vicedominus noster per Karinthiam, Heinricus Plebanus Sancti Viti, Ortolfus Plebanus in Pulst, Durenchardus Decanus in Traberch, Lambertus Plebanus in Landestrost Capellani Curiæ nostræ, Jacobus de Guotenberch, Wilhalmus de Minchendorf, Gebhardus de Lilienberch, Waltherus Ungarus Chonradus de Lok, Griffo de Reutenberch, Reimbertus & Leonhardus fratres de Guotenberch, Chu(o)nradus, Dunno, & Volkerus de Grez Notarii nostri & alii. Actum & Datum in Chrainburch, anno Domini M. CC. LX. VI. XI. Kal. Septembris.

Num. LXXXII.

CLemens Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis S. Floriani & - - Werdensi Paraviensis & Salzburgensis diocæsis Ecclesiarum Præpositis & Magistro Ulrico de Nertingen Canonico Pataviensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Sna nobis venerabilis Frater noster - - - - Episcopus Frisingensis de Waidhoven, de Aspach, & de Holenstein Pataviensis dyocæsis Ecclesiarum Patronus petitione monstravit, quod cum felicis recordationis Urbanus Papa prædecessor noster causam, quæ inter ipsum ex una parte, & - - - Abbatem & Conventum Monasterii de Sittansteten ordinis Sancti Benedicti ejusdem dyocæsis ex altera super jure patronatûs Ecclesiarum ipsarum & rebus aliis vertebatur, ab audientiæ Magistri Gerhardi Canonici Pataviensis auctoritate Apostolica cognoscentis de ipsa per appellationem legittimè ad Apostolicam Sedem delatam - - - - Abbati Monasterii de Tirhupt per suas litteras duxerit committendam, idem Abbas de Tirhupt Magistro Marquardo Scolastico Augustensi commisit, super hoc diffinitivâ sibi reservatâ sententiâ, vices suas. Sed iidem Abbas & Conventus de Sitansteten sufficienti confisto gravamine ab audientia dicti Subdelegati ad sedem Apostolicam appellârunt, quorum appellationem præfatus Subdelegatus frivolam reputans, prout erat, finito appellationis articulo aliquamdiu processit in causa, & demum ad dictum Abbatem de Tirhoupt remisit eandem, qui cognitis ipsius causæ meritis & juris ordine observato pro eodem Episcopo diffinitivam sententiam promulgavit, quæ nulla legittima provocatione suspensa in rem transiit judicatam, & postmodum præfatus Episcopus biennio & amplius à tempore sententiæ ipsius elapso, nostras ad - - - - Præpositum, Erbonem & Kalhohum Canonicos Ecclesiæ Ratisponensis super observatione ipsius sententiæ in communi forma litteras impetravit. Verum dicti Abbas & Conventus de Sitansteten de hujusmodi commissione dictis Præposito & Canonicis facta penitus tacito, falsoque suggesto, quod ipsi ex eo à dicto Abbate de Tirhupt ad sedem appellarunt prædictam, quia sicut iidem mendaciter asserebant,

rebant, ipse Abbas de Tithupt ad primam citationem terminum nimis brevem & peremptorium octo dierum, videlicet ad comparendum coram eo in loco, quem per sex diætas & amplius falsò proponebant distare ab ipsis, assignabat eisdem, quodque ipsi propter adversæ partis potentiam & malitiam non poterant in illis partibus super commode suam justitiam obtinere, ad eosdem Præpositum & Canonicos à nobis sub ea forma litteras impetrarunt, ut vocatis, qui essent evocandi, & anditis hinc inde propositis, quod justum esset, infra sex menses à receptione litterarum ipsarum, appellatione remota, statuere procurarent, facientes, quod decernerent, auctoritate nostra firmiter observari, quod si infra hujusmodi terminus propter potentiam & malitiam prædictæ partis adversæ causa ipsa terminari non posset, ipsi ex tunc eam instructam vel non instructam remitterent ad prælibatæ Sedis examen, præfixo partibus ipsis termino peremptotio competenti, quo per se vel per Procuratores idoneos cum omnibus actis, juribus, & monimentis causam eandem contingentibus se conspectui Apostolico præsentarent, facturæ & recepturæ super præmissis, quod ordo exigeret rationis. Verum præfatus Episcopus ex eo sentiens à Berchtoldo Archidiacono Ratisponensi, cui nominatus Præpositus Ratisponensis: & præfato Erbone, cui supradictus Kalhohus Collega suus vices suas in hac parte commiserant, indebitè se gravari, quod licet per potentiam vel malitiam ipsius Episcopi aliquatenùs non stetisset, quo minùs sæpe fata causa potuisset infra statutum ad hoc tempus hujusmodi terminari, tamen ipsi earumdem litterarum nostrarum formam penitus excedentes, durante adhuc suæ Jurisdictionis termino competenti ad instantiam partis adversæ malitiose per hoc dilationem causæ hujusmodi procurantis de facto in dicti Episcopi præjudicium causam ipsam prætextu earundem litterarum nostrarum contra justitiam remittebant, ad nostram duxit audientiam appellandum. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod Canonicum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes, quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrûm ea nichilominus exequentur. Datum Viterbii IIII. Nonas Novembris, Pontificatûs nostri anno secundo.

Num. LXXXIII.

Otacharus Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Austriæ & Styriæ, ac Marchio Moraviæ Universis Capitaneis, Judicibus, Officialibus, atque Venatoribus suis per Austriam constitutis gratiam suam & omne bonum. Juri consentaneum & consonum videtur Romano, ut Principibus per nostri dominium districtus habentibus redditus, & possessiones, qui nostris semper & ubique student affectibus complacere, principalis prærogativæ specialem gratiam impendamus, & eisdem cujuslibet specialis solatii deductionem specialiter præparemus. Sane vobis singulis & universis notum facimus per præsentes, quod Venerabili Domino Chunrado Frisingensi Episcopo amico nostro Karissimo, quotienscunque ipse, aut venatores sui in prædio Frisingensis Ecclesiæ in Austria fuerint constituti, indulsimus de gratia speciali, ut venationes pro sui solatii deductione per totum nostri districtus dominium valeat exercere, habeatque pro suæ venationis promotione in nostro districtu, quod Volge & Schefwart vulgariter nuncupatur. Quapropter sub optentu gratiæ nostræ vobis singulis & universis præcipimus & mandamus, ut nullus vestrum deinceps prædictum Episcopum,

aut suos Venatores impedire debeat aliqualiter in præmissis, sed potius ipsum curetis in quibusque suis venationibus favorabiliter promovere. Et ut quilibet vestrûm in hac parte nostris mandatis pareat, sicut decet, præfato Domino Episcopo præsentem cedulam tradidimus patentem nostri sigilli munimine roboratam. Datum apud Frieſtat, anno Domini M. CC. LXVI. pridie Non. Decembris.

Num. LXXXIV.

NOs Otakarus Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Austriæ, Styriæ, Marchio Moraviæ Notum facimus universis tam præsentibus, quam futuris, quod ob reverentiam & honorem beatæ Mariæ Virginis concedimus & indulgemus, ut postmodum inter Frisingensem Ecclesiam & nos æqualiter dividantur, quicunque procreati fuerint ex hiis, qui vel quæ ex nostris matrimonium contraxerint cum hiis, qui vel quæ fuerint de familia Ecclesiæ Frisingensis. In cujus itaque rei perenne testimonium memoratæ Frisingensi Ecclesiæ præsentem paginam tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum apud Linzam, anno Domini M. CC. LXVI. pridie Nonas Decembris.

Num. LXXXV.

OTak. Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Austriæ, & Styriæ, & Marchio Moraviæ, dilecto sibi - - Nobili viro Comiti de Hardeke Judici provinciali Austriæ salutem cum plenitudine omnis boni. Cùm sit cordi nobis, jura conservare Ecclesiæ Frisingensis, volumus & mandamus, quatenùs super causa, quæ occasione castri in Herrantstein, & possessionum eidem castro attinentium, inter memoratam Frisingensem Ecclesiam, ex una parte, & Dominam de Pottendorf, ejusdemque hæredes vertitur, vel verti speratur ex altera, citatis partibus hinc & inde justitiam audiatis, & auditam sub sigillo vestro ad nostram præsentiam dirigatis, ut secundum scripta vestra præfatam causam mediante justitia terminemus. Datum apud Linzam anno Domini Millesimo CC. LXVI. pridie Non. Decembris.

Num. LXXXVI.

OTach. Dei gratia Rex Bohemiæ, Dux Austræ, & Marchio Moraviæ, dilecto sibi Comiti de Hardeke, ac aliis universis Capitaneis & Judicibus Austriæ præsentibus, & futuris gratiam suam & omne bonum. Cùm sit cordi nobis Frisingensis Ecclesiæ ob reverentiam gloriosæ beatæ Mariæ Virginis, nec non ob animæ nostræ remedium per universa ipsius Ecclesiæ prædia sita sub nostri districtus dominio, cujuslibet libertatis privilegium illibatum per omnia conservare, atque intendamus ipsius Ecclesiæ jura defendere, pariter & tueri. Volumus, & mandamus nostræ gratiæ sub optentu, quatenus fori in Waidhoven in illa consuetudine ac libertate, quam cives ejusdem fori circa fenum emendum aut vendendum, aut super aliis mercimoniis se habuisse ab antiquo, temporibus quondam Ducum Austriæ, per legittimum coram vobis ostenderint documentum non sinatis per Haspechen. aut per alios quoscunque aliquatenus impediri, cujuslibet contradictionis obstaculo non obstante. Ut autem super præmissis nostri mandati, nostræque voluntatis series circa vos præsentes & futuros majus robur suscipiat, memoratæ Frisingensis Ecclesiæ præsentes litteras dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum in Graz, anno Domini M. CC. LXVI.

Num. LXXXVII.

Nos Chunradus Dei gratia Frisingensis Episcopus scire volumus universos presentium notitiam habituros, quod cùm Ecclesie Sancti Andree & Canonicis ibidem Deo famulantibus Ecclesiam in Braytennpach de voluntate & consensu Capituli nostri in supplimentum prebende & communes usus ipsorum Canonicorum donaverimus, ita quod cedente vel decedente Friderico persona ejusdem Ecclesie proventus ipsius cedant, & proficiant ipsis Canonicis pleno jure auctoritate nostra voluntate & consensu ipsius accedente, iidem Canonici possessionem hujusmodi Ecclesie taliter sunt adepti, quod ipse F. nomine dicti Capituli eandem deinceps possideat Ecclesiam, & in signum possessionis tradite à nobis eidem Capitulo, persolvat Canonicis ejusdem Ecclesie annuatim XXIIII. denar. usualis monete. Et sic dictos Canonicos eandem Ecclesiam Canonicè possidere decernimus, sicut jure cautum est, Is possidet, cujus nomine possidetur. In hujus rei evidentiam presentes voluimus nostri sigilli munimine roborari. Dat. Frisinge anno Domini M. CC. LXVI. IIII. Kalend. Maji.

Num. LXXXVIII.

Anno Domini millesimo ducentesimo LX. septimo, quinto Idus Martii Nobis Friderico Abbate Gerstensi Judice delegato à venerabili Patre & Domino Petro Ecclesiæ Pataviensis Episcopo in causa, quæ inter venerabilem Patrem & Dominum Chunradum Frisingensem Episcopum, & Magistrum Ulricum Pataviensis Ecclesiæ Canonicum, ProthoNotarium Serenissimi Regis Bohemiæ ex una, & Dominam Offemiam ac ipsius hæredes de Potendorf, & Fridericum Clericum dictum de Potendorf super fundo & jure Patronatus Ecclesiæ in Herrantstein vertebatur ex parte altera, præsidentibus judicio in Amsteten in Ecclesia parrochiali comparuit coram Nobis Magister Ch. Canonicus Ecclesiæ S. Andreæ Frisingensis Procurator dictorum Domini C. Frisingensis Episcopi & Magistri Ul. petens, ut cùm dicta Domina Off. de Potendorf & ejus hæredes sæpius citati comparere in judicio contumaciter negligerent, & nunc ad objiciendum in Personas, & dicta testium & audiendum sententiam ad instantem terminum, non juris necessitate, sed ex superhabundanti & de benignitate judicantis sint citati, ut non obstante eorum contumaci absentia, in causa nobis commissa procedere deberemus. Nos itaque habito prudentum consilio ad ipsum censuimus faciendum. Posthæc dictus Procurator, cùm esset salva tertia productio testium, Dominum Rudolfum Vicedominum Domini nostri Pataviensis Episcopi, & Ottonem de Lusnek, & Dominum Dietricum de Richersdorf Milites testes induxit interrogandos super articulis in priori termino apud Agmund expressis in judicio coram nobis. Quibus tanquam testibus auditis & examinatis, dictisque eorum in scriptis redactis petivit dictus Magister Chunradus Procurator, ut tam dicta & attestationes testium prædictorum, quàm & testium productorum in primo termino apud Agmund, & eorum, ad quos propter nimiam distantiam locorum Ch. Notarium nostrum juratum vice tabellionis misimus audiendos, publicari in judicio faceremus. Testes autem, ad quos prædictum Ch. Notarium nostrum misimus, sunt hii: Magister Heinricus Canonicus Ardacensis, Perhtoldus Vicarius Ecclesiæ in Herrantstein, Heinr. de Gutenturn, Wolfkerus frater Vicarii jam prædicti. Publicatis igitur attestationibus omnium prædictorum dictis & circumstantiis dictorum, & personarum exquisitis, & diligentiùs examinatis, invenimus omnes articulos probatos veraciter per dicta omnium testium prædictorum, ad quos, inquam, articulos pars

Domini

Domini C. Episcopi Frisingensis & Magistri Ulrici in primo termino apud Agmund se nobis astrinxit probaturam, illo articulo excepto, quod Domina Alheidis Soror Domini Ch. Comitis de Niwenburch Mater Dominæ O. de Potendorf renunciavit omni hæreditati, quam adeptura fuisset de bonis paternis, sive maternis, cùm nupserit inferiori, videlicet Ministeriali, qui tamen articulus, videlicet quod dicta Domina Alheidis Mater Dominæ O. de Potendorf renunciavit hæreditati, ut jam præmissum est, per tres testes, videlicet Dominum Perhtoldum Vicarium Ecclesiæ in Herrantstein, Dominum Ottonem Militem de Lusnek, & Heinricum de Guttenturn, est coram nobis dilucide comprobatum. Demum Magister Ch. Procurator, cùm ad omnia, quæ ad dicti Domini Episcopi, & Magistri Ulr. fundandam intentionem facerent, fuerint liquide comprobata, sententiam diffinitivam fieri à nobis cum instantia postulavit. Nos itaque partem adversam habito consilio duximus usque ad vesperam expectandam. Circa vesperam autem diei præmissi redeuntibus nobis in dictam Ecclesiam Amsteten, assidentibus nobis viris discretis sententiam diffinitivam parte adversa plus debitô expectata protulimus in hæc verba. In nomine &c. Amen. Anno Domini M. CC. LXX. quinto Idus Martii, Nos Fridericus Abbas Gerstensis Monasterii, Judex Delegatus Venerabilis Patris & Domini nostri P. Pataviensis Episcopi, intellectis causæ meritis super fundo & jure Patronatus Ecclesiæ in Herrantstein nobis commissæ, visis & intellectis instrumentis autenticis, probatisque omnibus tam per instrumenta, quam testes legittimos, quæ ad fundandam intentionem Venerabilis Patris & Domini Frisingensis Episcopi & Magistri Ulr. Canonici Pataviensis de jure facere poterant diffinitivè pronunciamus, fundum & jus Patronatus Ecclesiæ in Herrantstein legittimo titulo devoluta & translata in dominium Ecclesiæ Frisingensis, & dictum Dominum Episcopum Frisingensem existere verum Dominum fundi & Patronum Ecclesiæ in Herrantstein per sententiam etiam nostram restituimus Venerabilem Patrem & Dominum C. Frisingensem Episcopum, & ipsam Ecclesiam Frisingen. ad possessionem fundi & juris Patronatus Ecclesiæ in Herrantstein, reducentes ipsum Dominum Episcopum & Ecclesiam Frisingen. ad omne jus, in quo erant ante tempus ejectionis per Dominam O. de Potendorf, & ejus hæredes factæ, quoad fundum & jus Patronatûs Ecclesiæ memoratæ. Item diffinitivè sententiando removemus Fridericum Clericum tanquam illicitum detentorem imponendo sibi perpetuum silentium super Ecclesia eadem, habendo in suspenso de condempnatione expensarum; per sententiam quoqne nostram diffinitivam decernimus, Magistrum Ul. Canonicum Pataviensis Ecclesiæ præsentatum ad dictam Ecclesiam in H. à prælibato Domino C. Episcopo Frisingen. instituendum Canonicè in eadem, & mittendo in ipsius Ecclesiæ possessionem corporalem, & inductum regulariter defendendum, decernentes per eandem sententiam nostram diffinitivam, fructus & proventus ipsius Ecclesiæ H. collectos à tempore præsentationis suæ assignandos ipsi Magistro Ulr. tanquam vero Plebano Ecclesiæ Herrant. Per sententiam etiam nostram diffinitivam imponimus Dominæ O. de Potendorf & suis hæredibus perpetnum silentium super fundo & jure Patronatus Ecclesiæ Het. cùm plenè nobis per legittima documenta constiterit, quod Domina Alheidis Mater dictæ Dominæ O. de Potendorf expressè renuntiaverit omni juri, quod habere videbatur in fundo & jure Patronatus Ecclesiæ in Her. adjudicantes ipsi Domino Episcopo & Ecclesiæ Frisingensi fundum & jus Patronatus Ecclesiæ supra dictæ habendo in suspenso condempnationem expensarum. Prolata est hæc sententia à nobis in scriptis anno, die & loco supra dictis.

NUM.

Num. LXXXIX.

QUod Scripturarum confirmat auctoritas, non potest veritatis inimica oblivio, nec improborum improbitas infirmare. Proinde notum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod cum olim qnæstio, seu discordia orta inter Ven. Patres Ch. quondam Frisingensem, & Brunonem Brixinensem Episcopos super jure Patronatus Ecclesiarum sitarum in districtu Inticinensi in fundo & patrimonio Frisingensis Ecclesiæ Brixinensis dyocesis esset per arbitrium sic sopita, quod Dominus B. & Capitulum Brixinen. recognoverunt Frisingensem Episcopum esse verum Patronum Ecclesiarum jam dictarum, & ad præsentationem pro tempore Frisingensis Episcopi personas fore per Brixinensem Episcopum instituendas in Ecclesiis eisdem, prout in Instrumento signato sigillis eorumdem Patris & Domini B. Episcopi & Capituli Brixinen. liquide est expressum, & procedente tempore mortuo præmisso Domino C. Frisingensi Episcopo, & Venerabili Patre & Domino C. qui nunc super est, in eadem Ecclesia substituto, vacantibus in Iticena, Silian Ecclesiis, & Capella Valgrat, sitis in fundo Ecclesiæ Frisingensis, ipse venerabilis Pater & Dominus B. Brixinensis forte inmemor arbitrii præmissi, credensque ordinationem jam dictarum Ecclesiarum & Capellæ ad se pleno jure spectare, personas præsentatas à Domino C. venerabili Episcopo Frisingensi ad ipsas Ecclesias & Capellam admittere recusavit ordinando ipsas de personis pro suæ libito voluntatis. Cumque inter memoratos venerabiles Patres & Dominos C. Frisingensem & B. Brixinensem Episcopos super jure Patronatus dictarum Ecclesiarum, ac aliarum sitarum in fundo Frisingensis Ecclesiæ Brixinen. dyocesis foret discordia, seu etiam renovata, ipsis Dominis Episcopis personaliter venientibus Wiennam ad solempne Concilium celebratum à Venerabili Patre, & Domino Gwidone Tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero Kardinali Apost. Sed. Legato hujusmodi quæstio Venerabili Patre & Domino Petro Pataviensi Episcopo interponente amicabiliter partes suas taliter est decisa, quod idem Dominus B. Brixinen. Episcopus exhibitis sibi litteris signatis suo & Capituli sui sigillis continentibus seriem arbitrii supradicti, recolens factum proprium de plano & præcisè recognovit dictum Episcopum Dominum C. Frisingen. Patronum Ecclesiarum sitarum in fundo Frisingen. Ecclesiæ suæ dyocesis, revocans & corrigens providè, quæ de ipsis Ecclesiis contra primum arbitrium improvide attemptavit, & ad præsentationem ejusdem Domini C. Frisingen. Episcopi Marquardum Inticinensem Canonicum Sacerdotem in ipsa parrochiali Ecclesia apud Inticenam & Wilhelmum Inticinensem Canonicum in Ecclesia Sylian & - - - filium de S. Michahele Clericum in Capella Valgrat ad præsentationem Friderici Inticinensis Præpositi Canonicè instituit, promittens firmiter, quod contra prædictum arbitrium editum super jure Patronatûs dictarum Ecclesiarum de cætero non veniret. Et ut omnia præmissa debitum robur obtineant firmitatis, placuit memoratis partibus, Dominis videlicet & Patribus Frisingensi & Brixinen. Episcopis præsens scriptum ipsius Venerabilis Patris & Domini B. Brixinensis Episcopi, & Venerabilis Patris & Domini Petri Patavien. Episcopi amicabilis compositoris in causa præmissa, nec non Menigoti & Hartmanni Præpositorum, ac Wernhardi & Chunradi Decanorum eorumdem Patavien. & Brixinen. Ecclesiarum, & Præpositi Novæ Cellæ Archidiaconi præmissarum Ecclesiarum sigillorum munimine roborari. Datum & Actum Wiennæ, quinto Idus Maji anno Domini M. CC. LXVII.

Num. LXXXX.

Ego Fridericus dictus de Husekke præsentibus profiteor & protestor, & scire cupio universos præsentium notitiam habituros, quod pro emendatione, & satisfactione gravaminum illatorum per me Ecclesiæ Frisingensi Vener. Patri & Domino Chunrado quondam ipsius Ecclesiæ Episcopo de prædio, & proprietate mea in villa Leubmanstorf ad VI. lib. redditus resignavi, & earumdem sex lib. redditus recepi in feodum ab ipso Episcopo sub hac forma videlicet, quod trium lib. redditus idem Dominus Episcopus vel Successor suus debeat conferre in feodum hæredibus meis utriusque sexûs, aut Uxori meæ, aut alii amico meo, pro quocunque porrexero preces meas; aliarum verò trium lib. redditus simpliciter mihi & hæredibus meis masculis recepi in feodum à dicto Episcopo Frisingensi, feodi nomine possidendas sic, ut si umquam de cætero eadem Frisingensis Ecclesia per me vel hæredes meos fuerit indebitè aggravata, & si non post ammonitionem fuerit emendatum, tunc ipse Dominus Episcopus, tanquam Dominus feodi, vel quicunque pro tempore Episcopus Frisingensis habebit liberam potestatem de dictis trium librarum redditibus, quemcunque voluerit, infeodare. Quæ omnia supra dicta promitto fide data, & volo ea per me & hæredes meos inviolabiliter observare. In cujus rei evidentiam præsentes volui mei sigilli munimine roborari, & dictæ Frisingensi Ecclesiæ supra dicta omnia recognoscere præsentibus, & renovare. Datum Husekke, anno Domini M. CC. LXVII. pridie Non. Junii.

Num. XCI.

Nos Fridericus permissione Divina Præpositus Frisingensis, & Magister Chunradus Canonicus Sancti Andreæ præsentibus profitemur & scire volumus universos, quod cum Reverendi Viri venerabilis Abbas Gerstensis & Magister Wernhardus Decanus Pataviensis & nos unà cum ipsis essemus electi Arbitri, sive amicabiles compositores ad sopiendam litem jam dudum ortam inter Reverendum in Christo Patrem Dominum Chunradum Frisingensem Episcopum & ejus Ecclesiam ex una parte, nec non Venerabiles viros Abbatem & Conventum Monasterii in Sitansteten ex altera super jure Patronatus de Waidhoven, de Aspach, & de Hollenstein Ecclesiarum, nec non attinentiis earumdem, præfata quæstio accedente consensu auctoritate Reverendi in Christo Domini Petri Pataviensis Episcopi, & de communi consilio dictorum Abbatis & Decani nec non & nostro Salzburgæ taliter est decisa, videlicet, quod dicti Abbas & Conventus de Sitansteten perpetuò tenebunt Ecclesiam in Aspach cum omni jure præsentandi, quemadmodum tenuerunt eam ante litem motam, nullo jure præsentandi Frisingen. Episcopo vel ejus Successoribus in ipsa Ecclesia remanente. Decimas insuper Ecclesiarum in Waidhoven & in Holenstein colligent & recipient in usus suos & Monasterii sui perpetuò, quemadmodum receperunt ab antiquo. Ecclesia in Opœniz, ad parrochiam in Holenstein tanquam ad Matricem Ecclesiam perpetuò redeunte præbenda insuper Sacerdotum, sive nunc institutorum, sive imposterum per Reverendum Frisingensem Episcopum aut ejus Successores ad ipsas Ecclesias Waidhoven & Holenstein præsentandorum, sicut erat ante litem motam in nullo per Abbatem aut ejus Successores decisa vel diminuta, hoc adjecto, quod præbenda in Holenstein, quæ fuit ante litem motam, debeat per Abbatem & Conventum cum decimis ipsius Ecclesiæ in redditibus ad valorem unius libræ monetæ Wiennensis augmentari, & si Reverendo Patri Pataviensi Episcopo videbitur, propter jura Episcopalia & necessitatem

tem Secundi Sacerdotis ipsam præbendam de decimis prælibatæ parrochiæ moderabitur largiorem, præbendam autem Ecclesiæ in Waidhoven antiquam præfati Abbas & Conventus ad valorem dimidiæ libræ cum decimis meliorabunt, jure præsentandi & eligendi personas ad præfatas duas Ecclesias Waidhoven & Holenstein perpetuò apud Frisingensem Episcopum ejusque Successores remanente, nullo jure dictis Abbati aut Conventui in prædictis duabus Ecclesiis vel earum Sacerdotibus aliter, quam prædictum est, reservato. Adhæc prædicti Abbas & Conventus, eorumque Successores eorum provisione Reverendi Patris Pataviensis Episcopi, & ex forma arbitrii promulgati solvent annis singulis in omnem eventum Magistro Heinrico Canonico Frisingensi Plebano de Waidhoven III. libras monetæ Wiennensis pro tempore vitæ suæ, & Magistro Hermanno Canonico Sancti Andreæ Plebano de Holenstein pro tempore vitæ ipsius III. libras ejusdem Monetæ ratione decimarum Ecclesiarum earumdem, certâ pœnâ in defectum ipsius solutionis deputatâ. In cujus rei perpetuam memoriam & evidentiam præsentes nostri sigilli munimine duximus roborandas.

Num. XCII.

NOs Rudolfus miseratione Divina Abbas, totusque Conventus Monasterii S. Mariæ in Sitansteten omnibus præsentes literas inspecturis volumus esse notum, quod cum nos diffinitionem arbitrii super causa inter venerabilem Patrem Dominum Episcopum Frisingensem ex una parte, & nos ex altera dudum habita promulgati non possemus privilegiis perhennibus confirmare, randem cum honorabili Viro Magistro H. procuratore ipsius Episcopi, quantum ad unum annnm concordavimus sub hac forma, videlicet, quod Plebanus in Holnstain dimidiam partem decimæ per totam parrochiam recipiet, tam in majoribus, quam minutis, de alia verò parre decimæ nobis remanente, unam libram Wiennensem, & minutam decimam Plebano dabimus memorato. Plebano autem in Waidhoven decimas dimidiam libram valentes, quantum ad unum annum, dabimus, sicut superius est expressum. Insuper etiam dabimus honorabilibus Viris Magistro Heinrico III. lib. & Magistro Hermanno IIII. lib. Wiennenses infra Nativiratem Domini, & Epiphaniam Domini, vel procuratoribus eorumdem, ad quam solutionem nos & Monasterium nostrum quoad præsentem annum obligavimus tali pæna, videlicet, quod, si infra dictum terminum eisdem Magistris non solvimus integraliter pecuniam supradictam, ex tnnc eis nomine pœnæ tantumdem dabimus, & præterea eis licebit propriâ auctoritate intrare possessiones rernm nostrarum, & in eis nomine pœnæ recipere res mobiles vel sese moventes titulo pignoris vel etiam Ypothecæ. Si verò infra festum beati Georii proxime nunc venturum non poterimus cum præfato Patre Frisingensi Episcopo super confirmatione prælibati arbitrii concordare, ex tunc dicti Magistri tenebunr decimas in Waidhoven & in Holnstain, quemadmodum eas ante promulgationem ipsius arbitrii tenuerunt. In cujus rei testimonium dedimus eisdem Magistris præsentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboratam. Dat. in Waidhoven anno Domino Millesimo CC. LX. septimo in die S. Afræ.

Num. XCIII.

AGnes Dei gratia Comitissa Palatina Rheni, Ducissa Bawariæ universis hujus paginæ inspectoribus salutem in vero Salvatore. Ad notitiam singulorum cupimus pervenire, quod nos Gerbitgem nostram propriam, & filiam ejusdem, ac omnes liberos, quos per maritum suum Pernhardum de Sigolfteten impo-

impofterum habebit, five generaverit, tradidimus ad altare beatæ, & gloriofæ Virginis Mariæ Frifingenfis Ecclefiæ majoris in perpetuò fervituras. Ut autem hæc noftra traditio robur obtineat firmitatis, præfentem cedulam prædictæ Gerbirgi dedimus in teftimonium & cautelam figilli noftri munimine roboratam. Actum Monaci, anno Domini M. CC. LXVIII. Idus Januarii.

Num. XCIV.

NOs Hartmannus Dei gratia Auguftenfis Ecclefiæ Epifcopus tenore præfentium patere volumus Chrifti fidelibus univerfis, quod nos accedente Capituli noftri affenfu legittimo & voluntate cum Reverendo in Chrifto Patre Domino Chunrado venerabili Epifcopo & Capitulo Ecclefiæ Frifingenfis deliberato confilio in talem convenimus modum five pactionem, videlicet quod de cætero & in perpetuum homines Ecclefiæ noftræ, & homines Ecclefiæ Frifingenfis five fint Minifteriales, five cujuscunque fexus fuerint, aut conditionis homines inter fe mutuò & viciffim matrimonia feu nuptias contrahere valeant liberè, licenter, & impunè. Liberi quoque utriusque fexus, qui ex hujusmodi contractis nuptiis hinc & inde procreati fuerint, juxta conventionem inter nos, & præfatum Epifcopum Frifingenfem habitam inter utramque Ecclefiam Auguftenfem videlicet & Frifingenfem æqualiter dividentur. Ut autem præmiffa ordinatio feu conventio perpetua gaudeat firmitate, præfentem cedulam confcribi, noftrique & Capituli noftri figillorum munimine juffimus roborari. Acta funt anno Domini M. CC. LX. octavo, IIII. Kalend. Novembr.

Num. XCV.

AD perpetuam rei memoriam. Nos Chunradus Dei gratiâ Frifingenfis Epifcopus notum fieri cupimus tam præfentibus quam futuris, ad quos pervenerit præfens Scriptum, quod nos cum Capitulo noftro, quia fumus unum corpus in Chrifto, nos Caput, & ipfi membra, formam antiquitus à prædecefforibus noftris præconceptam, & hactenus obfervatam renovare cupientes volumus & præfentis fcripti patrocinio duximus ftatuendum, ut homines utriusque fexus, qui Epifcopali noftræ jurisdictioni qualitercunque funt fubjecti cum hominibus Capituli noftri cujuscunque fexus fuerint aut conditionis, vel è converfo liberè matrimonia contrahere viciffim valeant & impunè, ita quod liberi utriusque fexus ex hujusmodi progeniti conjunctione æqualiter inter nos, Succefforesve noftros & Capitulum dividantur. Et in hujus rei perhenne teftimonium præfentem zedulam confcribi juffimus, noftri & Capituli figillorum munimine roboratam. Dat. Frifingæ Anno Domini Millefimo ducentefimo fexagefimo octavo, quarto Kal. Aprilis.

Num. XCVI.

ANno Domini M. CC. LX. octavo, decimo fexto Kal. Junii confecrata & dedicata eft hæc Ecclefia & hoc altare à Venerabili Epifcopo Frifingenfi Chunrado in honore victoriofiffimæ S. Crucis, S. Mariæ Virginis, & in honore S. Vitalis M. continentur autem in hoc altari Reliquiæ S. Urbani PP. & M. Alexandri PP. & M. Juftini Confefforis, Gereonis & Sociorum ejus, S. Corbiniani Epifcopi & Confefforis. Cholomanni M. de altari S. Michaelis, & reliquiæ aliorum Sanctorum.

Nota.

Concernit Ecclefiam in Simernhaufen Dachavienfis Præfecturæ.

Num.

Num. XCVII. 1.

NOs Heinricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariæ notum esse cupimus presentium inspectoribus universis, quòd cùm inter Reverendum in Christo Patrem, Dominum, & consanguineum nostrum Chunradum venerabilem Episcopum Frisingensem nomine Frisingensis Ecclesiæ ex una parte, & Nos ex altera super jure patronatus Termarschirchen & Hermarschirchen ejusdem Dyocesis Ecclesiarum orta esset materia questionis, Nos ad instantiam prelibati Patris & voluntatem ad manus Dominæ Elizabeth dulcissimæ Uxoris & Consortis thori nostri eandem litem tradidimus sopiendam, promittentes, nos ratum & gratum habituros, quicquid in hujusmodi contentione inter nos & Ecclesiam Frisingensem per ipsam fuerit amicabiliter ordinatum. Verùm prelibata Domina & Uxor nostra E. nobis annuentibus & consentientibus de prefato jure patronatus intet nos & Ecclesiam Frisingensem taliter ordinavit, quod in eisdem Ecclesiis nec nos nec hæredes nostri jus patronatûs de cetero debemus nobis aliquatenus usurpare, nec ulterius super hujusmodi jure patronatus contendere cum Ecclesia Frisingensi. Et ut hujusmodi ordinationi nos vel heredes nostri non valeamus inposterum contraire, presentem zedulam Ecclesiæ Frisingensi tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini Millesimo CC. LX. octavo.

Num. XCVII. 2.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Ecclesiæ Episcopus notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Heinrico dicto Gaizzaher, sueque Uxori Dimudi & eorumdem heredibus beneficium sive mansum situm in Elhpach sub censu quadragrinta denariorum Monacensium annuatim contulimus sub hac forma, ut idem beneficium cum jugere sue proprietatis, propè tiliam in Elhpach sito, adaugeat & melioret. Preterea beneficium in Gaizzach eidem Heinrico sub censu triginta denariorum contulimus ea conditione apposita & adjecta, quod idem beneficium cum jugere sue proprietatis, sito in dem Ameiztal suppleat & melioret; & nichilominus adicimus prenotatis, quod si prefatus H. vel sui heredes nobis seu nostris Successoribus centum quadraginta denariorum Monacen. & triginta denariorum Monacen. de uttisque premissis beneficiis non curaverint tempore debito persolvere, ad nos eadem beneficia revertantur. Et in hujus rei testimonium prefato Heinrico & Uxori sue Dimudi & suis heredibus presentes tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Dat. Frisinge, anno Domini M. CC. LX. octavo prid. Kal. Martii.

Nota.

De hoc instrumento nullam in Parte Historica mentionem fecimus, quia subterfugit industriam nostram. Concernit duo loca Tölzensis Præfecturæ, nimirum viculos Elpach & Gaissach.

Num. XCVIII.

NOs Fridericus Dei gratiâ Præpositus, Otto Decanus, totumque Capitulum Frisingensis Ecclesiæ præsentibus profitemur, & scire volumus universos, quod in sacrario nostro repositæ sunt litteræ apertè directæ ante aliquot annos venerabili Patri & Domino nostro Episcopo Frisingensi à militibus Wernhero, Chunrado, Jacobo fratribus dictis de Lok, litteræ, inquam, sigil-

latæ sigillis Chunradi Purchgravii de Lu(e)nz, Magistri Heinrici Notarii Curiæ Frisingensis, & ipsius Wernheri militis, quas, inquam, Domino Chunrado Abbate in Wichenstеven, & Conventui suo & Conventui novæ Cellæ absente Præposito Sancti Andreæ & Sancti Viti Ecclesiarum Decanis & Capitulis in nostro Capitulo convocatis, litteras salvas & incolumes tam litterâ quam sigillis in publicum ostendimus, ipsasque lectas & relectas præsenti scripto transcribi jussimus fideliter de verbo ad verbum. Tenor inquam litterarum talis est.

Metuendo eorum Domino & dilecto Chunrado Venerabili Episcopo Frisingn. Wernh. Chunr. & Jacobus fratres de Lok sui fideles & devoti Castellani fidele servitium cum reverentia & honore. Immensas gratiarum actiones vobis referimus pro eo, quod vestra Dominatio dignata fuit Magistrum Heinricum vestræ curiæ Notarium ad partes Carniolæ dirigere ista vice, ut nobis omnes excessus nostros facie ad faciem subjiceret, quos in vobis & vestris hominibus exercere debuimus post recessum vestrum, & licèt, teste Deo, simus & fuerimus semper innocentes, quod unquam confessi fuerimus coram Domino Duce Karinthiæ, vel alibi, quod castrum vestrum Lok sit aut fuerit nostrum vel progenitorum nostrorum feodum, vel quod jus illud, quod in vulgari Chuppel, & forstreht sonat, nobis attribuamus, vel attribuerimus nobis unquam, aut ascribere velimus nobis, vel quod illud unquam confiteamur, quod quilibet hominum vestrorum nobis debeat ducere Saumam vini. & quamvis etiam super his omnibus incredibilibus nos proprium nostrum Sacramentum expurgaverit, noluimus tamen carere, quin etiam Dominus noster Dux Karinthiæ & ejus consiliarii tanquam jurati coram præfato vestro Notario nos laudabiliter expurgarent. Insuper invocamus testimonium Jesu Christi, quod siqua dampna vel gravamina sunt vobis & vestris hominibus illata per nostros homines, quod illa numquam de mandato nostro vel voluntate nostra processerunt, imo dolemus medullitus, si hujusmodi mala per nostros fierent servientes, & siqua facta sunt, quod absit, illa non solummodo in vestri Nuntii præsentia, imò etiam in Adventu vestro proximo volumus emendare, atque semper vos pro Domino nostro revereri. Præterea treugas, quas memoratus Magister H. vestro nomine inter nos & officialem vestrum de Lok confirmavit, ratas & firmas volumus donec ad adventum vestrum proximum observate, atque alia omnia facere & procurare, per quæ vester favor & gratia circa nos augmentari poterit, & per quæ vestra utilitas & honor poterit procurari. Et in hujus nostræ expurgationis, innocentiæ, & promissionis evidentiam, & in confirmationem treugarum, quas ad preces & mandatum vestrum officiali vestro de Lock usque ad proximum ad nos adventum vestrum dedimus, non solum nostro sigillo, verùm etiam Domini Ch. Purchgravii de Leuntze & sæpè dicti Magistri H. sigillis petivimus roborari. Acta sunt hæc apud Lok anno Domini M. CC. LXII. in octava Paschæ istis præsentibus: Domino Ch. Purchgravio de Lu(e)ntze, Domino Alberto de Werdenburch, Domino Jacobo de Gu(o)tenberch, Domino Gebhardo de Gu(o)tenowe, Domino Ulrico de Velz pro parte nostra. pro parte adversa Leonhardo, Rablino, Paumanno, Wernhero, Wlfingo, Walthero, Theloneario, Sententiatore, Nuntio, Camerario, Walputone & ejus filiis & aliis quam pluribus civibus & Scultetis.

Ne autem de his, quæ in prædicta littera continentur, quicquam possit in dubium revocari, præsentes nostri & Venerabilis præfati Abbatis & sui Conventus in Wihenstеven & Capitulorum prædictorum Sancti Andreæ & Sancti Viti sigillorum robore jussimus consignari. Actum anno Domini M. CC. LX. nono. Idus Septembris.

NUM.

Num. XCIX.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus universis præsentium inspectoribus volumus esse notum, quod cùm inter nos ex una parte & hæredes Wernheri quondam officialis nostri in Lok ex altera super hu(o)bis novalium in prædio nostro in Lok, de quibus iidem hæredes ratione fundationis seu institutionis ab eo tempore, quo Pater eorumdem in Lok officium gubernavit, sibi hu(o)bam decimam vendicabant, orta esset materia quæstionis, & ad sopiendam hujusmodi quæstionem ex parte nostri in Venerabiles in Christo Fratres Fridericum Præpositum & Magistrum Hainricum Canonicum Frisingen. ex parte autem hæredum in viros discretos Dominum Nicolaum de Reutenberch, Rudgerum de Plintenpach, & de communi consensu partis utriusque in venerabilem Fratrem Dominum Morhardum Præpositum Werdensem esset sub pæna ducentarum marcarum Aquilegiensium, tanquam in arbitros seu in arbitratores compromissum, prædicti arbitri consideratis ipsius quæstionis circumstantiis diligenter in concordia super ipsa quæstione talem arbitrii sententiam promulgarunt pronuntiando, quod dicti hæredes pro universo jure, quod eis in præfatis hu(o)bis Novalium competere videbatur, quatuordecim hu(o)bis subnotatis contenti esse debeant, quas à nobis in feudum recipiant, & titulo feudali cum suis legittimis hæredibus jure debito possidebunt, & de cætero nullam super hujusmodi quæstione nobis, vel Successoribus nostris movebunt actionem. Sunt autem hu(o)bæ quinque in Weizenstaiu, tres hubæ in Gukenplat & in terminis Chræzniz versus Pilchgræz aliæ tres hu(o)bæ & in Monte Ozlinch tres hubæ, quarum trium hu(o)barum in dicto monte Ozlinch pro ipsis hæredibus nos exhibemus auctorem, quod vulgò Gewer nuncupatur, contra quoscunque & coram quocunque judice competente, quas omnes occasione ipsius arbitrii prædictis hæredibus contulimus per manum nostram & mitti jussimus eos in earumdem possessionem jure feudi seu tenutam. Et quia præfatum arbitrium & à nobis & à prædictis hæredibus approbatum extitit & acceptum, præsentem cedulam in hujus rei perennem memoriam nostri & hæredum, & arbitrorum voluimus sigillorum munimine roborari. Acta sunt hæc anno Domini Millesimo CC. LXVIIII. quinto Idus Maji præsentibus testibus subnotatis. Domino Hainrico Hunswegen. Ulrico Capellano, Magistro Hermanno Notario, Wilhelmo, Domino Chu(o)nrado de Lok, Domino Swikero de Muntalban & aliis quàm pluribus fide dignis.

Num. C.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum esse volumus præsentium inspectoribus universis tam præsentibus quam futuris, quod cum inter nos ex parte una, & Dominum Chunradum Militem de Lok & hæredes quondam Wernheri Officialis nostri in Lok ex parte altera super jure forestæ & venationis in districtu Lok, quæ jura præfati Chunradus & hæredes sibi, nobis contradicentibus usurpabant, orta esset materia quæstionis, hujusmodi contentio inter nos & ipsa decisio extitit in hunc modum, videlicet, quod præfatus Chunradus & hæredes prænotati neque judicium neque Magisterium aliquod sibi in aliqua foresta nostra de cætero usurpabunt, nec inter venatores nostros judicandi, instituendi vel destituendi aliquam habebunt potestatem, hoc tamen excepto, quod præfatus Chunradus, vel quicunque inter prædictos hæredes senior fuerit, ipso Chunrado non existente, aucupandi nisos, terciolos, accipitres, & falcones, & venandi cum ipsis Venatoribus liberam habeat potestatem

ftatem, temporibus debitis, ftatutis & confuetis, hoc adjecto, quod quicunque Venatorum præfato Chunrado, vel hæredi Seniori, fi ipfe Chunradus fuperftes non fuerit, ad venandum debitis temporibus juxta arbitrium Officialis noftri, qui tunc pro tempore fuerit, contrarius extiterit vel rebellis, idem Venator in duabus metretis Avenæ, quod vulgo Phruntmez dicitur, punietur, quarum una cedet nobis, & alia præfato Chunrado vel hæredi Seniori. Adjicimus etiam, quod quandocunque nos præfentes fuerimus, omnes carnes de venatione, & aves de aucupatione, ficut funt nifi, tercioli, accipitres & falcones noftro confpectui præfententur, ut de ipfis ordinemus pro noftro libito voluntatis. Præterea pro eo, quod idem Chunradus & dicti hæredes à judicio & Magifterio foreftæ cefferunt, in recompenfationem hujus ceffionis permittimus ipfos jure feudali percipere duas partes avenæ, Scopular. raparum & aliorum, quæ ad foreftam & ad venationem pertinebant, pro nobis tertia parte omnium prædictorum decifa & retenta, falvo jure, quod in dictis rebus noftris Scultetis competit, per quos volumus, ut prædicta omnia colligantur inter nos & dictum Chunradum, prænotatosque hæredes diftribuenda. Adhæc & gratia fpeciali promittimus ipfi Chunrado & hæredibus prænotatis, quod nos ipfis in aliquo competenti feudo, quod nobis in Carniola vel in Marchia vacare cæperit, providebimus, cùm fuper hoc ab ipfis modo debito fuerimus requifiti. Et in hujus rei teftimonium præfentem cedulam noftri, & aliorum, qui interfuerunt, juffimus figillorum munimine roborari. Acta funt hæc anno Domini M.CC. LXVIIII. VI. Idus Octobris, præfentibus teftibus fubnotatis, videlicet Domino Morhardo Præpofito Werdenfi, Domino Heinrico de Hunfwich, & Magiftro Heinrico Canonicis Frifing. Magiftro Hermanno Notario & Wernhardo Vicedomino Canonicis S. Andreæ, Ulrico Capellano, Wilhalmo Notario Clericis. Domino Nicolao Milite de Reutenberch, Lienhardo de Chlingenvelds, Wernhero & Jacobo fratribus de Gutenberch, Rudgero de Plintenpach, Wernhero Sagittario de Lok, & Wlfingo & aliis quam pluribus fide dignis.

Num. CI.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frifingenfis Epifcopus præfentibus proteftamur & fcire volumus univerfos præfentium notitiam habituros, quod nos cum Domina Alhede Vidua, & hæredibus Wernheri quondam Officialis noftri in Lok fuper diverfis quæftionibus - - - de quibus inter nos & ipfos actio qualitercunque moveri poterat hinc & inde per amicabilem compofitionem fumus finaliter & per omnia complanati, ita - - - - vidua & hæredes præfati, nec ex contractu, nec ex quafi delicto nobis tenentur in aliquo obligati, nec nos ipfis fumus - - - debitores, nifi in quinquaginta marcis Aquilegienfium novorum, quos nomine - - - - - B - - harii ipfis hæredibus perfolvi procurabimus in fefto B. Jacobi proximo - - venturo. Adhæc præfata Vidua & hæredes præcavebunt fine fraude, quod Rudgerus Servus ipforum, qui hominem noftrum filium Morlini in Lok interfecit, ad diftrictum noftrum in prædio Lok aliquatenus non accedet, nifi parentes ipfius interfecti eundem revocari procurent, voluntariè non coacti amicitiæ ipforum per emendam aliquam reformatum. Infuper expreffum inter Nos, & ipfos hæredes extitit & adjectum, quod quæftionem illam, quam pro XXVI. Marcis Aquilegienfibus movere intendunt contra Dominum Celerarium Nicolaum - - præfati hæredes, usque ad noftram reverfionem à partibus Bawariæ verfus Lokam teneant in fufpenfo, ut tunc, fi de præfata pecunia eundem Nicolaum convenerint coram nobis, idem Nicolaus ipfis hæredibus ad arbitrium noftrum, adjunctis nobis ad hoc aliquibus de parentela ipforum debeat emendare, prout nos

nos tunc fuerimus arbitrati. Et in hujus rei testimonium præsentem cedulam nostri & hæredum & aliorum, qui interfuerunt jussimus sigillorum munimine roborari. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXIX. tertio Idus Octobris, præsentibus testibus subnotatis, videlicet Domino Morhardo Præposito Werdensi, Domino Heinrico de Hunswis, & Magistro Heinrico Canonicis Frisingens. *aliisque omnibus in Instrumento immediatè præcedenti notatis.*

Num. CII.

NOs Chunr. Dei gratiâ Frisingen. Episcopus Universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris volumus esse notum, quòd cum inter nos & Ecclesiam nostram ex una parte, & Dominum Heinr. de Welfsperch ex alterâ super diversis contentionum generibus, juribus videlicet possessionibus & Advocatiis, quæ vel quas idem Welfspergarius in prejudicium Ecclesie nostre sibi contra justitiam usurpabat, orta esset materia questionis, ad tollendam indifferenter omnem actionem, quæ nobis contra ipsum, vel sibi contra nos competere poterat, hinc & inde in venerabilem fratrem Dominum Fridericum Prepositum Frisingen. extitit inter nos & prædictum Heinr. de Welfsperch amicabiliter tamquam in arbitrum compromissum, promittentes ex utraque parte fide data vice Sacramenti ratum tenere atque firmum, quicquid idem Prepositus super omnibus controversiis litibus atque causis inter nos duxerit arbitrandum. Ex diffinitione autem arbitrii, quod præfatus frater Prepositus promulgavit juxta formam subnotatam Dominus Heinr. de Welfsperch renuntiavit de plano omni juri Advocatie, quod sibi hactenùs usurpaverat per universum nostrum predium Inticense, adeo, quòd de cetero nec ratione Advocatie nec occasione alicujus alterius juris ab hominibus aut possessionibus nostris aliquid exiget, aut requiret. Adhec in recompensationem dampnorum, que nobis idem Heinr. & homines sui intulerunt ab antiquo, resignavit in manus nostras idem Heinr. de Welfsperch ex forma arbitrii promulgati predia seu possessiones in Gesyer, que vel quas tenuerat à nobis pro quadraginata Marcis nomine pignorationis seu ypothecæ. Et nos e converso ex forma prædicti arbitrii investivimus ipsum H. & homines suos de feudis suis, que ab Ecclesia Frisingen. sine contradictione titulo feudali in quieta possessione actenus tenuerunt, indulgentes & perdonantes ipsis, quicquid hucusque damni intulerunt Ecclesie Frisingen. ut de cetero talia non committant. De prediis autem nostris in Marpach & de aliis possessionibus, obligationibus seu ypotecis, quas sepe dictus Heinr. vel homines ejus detinent, ipsi nobis vel Procuratori nostro aut hominibus nostris facient plenam justitiam, cum super hoc fuerint requisiti, nos & homines nostri ipsis idem, cum requisierint, faciemus ex forma arbitrii promulgati. Siquas tamen possessiones sepe dictus Heinr. de Welfsperch vel homines sui ab hominibus nostris sine coactione & violentia conquisierint, illa tenebunt cum bona nostra de cetero voluntate. Nos autem in hujus arbitrii perenne testimonium presentem cedulam nostri & predictorum Prepositi & Capituli Inticen. & Heinrici de Welfsperch nec non Swikeri de Richenberch jussimus Sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini Millesimo CC. LXVIIII. apud Inticinam, prid. Idus Novemb. presentibus testibus subnotatis, Domino Friderico Preposito & Heinrico Canonico Frisingen. Chunr. Decano Inticen. Hermanno & Wernhardo Canonicis Sancti Andree. Frisingen. Rudgero de Niderndorf, & Heinr. de Sweuo, Hiltgrimo de Tayst, Wlvingo de Cællen, Wilhelmo & Heinr. fratribus de Tayst, Ulr. de Hu(o)se, Friderico de Ohswisen Militibus. Swikero de Richenberch, Huglino de Velturnes, Heinr. Gechtschirben, Ulrico Poumhu(o)s, Heinr. Chleiber, & Marquardo fratre suo, Perchtoldo de Inticina, Ulr. Canpirat cum tribus filiis suis Ch. F. & Ulr. & aliis fide dignis.

Num. CIII.

NOs Wernhardus Dei gratiâ Comes de Leonberch scire volumus universos inspecturos præsens scriptum, quòd de plano, simpliciter, & præcise cessimus & renuntiavimus omni juri, sive actioni, quod vel de facto, vel de jure nobis & hæredibus nostris competere poterat usquequaque in prædiis venerabilium virorum Capituli Sanctæ Mariæ Frisingensis Ecclesiæ sitis in Sulleinsperch, Gu(e)k, Kleinsperch, Gru(o)b & Wesgreimshub, præsentibus protestantes, nos & hæredes nostros nihil juris Advocationis, quod ad nos spectat titulo feodali, promittimus etiam dictum Capitulum præter debitum & consuetum jus Advocatiæ in prædiis jam dictis deinceps molestare nullo modo vel gravare. In horum evidentiam præsens scriptum prælibato Capitulo tradidimus sui una & nostri sigillorum munimine roboratum cum testibus, qui præmissis interfuerunt præsentialiter, subnotatis, qui sunt tales: Domini Joh. & Eber. Canonici Capituli memorati, Al. Capellanus noster, H. de Hoholtingen, Herwicus de Sifritstorf, Ot. de Hedegering, Milites, Rupertus de Hedegering, Ortlibus dictus Visler, H. Gibinger, Wern. Visler, H. Villicus, C. filius Regis, Rupertus & alii quam plures. Datum apud Leonberch anno Domini M. CC. LXVIIII. IIII. Idus Novembris.

Num. CIV.

NOs Ch. Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum facimus presentium inspectoribus universis tam presentibus quam futuris, quod cùm inter nos ex una parte & Dominum Ch. Militem de Lok, nec non heredes quondam Wernheri Officialis nostri in Lok ex altera orta esset super certis articulis materia quæstionis, ad tollendum omnem rangorem quem habuimus contra ipsos promiserunt in manus nostras fide data vice Sacramenti idem Dominus Ch. nec non Dominus Nicolaus & Dominus Grifo Milites de Reutenberch nomine fidejussionis, quod idem Ch. Miles & heredes predicti conditiones observabunt firmiter subnotatas. Primò prefati heredes nulla ratione contrahent Matrimonium extra potestatem Ecclesie Frisingen. nisi hoc de nostra processerit volnutate, nec iidem heredes nec predictus Ch. aliquod jus in nostris castris, aut in nostris munitionibus sibi presument vendicare, nec aliquod odium vel rangorem habebunt vel concipient specialiter contra ipsos, qui ex mandato nostro ipsas nostras munitiones inhabitabunt. Adhec predictus C. Miles & heredes universos homines suos proprios de nostris prediis & coloniis tenebuntur removere. Restituet etiam sepedictus Ch. Miles de Lok privilegium Patriarche Aquilegiensis ad manus nostras, quod datum fuit super ipsius C. heredibus dividendis cum Ecclesia Frisingen. Promiserunt insuper pretaxati Magister H. Canonicus Ecclesie nostre, nec non Nicolaus & Grifo Milites de Reutenbere, quod ipsi adjuncto eis quarto, quem voluerint omnem litem omnemque quæstionem, quæ super bonis quondam Wersonis vel aliis inter nos & prefatum Ch. suosque heredes vertitur vel per amorem, vel per justitiam, quando super hoc ipsos requisierimus complanabunt. Et in hujus promissionis & fidejussionis perenne testimonium presentem cedulam conscribi jussimus nostri & predictorum Militum Sigillorum munimine roboratam. Dat. Wienn. Anno Domini M. CC. LXX. Kalend. Febr.

Num.

Num. CV.

Ottacharus Dei gratiâ Rex Bohemiæ, Dux Austriæ, Karinthæ & Styriæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carniolæ & Marchiæ, universis judicibus provincialibus, & aliis Judicibus, & Officialibus per Styriam constitutis gratiam suam & omne bonum. Cùm Reverendus in Christo Pater Dominus Chunradus venerabilis Frisingensis Episcopus amicus noster Karissimus hanc gratiam & libertatem habuerit ab antiquo, & eandem etiam jam de novo optinuerit & renovari petierit coram nobis, quod nullus provincialis Judex, sive Judex alius quicunque in bona, possessiones & homines ipsius Domini Episcopi judicium aliquod debeat exercere, sed ab ipso Domino Episcopo & suis Officialibus, id est primitùs reperendum, vobis universis & singulis mandamus, firmiter præcipientes nostræ gratiæ sub optentu, quatenùs nullus vestrum de bonis, possessionibus, & hominibus dicti Episcopi judicium aliquod sibi debeat assumere vel vendicare, nisi forte à dicto Episcopo, & suis Officialibus querelantibus foret justitia denegata; Tunc primo, si probatum fuerit, licebit vobis vestrum judicium exercere, cavendo arctius, ne quicquam per vos contra præfatum Episcopum & suos indebitè attemptetis. In cujus rei testimonium prælibato Episcopo & suis præsentes damus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Wienn. anno Domini M. CC. LXX. III. Non. Februarii.

Num. CVI.

Nos Chunr. Dei gratiâ Frisingensis Episcopus tenore præsentium profitemur, quòd H. Ch. & Eber. fratribus de Altenærdingen filiis Ch. Lederarii locavimus curiam nostram in Altenærdingen sub censu XII. Sol. longor. den. Monac. pro tempore vitæ ipsorum, ita ut eosdem den. persolvant nobis annis singulis de curia memorata, dummodo eandem curiam à fideli nostro Pilgrino de Purchrain pro XVII. lib. absolvant Monac. den. Post mortem verò prædictorum eadem curia ad nos liberè & ad nostram Ecclesiam redibit. In cujus rei testimonium præsentes jussimus sigillari. Datum anno Domini M. CC. LXXI. apud Waithoven, VII. Kalend. Febr.

Num. CVII.

Nos Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus Rehni Dux Bawariæ præsentibus protestamur & constare volumus universis præsentium notitiam habituris, quòd cum Heinricus de Swæbingen Ministerialis Ecclesiæ Frisingensis universa prædia seu bona, quæ apud Pugenhausen & Obernvetingen jure proprietatis tenuit, nec non ea, quæ ibidem à Reverendo in Christo Patre Domino Chunrado Frisingensi Episcopo tytulo feodali possedit, per manus dicti Episcopi pro se suisque hæredibus nobis liberè tradidisset cum judicio in Pugenhausen & aliis juribus universis, quæsitis & inquirendis, quæ dicto Heinrico qualitercunque in eisdem villis, vel circa easdem competere videbantur; Nos eadem prædia cum judicio & juribus universis, prout generaliter ab eodem H. in nos translata fuerant, Reverendo in Christo Patri Domino Chunrado Frisingensi Episcopo tradidimus pleno jure nomine permutationis sibi suisque Successoribus perpetuò possidenda obligantes nos de evictione prout juris est Ecclesiæ Frisingen. pro prædiis memoratis & præfato Episcopo possessionem dictorum bonorum contra prædictum H. de Swæbingen, suosque hæredes tenebimur defensare. Prædictus autem Episcopus pro eisdem prædiis & juribus memoratis possessiones

nostras in Chircheim & in Sleispach, nec non alias obligationes quascunque, quas à nobis pignoris titulo tenuit obligatas, nobis dimisit finaliter absolutas, & ad hæc in supplementum ejusdem permutationis de prædiis Ecclesiæ Frisingensis in proventibus annuis ad septem libras denariorum Monacen. possessiones quasdam tradidit cum omnibus attinentiis eorumdem, quæsitis & inquirendis jure dominii nobis & hæredibus nostris perpetuò profuturas, prout eadem prædia sunt inferiùs subnotata, videlicet in Awe duas curias, in Hukenberch unam curiam, in Awe tria beneficia, in Munsingen unam curiam & beneficium pastorale, in Do(e)rflein duo beneficia, in Echpoldingen unam curiam & Molendinum, in Oberhæchingen minorem curiam, in Nidernhæchingen unam curiam, in Prunne unam curiam & Molendinum. De quibus inquam prædiis prænotatis usque ad septem libras in proventibus annuis recipiemus jure dominii, & non ultra, & si quicquam diminutum fuerit, hoc supplebitur cum aliis prædiis Ecclesiæ Frisingensis sitis in judicio Wolfrathousen, vel Valchenberch usque ad summam proventuum prænotatam, hoc adjecto, ut si aliquis Successorum præfati Episcopi permutationem hujusmodi ratam habere noluerit, ex tunc contractus permutationis hujusmodi rescindatur, & prædia quælibet ad suum primævum possessorem liberè revertantur. In cujus permutationis testimonium præsentes tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Monaci, Anno Domini Millesimo CC. LXXII. pridie Idus Novembr.

NUM. CVIII.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariæ tenore præsentium profitemur & constare volumus universis, quod cum Reverendus in Christo Pater & Dominus dilectus consanguineus noster C. venerabilis Episcopus Frisingensis peteret à nobis humiliter & devotè, ut Advocatiam Ecclesiæ in Pugenhusen, & duorum beneficiorum ibidem in recompensationem aliquorum beneficiorum ad Ecclesiam Frisingensem spectantium faciendam nobis traderemus sibi & Ecclesiæ Frisingensi; Nos ipsius Episcopi precibus inclinati in Antiquum judicem de Wolfranthusen Rudolfum, & Ch. Judicem in Dachawe de par.e nostra, & Sighardum Dapiferum Ministerialem, & Heinricum dictum Militem Officialem ejusdem Episcopi de parte altera, & Wernhardum Canonicum pro Mediatore duximus compromittendum, promittentes, ut quicquid iidem arbitri, vel major pars eorumdem pro recompensatione hujusmodi nobis facienda duxerint arbitrandum, quod hoc ratum & gratum habebimus inconvulsè. Datum & Actum Monaci, anno Domini M. CC. LXXII. pridie Ydus Novembr.

NUM. CIX.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus Reni, Dux Bawariæ tenore præsentium profitemur, & constare volumus universis, quòd ob favorem & dilectionem Reverendi in Christo Patris & Domini C. venerabilis Episcopi Frisingensis, prædilecti consanguinei nostri, nec non ad instantiam & petitionem ejusdem judicium villæ in Ismaningen memorato Episcopo suisque Successoribus & Ecclesiæ Frisingensi tradidimus pleno jure; In cujus traditionis testimonium præsens instrumentum inde confectum sigilli nostri munimine jussimus roborari. Datum & Actum Monaci, anno Domini Millesimo CC. LXXII. pridie Idus Novembris.

NUM.

Num. CX.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Palatinus Comes Rheni, Dux Bawariæ notum esse volumus præsentium inspectoribus universis, quòd cùm Reverendus in Christo Pater Dominus Ch. venerabilis Episcopus Frisingensis noster prædilectus recognoscens fidem & discretionem nostram, quibus semper ipsum & Ecclesiam Frisingensem sumus favorabiliter prosecuti universa feoda, quæ per mortem nobilium virorum Sibotonis & Ch. Comitum de Niwenburch ad ipsius * fuerant legittimè devoluta, sed ab illicitis detentoribus occupata, nobis, nostrisque legittimis hæredibus feodali titulo contulisset perpetuo possidenda. Nos ex conventione inter ipsum & nos habita promisimus bona fide, quod pro eisdem feodis evictis, & in nostram potestatem revocatis faciemus erga præfatum Dominum Episcopum vel Successorem suum, si superstes non fuerit, juxta evictorum feodorum quantitatem singulis annis, prout quatuor viri subnotati, & ad hoc communiter electi fuerint arbitrati, videlicet Albertus Præpositus Illmunstrenn. Wichnandus de Iringspurch ex parte nostra: Ludwicus nunc Judex Frisingensis dictus de Putelpach, & Sigh. Dapifer de parte Domini Episcopi, quorum si unus interesse non poterit legittimè præpeditus, Dominus ejusdem in locum absentis, alium, quem voluerit, subrogabit ad præfatum arbitrium promulgandum. Datum Monaci, anno Domini M. CC. LXXII. Ydus Novembris.

* *add.* dominium.

Num. CXI.

EGo Albertus de Ceyselberch notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod Dominum Chunradum de Schranchpu(o)m & meipsum obligo, & nichilominus super me specialiter recipio promittendo data fide vice Sacramenti in manus Magistri Heinrici venerabilis Prepositi Werdensis, quòd à Supano & ejus Socio, qui apud Lok captivati detinentur, numquam malum vel dampnum aliquod irrogabitur Ecclesie Frisingensi aut suis hominibus ubicumque fuerint constituti. Simili modo nec de Castris Grayffenvels & Newenberch gravamen vel dampnum eidem Ecclesie & suis hominibus pro eadem causa umquam aliquo tempore inferatur. Insuper me obligo per presentes, quòd statim in Adventu Domini Chunradi venerabilis Episcopi Frisingensis In Karham ipsius Domini Episcopi intrabo curiam numquam exiturus, donec dicti captivati, si fuerint de vinculis enodati, obtinebunt ipsius Episcopi gratiam & favorem, quod si non fecero, debeo & teneor eos detentioni pristine resignare. Acta sunt hec anno Domini M. CC. LXXII. apud Sanctum Vitum XIIII. Kalend. Aprilis.

Num. CXII.

VEnerabili ac Reverendo in Christo Patri Domino suo intima semper devotione colendo Domino Chunrado Dei gratia Ecclesie Frixigens Episcopo dignissimo Cuniza relicta olim Magnifici Militis Domini Tysonis de Campo Sancti Petri & Mater Tysonis Novelli & Domini Tysonis filii, ipseque Tyso ejus filius reverencias subditas & devotas. Ecce Paternitati Vestre tenore ps facimus manifestum, quòd prudens & Reverendus Vir Dominus Albertus de Euna Eclesie vestre Frixingens. Canonicus juxta mandatum sibi commissum per vestras patentes litteras me Tysonem predictum olim Domini Tysonis filium de Gudico ejusque pertinentibus juribus & appendiciis jure feudi proud quondam bone memorie Pater meus investitus olim fuerat, habueratque & posse-

nostras in Chircheim & in Sleispach, nec non alias obligationes quascunque, quas à nobis pignoris titulo tenuit obligatas, nobis dimisit finaliter absolutas, & ad hæc in supplementum ejusdem permutationis de prædiis Ecclesiæ Frisingensis in proventibus annuis ad septem libras denariorum Monacen. possessiones quasdam tradidit cum omnibus attinentiis eorumdem, quæsitis & inquirendis jure dominii nobis & hæredibus nostris perpetuò profuturas, prout eadem prædia sunt inferiùs subnotata, videlicet in Awe duas curias, in Hukenberch unam curiam, in Awe tria beneficia, in Munsingen unam curiam & beneficium pastorale, in Do(e)rflein duo beneficia, in Echpoldingen unam curiam & Molendinum, in Oberhæchingen minorem curiam, in Nidernhæchingen unam curiam, in Prunne unam curiam & Molendinum. De quibus inquam prædiis prænotatis usque ad septem libras in proventibus annnis recipiemus jure dominii, & non ultra, & si quicquam diminutum fuerit, hoc supplebitur cum aliis prædiis Ecclesiæ Frisingensis sitis in judicio Wolfrathousen, vel Valchenberch usque ad summam proventuum prænotatam, hoc adjecto, ut si aliquis Successorum præfati Episcopi permutationem hujusmodi ratam habere noluerit, ex tunc contractus permutationis hujusmodi rescindatur, & prædia quælibet ad suum primævum possessorem liberè revertantur. In cujus permutarionis testimonium præsentes tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Monaci, Anno Domini Millesimo CC. LXXII. pridie Idus Novembr.

Num. CVIII.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariæ tenore præsentium profitemur & constare volumus universis, quod cum Reverendus in Christo Pater & Dominus dilectus consanguineus noster C. venerabilis Episcopus Frisingensis peteret à nobis humiliter & devotè, ut Advocatiam Ecclesiæ in Pugenhusen, & duorum beneficiorum ibidem in recompensationem aliquorum beneficiorum ad Ecclesiam Frisingensem spectantium faciendam nobis traderemus sibi & Ecclesiæ Frisingensi; Nos ipsius Episcopi precibus inclinati in Antiquum judicem de Wolfranthusen Rudolfum, & Ch. Judicem in Dachawe de par.e nostra, & Sighardum Dapiferum Ministerialem, & Heinricum dictum Militem Officialem ejusdem Episcopi de parte altera, & Wernhardum Canonicum pro Mediatore duximus compromittendum, promittentes, ut quicquid iidem arbitri, vel major pars eorumdem pro recompensatione hujusmodi nobis facienda duxerint arbitrandum, quod hoc ratum & gratum habebimus inconvulsè. Datum & Actum Monaci, anno Domini M. CC. LXXII. pridie Ydus Novembr.

Num. CIX.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Comes Palatinus Reni, Dux Bawariæ tenore præsentium profitemur, & constare volumus universis, quòd ob favorem & dilectionem Reverendi in Christo Patris & Domini C. venerabilis Episcopi Frisingensis, prædilecti consanguinei nostri, nec non ad instantiam & petitionem ejusdem judicium villæ in Ismaningen memorato Episcopo suisque Successoribus & Ecclesiæ Frisingensi tradidimus pleno jure; In cujus traditionis testimonium præsens instrumentum inde confectum sigilli nostri munimine jussimus roborari. Datum & Actum Monaci, anno Domini Millesimo CC. LXXII. pridie Idus Novembris.

Num.

Num. CX.

NOs Ludwicus Dei gratiâ Palatinus Comes Rheni, Dux Bawariæ notum esse volumus præsentium inspectoribus universis, quòd cùm Reverendus in Christo Pater Dominus Ch. venerabilis Episcopus Frisingensis noster prædilectus recognoscens fidem & discretionem nostram, quibus semper ipsum & EcclesiamFrisingensem sumus favorabiliter prosecuti universa feoda, quæ per mortem nobilium virorum Sibotonis & Ch. Comitum de Niwenburch ad ipsius * fuerant legittimè devoluta, sed ab illicitis detentoribus occupata, nobis, nostrisque legittimis hæredibus feodali ritulo contulisset perpetuo possidenda. Nos ex conventione inter ipsum & nos habita promisimus bona fide, quod pro eisdem feodis evictis, & in nostram potestatem revocatis faciemus erga præfatum Dominum Episcopum vel Successorem suum, si superstes non fuerit, juxta evictorum feodorum quantitatem singulis annis, prout quatuor viri subnotati, & ad hoc communiter electi fuerint arbitrati, videlicet Albertus Præpositus Illmunstrenn. Wichnandus de Iringspurch ex parte nostra: Ludwicus nunc Judex Frisingensis dictus de Putelpach, & Sigh. Dapifer de parte Domini Episcopi, quorum si unus interesse non potuerit legittimè præpeditus, Dominus ejusdem in locum absentis, alium, quem voluerit, subrogabit ad præfatum arbitrium promulgandum. Datum Monaci, anno Domini M. CC. LXXII. Ydus Novembris.

* add. dominium.

Num. CXI.

EGo Albertus de Ceyselberch notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod Dominum Chunradum de Schranchpu(o)m & meipsum obligo, & nichilominus super me specialiter recipio promittendo data fide vice Sacramenti in manus Magistri Heinrici venerabilis Prepositi Werdensis, quòd à Supano & ejus Socio, qui apud Lok captivati detinentur, numquam malum vel dampnum aliquod irrogabirur Ecclesie Frisingensi aur suis hominibus ubicumque fuerint constituti. Simili modo nec de Castris Grayffenvels & Newenberch gravamen vel dampnum eidem Ecclesie & suis hominibus pro eadem causa umquam aliquo tempore inferatur. Insuper me obligo per presentes, quòd statim in Adventu Domini Chunradi venerabilis Episcopi Frisingensis In Karham ipsius Domini Episcopi intrabo curiam numquam exiturus, donec dicti captivati, si fuerint de vinculis enodati, obtinebunt ipsius Episcopi gratiam & favorem, quod si non fecero, debeo & reneor eos detentioni pristine resignare. Acta sunt hec anno Domini M. CC. LXXII. apud Sanctum Vitum XIIII. Kalend. Aprilis.

Num. CXII.

VEnerabili ac Reverendo in Christo Patri Domino suo intima semper devotione colendo Domino Chunrado Dei gratia Ecclesie Frixigens Episcopo dignissimo Cuniza relicta olim Magnifici Militis Domini Tysonis de Campo Sancti Petri & Mater Tysonis Novelli & Domini Tysonis filii, ipseque Tyso ejus filius reverencias subditas & devotas. .Ecce Paternitati Vestre tenore ps facimus manifestum, quòd prudens & Reverendus Vir Dominus Albertus de Euna Eclesie vestre Frixingens. Canonicus juxta mandatum sibi commissum per vestras parenres litteras me Tysonem predictum olim Domini Tysonis filium de Gudico ejusque pertinentibus juribus & appendiciis jure feudi proud quondam bone memorie Pater meus investitus olim fuerat, habueratque & posse-

derat, legitimè investivir, debitumque fidelitatis juramentum audivit solempniter & suscepit. Insuper ego Tyso novellus supradictus recognosco presentibus me debere servare fidelitatem dicto meo Episcopo Frixigens. Sicut Vasallus Domino suo tenetur, & nichilominus servicia sibi impendere citra montes, secundùm quod in instrumentis continetur plenius super hoc confectis, quodque etiam illud, quod pro feudi recognicione Nuncii nostri promiserant, in numerata pecunia plenè & integre habuit & recepit. Grates igitur agentes uberrimas digno Patri nos non modo ad que jure fidelitatis promisse astringimur, sed ad tantum majora, quantùm nos semper & nostri tollerare possimus, offerimus vobis vestreque Eclesie & Successoribus obligatos

Dat. Pad. die vigessimo quinto Mensis Madii XV. Indict.

Nota.

Indictio XV. incidit in Annum 1272. uti videre est apud Franc. Pagi in Breviario Pontificum Roman. pag. 578.

Num. CXIII.

Nos Ottacharus Dei gratiâ Boem. Rex, Dux Austrie, Styrie & Karinth. Marchioque Moravie, Dominus Carniole, Marchie, Egre, ac Portûs Naonis constare volumus universis tam presentibns quam futuris, quod litteras Avunculi nostri Karissimi Domini Ulrici Ducis Karinth. recordationis inclite nobis ex parte Domini Ch. Vener. Frisingn. Episcopi presentatis vidimus & recepimus Sigillo integro sub hac forma. Quoniam quod Scriptutarum confirmat auctoritas improbotum non potest nec debet improbitas infirmare &c. Datum juxta Castrum Nidekk in Ecclesia S. Johannis anno Domini M. CC. LX. quinto XVIII. Kalend. Julii. Quia igitur gratias factas per Principes Ecclesiis Kathedralibus & aliis piis locis observari expedit, & horum maxime qui nobis idemptitate sanguinis sunt conjuncti, nos volentes ob reverenciam & honorem beate Virginis gloriose, que dicte Frisingen. Ecclesie dinoscitur esse Domina & Patrona, hujusmodi gratiam per nostros inviolabiliter observari, universis nostris Procuratoribus - - - Capitaneis, Officialibus, Judicibus, & Theolenariis per Carñ. & Marchiam, quicunque pro tempore instituti fuerint, inhibemus firmiter, nostre gratie sub obtentu, quatenùs nullus hanc nostre & dicti Ducis concessionis gratiam ausu temerario presumat infringere in parte aliqua vel mutare. Quicunque verò contra hujus inhibitionis nostre mandatum aliud presumpserit faciendum, in illum tanquam in mandatorum nostrorum temerarium contemptorem animadversionis nostre acrimoniam taliter convertemus, quod cedere poterit aliis in exemplum. Et ut premissa omnia perpetue firmitatis robore perseverent, prefato Domino Episcopo has patentes dedimus litteras, sigillorum nostrorum munimine communitas. Datum apud Greetz, anno Domini M. CC. LXX. quarto, XV. Kalend. Maji.

Integra recitantur supra ad an. 1265.

Num. CXIV.

Otacharus Dei gracia Rex Boemie, Dux Austrie, Katinthie, & Stirie, Marchio Moravie, Dominus Camiole & Marchie & Universis judicibus provincialibus, aliisque judicibus & Officialibus per Austriam constitutis graciam suam & omne bonum. Cum Reverendus in Christo Pater Dominus Chunradus venerabilis Frisingensis Episcopus amicus noster Karissimus hanc graciam & libertatem habuerit ab Antiquo, & eciam eandem jam de novo optinuerit & renovari petierit coram nobis, quod nullus provincialis Judex, sive

Judex

Judex alius quicunque in bona, possessiones & homines ipsius Domini Episcopi judicium aliquod debeat exercere, sed ab ipso Domino Episcopo & suis Officialibus, id est primitus repetendum, vobis universis & singulis mandamus firmiter precipientes gracie nostre sub obtentu, quatenus nullus vestrum de bonis, possessionibus, & hominibus dicti Episcopi judicium aliquod sibi debeat assumere, vel usurpare, nisi forte à dicto Episcopo, vel suis Officialibus querelantibus foret justicia denegata, tunc primò vobis, si probatum fuerit, licebit vestrum judicium exercere, cavendo arcius, ne quicquam per vos contra prefatum Episcopum & suos indebitè attemptetur. In cujus rei testimonium prelibato Episcopo & suis presentes damus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Wienne anno Domini M. CC. LXX. tertio. Nonis Februarii.

Num. CXV.

AL. Comes Goryc. & Tyroln. & Ecclesiarum Aquil. Trid. & Brixen. Advocatus universis amicis, & fidelibus suis salutem & plenitudinem omnis boni. Quia dilectum Dominum & Amicum nostrum venerabilem Episcopum Frisingensem invitavimus diligenter, habentes necessariò sibi loqui, universitatem vestram requirimus, & rogamus omni diligencia & affectu, ut in nullo ipsum ledere presumatis, sed sibi & omnibus secum venientibus exhibeatis omnem, quam potestis, reverenciam & honorem, tanquam illud nobis personaliter faceretis, siquis verò secus faceret, nobis reputaremus illatum. Datum in Inticena anno Domini M. CC. LXXIII. XIII. Kalend. Maji.

Num. CXVI.

NOs Ulricus de Habsspach Capitaneus Carniole & Marchie notum facimus universis presencium noticiam habituris, quod viri discreti Domini Griso, Chunradus de Lok, Chunradus Gallo, Egelochus de Walde occasione captivitatis Lienhardi de Gutenberch sub pena ducentarum Marcarum Laibacensis Monete Domino nostro Chunrado venerabili Episcopo Frisingensi coram nobis constituti fidejussoriam prestiterunt caucionem pro eo, quòd ipse Lienhardus à curia ejusdem Domini nostri Episcopi non debet recedere sine sua licencia speciali, hoc eciam adjecto, quòd dictus Lienhardus perpetuam amiciciam, que vulgo Vrue dicitur, pro se & omnibus amicis suis prefato Domino nostro Episcopo ac universis suis Servitoribus & Ministerialibus Ecclesie Frisingensis sub periculo amissionis aliarum ducentarum Marcarum, pro quibus eciam memorati Viri fidejusserunt, inviolabiliter observare tenebitur, sicut decet, alioqui dicti fidejussores in pena vel penis sepe dicto Domino Episcopo tenebuntur, ita si fortè prelibatus Lienhardus vel sui amici in uno vel alio articulo predictorum excesserint, quemadmodum est expressum. Dat. Laibaci anno Domini M. CC. LXXIII. VII. exeunte Octobr.

Num. CXVII.

NOs Chunradus Dei gracia Frisingensis Episcopus notum esse volumus presencium inspectoribus universis; quòd cùm Rudgerus Miles Officialis noster in Intrica quasdam possessiones nostras in officio suo pro quadringentis & septuaginta libris Veronensium parvulorum obligatas sibi à nobis nomine pignoris ad suos usus diutiùs tenuisset, idem zelo motus justicie ex consilio deliberato quasdam ex ipsis possessionibus dimisit liberè nostris usibus absolutas, videlicet,

videlicet, duas huobas in Ratesperch solventes in proventibus annuis viginti quatuor libras Veronensium parvulorum, unam hubam in Viersach decem libras Veronensium parvulorum, & tredecim Scho(o)t solventem annnatim, nec non dimidiam hubam, que dicitur *dess Zandeshub* solventem sex Scho(o)t & dimidium & quinque lib. Veronensium parvulorum. item unum Molendinum in Niderndorf, & quoddam prediolum in Meilstat, que solvunt sex libras Veronensium parvulorum annuatim. item unum quartalc apud Niderndorf, quod eidem pro quindecim libris parvulorum Veronensium fuerat specialiter obligatum; alias autem possessiones subscriptas, quas cum premissis possessionibus tenuerat nomine pignoris obligatas, que tamen in proventibus annuis quinquaginta libras Veronensium parvulorum non excedunt, tamdiu de nostra licencia una cum heredibus suis pro suis usibus possidebit, donec summam quadringentarum & septuaginta librarum Veronensium parvulorum per proventus earumdem possessionum in totum de anno in annum fuerit evacuata, ita quòd singulis annis de prefato debito quinquaginta libras Veronensium parvulorum tenebitur defalcare, quo debito quadringentarum & septuaginta librarum in totum, ut pretactum est, evacuato eedem possessiones ad Ecclesiam nostram liberè revertentur. Sunt autem he possessiones, quas tenebit pro debito prenotato: due Suaige apud Inticam valentes in caseis triginta libras Veronensium parvulorum annuatim, & molendinum ibidem, quod solvit sex porcos majores, & duos minores valentes quinque libras & dimidiam Veron. parvulorum, & Molendinum in Viersach, quod solvit tres libras & dimidiam Veron. quovis anno, & ad hec quinque porcos majores & quatuor minores in hof, & apud Molendina in Grats valentes novem libras & dimidiam Veronens. quos porcos eidem de novo ad complementum quinquaginta librarum Veronensium duximus obligandos. Preterea nos ad petitionem & instanciam prefati Rudgeri hanc sibi concessimus graciam specialem, ut minores decimas aput Inticam teneat & possideat pro suis usibus de nostra licencia tempore vite sue, ita tamen, quod per hujusmodi nostram concessionem nec pauperibus, nec Capitulo Iticinensis Ecclesie, nec granario nostro, nec in his, que ad coquinam nostram consueverunt ministrari, aliquod debeat prejudicium generari. Acta sunt hec anno Domini M. CC. LXXIII. Ydus Novembris aput Lok. In cujus rei testimonium presentem cedulam nostri & prefati Rudgeri sigillorum voluimus munimine roborari.

Num. CXVIII.

EGo Heinricus de Schærfenberch notum esse cupio universis, ad quos pervenerit presens Scriptum, quod cùm ego villas in Sigendorf, & Ruedlibes-Siez cum aliis possessionibus, quas quondam Perchtoldus de Loggewitz à Frisingensi Ecclesia tenuit in feodum, nomine pignoris pro L. Marcis Landestrostensium denariorum à Reverendo Domino Chunrado Frisingensi Episcopo pro meis usibus tenuissem diutiùs obligatas, idem Dominus Episcopus de eadem summa pecunie michi plenariè satisfecit, quo pretextu & occasione predictas villas seu possessiones, prout eas tenui & possedi nomine pignoris, prelibato Domino Episcopo & Ecclesie Frisingensi dimisi absque contradictione integraliter absolutas, tenore presencium protestando, me nichil juris habere de cetero vel herèdes meos in possessionibus prenotatis. In cujus rei testimonium presentem cedulam mei sigilli munimine roboravi. Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXIII. XVIII. Kalend. Decembr. aput Lok, presentibus testibus subnotatis H. Venerabili Preposito Isenn. Magistro Hermanno Notario Curie Frisingen. & Magistro Ul. & Domino Wilhelmo Notario, Johanne Suanone & Jacobo genero ipsius & aliis quàm pluribus testibus fide dignis.

Num.

Num. CXIX.

NOs Chunradus Dei graciâ Episcopus Ecclesie Frisingen. notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quod nos Gotfrido Sacerdoti Vicario in Lok, quem propter sua merita favore prosequimur speciali, & duabus suis filiabus Margarethe videlicet & Katherine, nec non Matri earundem Goldenne mansum unum situm aput Lok, quem nuuc excolit quidam Urbanus nomine, & pueri fratris ejusdem, concessimus & locavimus ad annuum censum, videlicet quadraginta denariorum Laybacensium perpetuo excolendum, volentes, ut quamdiu predictus census quadraginta denariorum Laybacensium fuerit Officiali nostro à predictis omnibus, vel altero ipsorum superstite annis singulis persolutus, tamdiu ipsum mansum, vel omnes, vel quicunque ex ipsis superstes fuerit, teneant, & excolant pro sue libito voluntatis, nec quicquam ab ipsis, vel ab aliquo ipsorum extra ordinem nomine Steure vel exactionis cujuslibet pretextu ejusdem hube imposterum exigetur, nisi census quadraginta denariorum Laybacensium prenotatus. Adicimus eciam, ut quamdiu eandem hubam vel mansum tenuerint, vel excolunt in pratis, pascuis & sylvis, quemadmodum alii homines prediorum nostrorum pro se & suis animalibus habeant communionem. In cujus rei testimonium presentem cedulam conscribi jussimus, & nostri sigilli munimine roboratam. Datum apud Lok, anno Domini M. CC. LXX. tertio, XII. Kalend. Decembr. presentibus testibus subnotatis Wilhelmo Notario nostro in Lok, Martino Officiali nostro, Wolfoldo precone, Hermanno Nuncio & aliis Viris quàm pluribus fide dignis.

Num. CXX.

EGo Gozzo de Kremsa notum esse cupio presencium inspectoribus univetsis, quòd Dominus Chunradus Episcopus Frisingensis passagium in Holnburch cum suis obvencionibus ab Octava Epiphanie Domini usque ad festum Pentecostes venturum proximo, & abinde per quinque annos michi vendidit & locavit, protestans, quòd elapsis predictis quinque annis idem passagium ad ipsum Episcopum & Ecclesiam suam cum omnibus suis obvencionibus libere reverretur, qualiber contradictione non obstante. Dat. Wienne anno Domini Millesimo CC. LXX. quarto. III. Idus Januarii.

Num. CXXI.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus tenore presencium profitemur & scire volnmus universos presencium noticiam habituros, quod cum per informacionem fide dignorum quàm plurium instructi simus pleniùs & edocti, quod omnes aree extrinsece juxta murum domus nostre in Wienna situate, & eidem domui contigue ad dotem Capelle ipsius domus pertineant pleno jure, ecce, nt ejusdem Capelle jura salva integra permaneant & illesa, & ne aliquis Laicorum in eisdem areis & in aliis dotem dicte Capelle sive domum respicientibus quicquam juris sibi possit aliquatenus vendicare, Heinrico Notario Rectori predicte Capelle omnes areas pretactas & alias, que forte prius collate non fuerant, nunc de novo contulimus, & eas ob remedium salutis anime nostre dicte Capelle tradidimus liberè propter Deum, volentes, ut a modo perpetuò sepe dicte aree deserviant usibus illius, qui pro tempore Rector fuerit Capelle memorate. Et in hujus tradicionis perenne testimonium prefato Heinrico suisque Successoribus presentes tradidimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Waidhoven anno Domini M. CC. LXXIIII. V. Kalend. Marcii.

Num. CXXII.

O. Dei gratiâ Bohemiæ Rex, Dux Austriæ, Styriæ & Karinthiæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carniolæ, Egræ ac Portûs Naonis universis præsentium notitiam habituris salutem cum plenitudine omnis boni. Cùm libertates & jura domûs venerabilis Episcopi Frisingensis sitæ in Wienna, & dotis Capellæ domûs ejusdem publicis Instrumentis Domini Friderici quondam Ducis Austriæ bonæ memoriæ privilegiata à nobis & à nostris affectemus illæsa in omnibus & per omnia conservari, volumus & singulis nostris Scribis, officialibus, judicialibus, ac aliis procuratoribus, qui pro tempore fuerint, sub optentu gratiæ nostræ damus stricto strictius in mandatis, quatenus easdem libertates & jura per dicti Domini F. privilegiorum indicia dictæ doti ac domui sic tradita & concessa modis omnibus, quibus possint, servare studeant inconcussa, summopere præcavendo, ne homines residentes in eadem dote occasione aliqua trahantur in judicium coram ipsis, vel aliquo ipsorum, aut aliàs molestentur exactionibus indebitis ab hominibus vel aliis subditis eorumdem, sed permittatur, ut coram dicto Episcopo vel suis officialibus stent juri in omnibus causis seu quæstionibus contra eosdem homines emergentibus, præterquam in causis sanguinis sive mortis, quæ nostro debent judicio reservari. Datum Brunnæ, anno Domini M. CC. LXXIIII. pridie Kalend. Januarii.

Num. CXXIII.

Nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quod cum dilectus fratruelis noster Em. Prepositus S. Andree in Frisinga ad honorem & utilitatem Ecclesie Kathedralis & ob remedium anime sue in area Prepositure S. Andree sita in monte domum lapideam propriis & magnis sumptibus duxerit erigendam, idemque de consensu & voluntate Capituli nostri, nec non Capituli S. Andree sibi pro memoriali perpetuo duo oblagia, unum Capitulo nostro, aliud Capitulo S. Andree persolvere S. Georii annuatim, quam etiam consolationem idem Em. Prepositus initiavit pro parte videlicet cum LX. denariis annuis, qui equaliter pro tempore vite sue per ipsum inter prefata duo Capitula in Nativitate Domini dividentur. Nos ad peticionem & instantiam ipsius Prepositi ordinacionem supra scriptam, que Capituli nostri legittimo consensu accedente processit, ratam & gratam habemus, & presentis patrocinio confirmamus, consencientes in hoc, ut quicunque Successorum suorum in prefata Prepositura S. Andree predictam consolacionem non persolverit, anni cujuslibet in termino prenotato, hic tamdiu in utraque Ecclesia & Kathedrali & S. Andree à prebendali stipendio sit suspensus, quousque utrique Ecclesie de consolacione hujusmodi plenarie fuerit satisfactum. Ne autem super hujusmodi ordinacione, & nostra confirmacione aliquod imposterum oriatur dubium, presentem cedulam nostri sigilli munimine jussimus roborari. Dat. Frisinge anno Domini M. CC. LXXIIII. III. Non. Octobr.

Num. CXXIV.

Ottacharus Dei gratia Bohemiæ Rex, Dux Austriæ, Styriæ & Karinthiæ, Marchio Moraviæ, Dominus Carniolæ, Marchiæ, Egræ ac Portus Naonis omnibus in perpetuum. Sublimitate Regia decorati à Deo, in cujus dependent manibus corda Regum, tenemur præceptum Regiæ præcellentiæ

tiæ nobis innatæ necessitates pauperum sub ditione nostra degentium respicere, ac de nostro aliqua relaxando liberaliter ipsorum indigentias relevare, ut illo vero Samaritano redeunte centuplum, teste Evangelica veritate, accipere mereamur. Hinc est, quòd intuitu Virginis gloriosæ patrocinium obtinentis in Ecclesia Frisingensi, nec non contemplatione personæ Reverendi in Christo Patris Domini Chunradi venerabilis Episcopi ejusdem Ecclesiæ, qui nobis gratis obsequiis in quibuslibet necessitatibus placuit, atque placet, ipsi Domino Episcopo, omnibusque suis Successoribus in Ecclesia Frisingensi per totum prædium in Lok dictum, quod in Carniola situatum ad ipsam Ecclesiam immediate dinoscitur pertinere, utpote in oppido Lok foro, ac universis bonis, seu possessionibus, videlicet tam Lengenvelt, Otrolach, quàm Draschis cum Monte S. Margaretæ & aliis omnibus ad idem prædium spectantibus, cultis & incultis, judicium provinciale, scilicet homicidii, vulneris, effusione sanguinis, rapinæ, furti, seu violenta oppressione Virginum & Mulierum, confractione domorum, & in aliis causis criminalibus & civilibus quibuscunque tradidimus, & tradimus, donavimus & donamus de plenitudine favoris Regii perpetuò possidendum, ut inhabitantes idem prædium, qui nobis insciis & invitis occasione prædicti provincialis judicii angarias, perangarias & exactiones plurimas pertulerunt, ammodò respirantes ab hiis optata quiete gaudeant, & votivâ rerum opulentiâ perfruantur; hac nempe conditione addita, quòd annis singulis in die S. Martini nobis, vel nostris hæredibus, seu aliis legitimis Successoribus, sive Capitaneis vices nostras in Carniola gerentibus, vel fungentibus partibus earumdem duodecim Marcas Laybacensium denariorum nomine pensionis dicti provincialis judicii de oppido & prædio in Lok & Lengenvelt persolvant, eo tenore, quòd & nos in prædictis causis nullum nobis judicium assumamus, quodque Successores nostri hæreditarii, seu alii legitimi, seu Capitanei à nobis vel ab ipsis, quicunque fuerint pro tempore substituti, per se, vel ipsorum subditos judices, præco es, seu officiatos alios, quocunque nomine censeantur, super memoratis bonis, possessionibus & hominibus in prædio Lok nullam jurisdictionem seu authoritatem judiciariam in aliqua causarum prædictarum exercere præsumat, sed prædicto Domino Episcopo, & omnibus ipsius Successoribus, qui pro tempore fuerint, plena sit facultas, potestas, & licentia libera in prædictis oppido & possessionibus in Lok causam hujusmodi judicii exercendi eligere & electum constituere, seu præficere provincialem judicem, quem suis, hominumque suorum inibi degentium commoditatibus noverint expedire, eundemque mutare & destituere pro eorum beneplacito voluntatis. Ne igitur per nos, vel nostros hæredes aut Successores quoslibet hujusmodi nostra donatio immutari valeat imposterum vel infringi, præsens Instrumentum præfato Domino Episcopo, suisque Successoribus universis dedimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratum, præsentibus testibus subnotatis: videlicet Domino Heinrico illustri Duce Bawariæ consanguineo nostro, Sifrido de Sigenhoven, Greimoldo de Preisingen, Weimaro dicto Wrumesel ipsius Ducis Consiliariis. Andrea Camerario Regni Bohemiæ, Burchardo Marscalco Regni ejusdem, Ulrico pincerna de Hauspach Capitaneo Carniolæ & Marchiæ, Zmylone Purchgravio de Vetowe, Magistro Heinrico Præposito Werdensi, Magistro Ulrico Plebano Wiennensi ProtoNotario nostro, & Magistro Hermanno Canonico Ecclesiæ S. Andreæ in Frisinga, ac aliis quàm pluribus fide dignis. Actum & datum in Piezka anno Domini Millesimo CC. septuagesimo quarto Non. Kalend. Novembr.

Num. CXXV. 1.

NOs Chunradus Dei gracia Frisingensis Episcopus notum esse volumus universis, ad quos pervenerit presens scriptum, quòd cùm inter Nos & Ecclesiam nostram ex una parte, & virum discretum Ditmarum de Grisenvels ex altera super diversis dampnis, injuriis, & gravaminibus, que nobis ab ipso D. & suis Servitoribus, sibique à nobis, & nostris Servitoribus mutuò & vicissim dicebantur illata, orta esset hinc inde materia questionis, nos ad tollendam omnem litem, seu contencionem, que sibi & hominibus contra nos, & nobis hominibusque nostris contra ipsum super his competere videbatur, indifferenter, concorditer cum ipso in venerabilem fratrem Magistrum Heinricum Prepositum Werdensem, & in Dominum Rehwinum de Wipaco militem duximus tanquam in arbitros compromittendum, promittentes fide data vice Sacramenti tam nos pro nobis & hominibus nostris, quàm idem D. pro se & omnibus amicis & Servitoribus suis, ut quidquid predicti duo arbitrarentur super omnibus premissis inter nos ad perpetuam amiciciam faciendam, hoc ratum à nobis utrisque servaretur atque firmum. Sanè predicti arbitri dampnis seu gravaminibus utriusque partis diligenciùs consideratis & inspectis inter nos & ipsum D. sunt taliter arbitrati, ut universa dampna seu gravamina qualitercunque & quandocunque predicto D. per nostros & nobis hominibusque nostris per ipsum & suos sint commissa, extincta debeant esse hinc inde, & mutua recompensacione sublata, ita quod neuter nostrum contra alterum, vel contra homines alterutrius de his, que inter nos & ipsum D. hucusque fuerant in questione, aliqua competere debeat actio vel querela. Insuper omnes promissiones seu cauciones fidejussorie, & inimicicie, que occasione predicte dissensionis contracte sunt inter homines nostros & predicti D. de medio debeant esse sublate, nosque cum ipso, & ipse nobiscum erimus in perpetua concordia & in pace. Adhec ut sepe dictus D. ad nostrum obsequium ferventiùs obligetur, nos sibi ex mera liberalitate XXXVI. Marcas Aquilegiensium antiquorum dare promisimus, quas eidem D. persolvere tenebimur in festo Georii proximo nunc venturo, nichilominus recipientes ipsum in nostram specialiter graciam & favorem. In cujus itaque arbitrii evidens testimonium presentem cedulam conscribi jussimus, & ipsam nostri & predictorum arbitrorum ac ipsius Dietmari volumus sigillorum munimine roborari. Datum & Actum aput Lok anno Domini M. CC. LXXV. XVII. Kalend. Januarii.

Num. CXXV. 2.

NOtum sit universis tam presentibus, quam futuris, quòd ego Wernherus filius quondam Domini Wernheri de Lok pro excessibus, quos contra metuendum Dominum meum Chunradum venerabilem Episcopum Frisingen. & suos me recolo perpetrasse, ipsius Domini mei gratie me reddidi & subjeci, volens omnem penam subire humiliter, & devotè, quam idem Dominus meus Episcopus pro iisdem meis excessibus perpetratis michi decreverit irrogandam, & nichilominus portionem hereditatis mee, que aut jure proprietario, aut feodali titulo me contingit tali conditione in ipsius Domini mei Episcopi tradidi gratiam & potestatem usufructibus michi reservatis. Quod si fortè penam, quam memoratus Dominus meus Episcopus super hujusmodi excessibus meis michi duxerit imponendam, contumaciter recusarem, ex tunc ab eadem portione mee hereditatis penitùs excidissem, eadem etiam portione cum usufructibus ad ipsum Dominum meum Episcopum devoluta. Et sub testimonio presen-

presentium confiteor, quod consimili pena puniri debeo, si super futuris excessibus, quemadmodum predictum est, incorrigibilis invenirer. In cujus rei testimonium presentem litteram jussi conscribi & mei sigilli pendentis munimine consignavi, & nobilis & egregii viri Domini Ul. Pincerne de Habspach Capitanei Carn. & Marchie, Magistri Heinr. Werdensis Prepositi sigillis pendentibus volui consignari. Acta sunt in Castro Lok, anno Domini Millesimo CC.LXXV. prid. Idus Julii presentibus testibus subnotatis, videlicet Magistro Heinrico Preposito Werdensi, Magistro Hermanno Canonico Frisingensi, Domino Ulrico Pincerna de Habspach Capitan. Carn. & Marchie, Domino Grisone de Reutenberch, Domino Walthero Ungaro, Domino Ortolfo de Meingozpurch, Domino Gerlocho de Stein & aliis quàm pluribus fide dignis.

Nota.

Hoc instrumentum serius in oculos nostros incurrit, quando nobis non erat integrum numeros Instrumentorum aliter determinare. Hinc illud ad Num. 195. apponimus secundo loco.

Num. CXXVI.

EGo Gozzo civis in Chremsa notum esse cupio præsentium inspectoribus universis, quòd Irenfridum filium meum, & Rudlinum de Meurperge meos constitui Procuratores, dans eisdem præsentibus plenariam potestatem vendendi nomine meo Domino Ch. venerabili Episcopo Frisingensi vel cuicunque alii possessiones meas, quas habeo in Teizzæ, videlicet duas curias villical. XIII. areas, duo beneficia, duo pomeria, lacum seu piscinam cum passagio & quinque insulas cum omnibus juribus & attinentiis eorumdem & cum fructibus exstantibus nunc & futuris. Item proventus passagii in Holnburch per tres annos nunc futuros cum navibus & remis prout ego idem passagium per eosdem tres annos poteram possidere; Ratum & gratum promittens me habere, quidquid iidem Procuratores cum eisdem possessionibus duxerint ordinandum. Datum anno Domini M. CC. LXXVI. Kalend. Magii, horum testimonio litterarum mei sigilli munimine roboratarum.

Num. CXXVII.

HOs Ottacharus Dei gratiâ Bohemie Rex, Dux Austrie, Styrie, & Karinthie, Marchio Moravie, Dominus Carniole, Marchie, Egre ac Portusnaonis Notum esse volumus presentium inspectoribus universis, quod Reverendus in Christo Pater, amicus noster Karissimus, Dominus C. venerabilis Episcopus Frisingensis nomine suo & Ecclesie sue à Gozzone & Irnfrido filio suo civibus de Chremsâ, & à procuratoribus ipsorum ad hoc deputatis consentientibus heredibus eorumdem, comparavit jure purchreht, predia subnotata, accedente ad hoc nostra licentia pariter & consensu, videlicet, in Teizza XIII. areas, duo beneficia, duas curias villicales, pomerium & passagium ibidem, insulam aput Marcharts, urvar & insulam quondam Friderici de Brunne, & insulam sitam aput passagium in Teizza, nec non insulam, que dicitur Saum, & insulam aliam ibidem. Hec singula prenotata comparavit idem Dominus Episcopus cum omnibus attinentiis suis, agris, pratis, pascuis, paludibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, fruticibus, arbustis, cultis & incultis, viis & inviis, quesitis pariter & inquirendis. Et ne hujusmodi emptionis contractus per nos, aut heredes nostros vel à quoquam alio imposterum valeat in irritum revocari, Nos in horum testimonium presentem cedulam prefato Domino Episcopo, suisque

Successoribus tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Dat. aput Snoimam, anno Domini Millesimo CC. LXXVI. IIII. Non. Junii.

Num. CXXVIII.

Nos Irnfridus filius Gozzonis, & Rudlinus de Meurperge cives in Chremsa, Procuratores prædicti Gozzonis civis ibidem Notum esse volumus præsentium inspectoribus universis, quod nos ex ipsius Gozzonis mandato speciali Reverendo in Christo Patri Domino Chunrado Venerabili Frisingensi Episcopo nomine procuratorio possessiones subnotatas, quas idem Gozzo jure Purchrehr possidebat, pro se, suisque Successoribus Episcopis Ecclesiæ Frisingensi perpetuò possidendas vendidimus pro ducentis quinquaginta Marcis argenti ponderis Wienn. videlicet in Teyza tredecim areas, duo beneficia, duas curias villicales, duo pomeria, lacum, seu piscinam ibidem adjacentem, & passagium, quod idem Gozzo habuit apnt Teizzam, & proventus trium annorum passagii in Holnburch, cujus passagii proventus idem G. à dicto Domino Episcopo per quinquennium comparârat, cujus quinquennii anni duo priores sunt elapsi. Item vendidimus eidem Insulam aput Marchares Urvar, Insulam quondam Friderici de Prunne, & Insulam Urvarwerd, & Insulam, quæ dicitur Saum, & aliam Insulam parvam eisdem Insulis adjacentem. Hæc quidem prædia seu possessiones vendidimus dicto Domino Episcopo jure Purchreht cum omnibus fructibus extantibus & futuris, & cum omnibus attinentiis suis, praris, agris, pascuis, paludibus, piscationibus, navibus, cultis & incultis, viis & inviis, arbustis, fructicibus, quæsitis pariter & inquirendis, de evictione, & de defendendo sibi certis fidejussoribus Deputaris, qui fidejussores procurabunt sine fraude, quòd omnes hæredes dicti Gozzonis in hujusmodi possessionibus usque ad festum Sancti Michahelis proximum renunciabunt perpetuo juri suo, quod ipsis in eisdem possessionibus competere videretur. Item promiserunr iidem fidejussores fide data, quod easdem possessiones defenderent dicto Domino Episcopo, & suis Successoribus contra quemlibet impugnantem prædictum contractum emptionis coram quocunque Judice competente usque ad tempus à jure diffinitum, & secundum terræ consuetudinem approbatam. Item procurabunt sine dolo, quod Dominus Gozzo statim, cùm à vinculis fuerit absolutus præfatum contractum venditionis suis sigillatis litteris coram sæpè dicto Domino Episcopo, vel suo Procuratore infra unum mensem proximum ratificet & confirmet per manum Domini conferentis; ad hæc singula siquidem procuranda obligaverunr se dicti fidejussores singuli in solidum pro quadringentis Marcis argenti ponderis Wienn. quas solvere tenebuntur dicto Domino Episcopo, si horum aliquid, quæ prætacta sunt, neglectum fuerit, vel obmissum; alioquin aput Wiennam iidem fidejussores intrabunt obstagium ab ipsius Procuratore requisiti, ab inde nunquam exituri, donec vel obmissa compleant, vel de Summa quadringentarum Marcarum prælibaro Domino Episcopo per eos integraliter satisfiat. Fidejussores autem sunt hii, Dominus Ulricus de Rukchenberch, Ditmarus Forestarius de Gevelle, Siboto & Leupoldus fratres Domini Gozzonis, Irnfridus filius Gozzonis, Rudlinus de Meurperge, Walchonus in foro Nepos Wurkonis, & Heidenricus Civis de Stein, qui fide data vice Sacramenti se singula promissa promiserunt efficaciter adimplere, & præcipuè, quod dictus Gozzo ab eo die quo absolutus fuerit à vinculis defender memoratas possessiones contra quemlibet impugnantem, eandem emptionem usque ad tempus à jure diffinitum. Et in hujus rei memoriam præsentem cedulam, quia propria sigilla non habuimus, nomine nostro & fidejussorum tradidimus præfaro Domino Episcopo sigillo Domini Gozzonis roboratam, præsentibus testibus subnotatis, videlicet Magistro Hermanno Canonico Frisin-

Frisingensi, Domino Sifrido Capellano, & Ludwico Judæo Canonico S. Viti, Hilprando Notario Canonico Mosburg. Domino Eberhardo Sacerdote Procuratore in Wædlingen, Domino Heinrico Plebano in Holnburch,. Ottone Sacerdote dicto Ponzone, Domino Ekhardo de Vihdorf Milite, Chunr. de Azlinstorf, Chunr. Notario de Waidhoven, Friderico de Schafervelde, Marquardo de Lihsnich, Pilgrimo Cive de Chremsa, Rudlino Notario Gozzonis, Wernhero de Lok, - - de Perg, Rudgero villico de Teyzza, Ulr. Villico ibidem, Chunr. Nauta, Ch. Prunnario, Heinrico & Eberhardo fratribus dictis Stromær, & aliis quam pluribus fide dignis. Datum, & actum aput Chremsam, anno Domini M. CC. LXXVI. Non. Junii.

Num. CXXIX.

NOs Helwicus Dei gracia Abbas Gotwicor. Monasterii notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quòd cum Irnfridus filius Domini Gozzonis & Rudlinus de Meurperge Cives in Chrems procuratores dicti Domini Gozzonis Reverendo in Christo Patri Domino Chunrado Frisingensi Episcopo pro se & Ecclesia sua universa bona & possessiones, que idem Gozzo in Teyzza à nobis & Monasterio nostro jure Purchreht possidebat, vendidisset, videlicet, duas curias villicales, tredecim areas, duo beneficia, duo pomeria, lacum seu piscinam ibidem, & quinque insulas cum universis attinenciis & juribus possessionum earundem, agris, pratis, pascuis, paludibus, arbustis, piscacionibus, cultis & incultis, viis & inviis, quesitis & inquirendis. Nos resignacione eorundem bonorum & jurium ad manus nostras facta nomine dicti Domini Gozzonis per eosdem procuratores ipsa bona seu possessiones prenotatas jure Purchreht contulimus predicto Domino Frisingensi Episcopo, suisque Successoribus perpetuo cum omnibus suis attinentiis possidendas ad censum triginta denariorum Wiennensium annuatim, ad quem eciam censum prefatus Gozzo easdem à nostro Monasterio & à nobis tenuerat hactenus possessiones, qui eciam censsus in die Sancti Michahelis anni cujuslibet est solvendus. In cujus rei testimonium presentem cedulam presato Domino Episcopo, suisque Successoribus tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum aput Wedlingen anno Domini M. CC. LXXVI. VIII. Idus Junii.

Num. CXXX.

NOs Irnfridus filius Domini Gozzonis de Chrems & Rudlinus de Meurperge procuratores ipsius Domini Gozzonis presentibus protestamur & scire volumus universos, quod Reverendus in Christo Pater Dominus Chunradus venerabilis Frisingensis Episcopus pro possessionibus in Teiza, quas eidem vendidimus nomine Domini Gozzonis ducentis, L. Marcas argenti ponderis Wiennensis nobis per se & suos procuratores assignavit, de quibus apud Wedlinum proxima die Sabbathi post Octavam Pentecostes presente ipso Domino Episcopo centum Marce fuerunt assignate, & in octava Sancti Johannis Baptiste sequent. centum quinquaginta Marce argenti aput Chremsam per Magistrum Hermannum, & Chunradum Notarium ipsius Domini Episcopi procuratores, presentibus Domino Sibotone fratre ipsius Domini Gozzonis, Menhardo & Rudlino Notariis ipsius Domini G. Domino Heinrico Plebano in Holnburch - - Grubario de Wachow(e), Herbrando Camerario, Rudlino Officiale de Teiz & aliis quàm pluribus fide dignis. Datum aput Chrems anno Domini M. CC. LXX. sexto in octava beati Johannis Baptiste. Et quia sigilla propria non habuimus, presentem cedulam in horum testimonium ipsius Domini Gozzonis placuit roborari.

Num. CXXXI.

Nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus constare volumus præsentium inspectoribus universis, quod Sighardus Dapifer Ecclesiæ nostræ Ministerialis in nostra præsentia constitutus quatuor hu(o)bas, quas habuit in Pigarten, & unum beneficium ibidem vendidit Præposito & Conventui Monasterii in Scheftlarn de consensu nostro pro LX. libris Monacens. denariorum, tradiditque per manus nostras, & per manus sororum suarum Diemu(o)dis & Agnese prædicta quinque prædia dicto Monasterio cum omnibus juribus & attinentiis suis perpetuo possidenda. In cujus rei testimonium præsentem cedulam præfato Monasterio tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXXVI. pridiè Idus Septembris præsentibus subnotatis, Domino L. venerabili Abbate de Tegernse, F. Præposito, O. Decano Ecclesiæ Frisingensis, H. Præposito Mosburgensi, Ul. Præposito Ifnensi, O. de Waldekk, L. de Putelpach, Perhtoldo testudine Militibus, L. Vertingo, C. Sappone & aliis quàm pluribus fide dignis.

Num. CXXXII.

Rudolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus nobilibus Viris - - Tyrolsi, & F. de Ortenburg Comitibus, ceterisque fidelibus & officialibus suis per Carniolam constitutis graciam suam & omne bonum. Fidelitati vestre auctoritate Regia firmiter - - timus, & admonemus, quatenus venerabilem Frisingensem Episcopum, Principem nostrum dilectum in judicio provinciali, in jurisdictione, districtu & honore, que ipse & Ecclesia Frisingensis in partibus Carniole tenent, & hactenus possiderunt pacifice ex privilegiis incliti O. Regis Bohemie, & illustrium quondam Ducum Karinthie, nullatenus pregravetis, vel quicquam attemptetis, quod in ipsius Episcopi Principis nostri & Ecclesie sue prejndicium redundare valeat aut jacturam, sive sit in Oppido Lonk, sive in aliis bonis, prediis & possessionibus suis positis & circumjacentibus circumquaque. Datum Wienne II. Non. Febr. Regni nostri anno quarto.

Num. CXXXIII.

Rudolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis Romani Imperii fidelibus in perpetuum. Ad unversitatis vestre noticiam volumus presencium serie pervenire, quòd ad imitacionem felicis memorie Friderici quondam Ducis Austrie & Styrie & Domini Carniole nobis est placitum & acceptum, & Regium eciam impertimur assensum, ut si aliquem Ministerialium nostrorum de Austria vel Styria, aut Carniola cum aliqua Frisingensis Ecclesie Ministeriali, vel è converso Matrimonium contrahere contigerit, liberi ex hujusmodi Matrimonio procreati & possessiones, ac bona parentum equaliter dividantur, una parte possessionum & liberorum in nostram & Imperii, reliqua verò in potestatem & dominium Frisingensis Ecclesie transeunte. Hujus rei testes sunt Fridericus venerabilis Ecclesie Salzburgensis Archi-Episcopus, Bertoldns Babenbergensis, Petrus Pataviensis, Leo Ratisponensis, Ditricus Gurcensis, Johannes Chimensis, Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi. Heinricus Comes Palatinus Rehni Dux Bawarie, Fridericus Purchgravius de Nu(o)renberch. Et nos in hujus rei perenne testimonium presentem cedulam Serenitatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Acta sunt hec Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. XV. Kalend. Junii, Indictione quinta, Regni nostri anno quarto.

Num.

Num. CXXXIV.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis Romani Imperii fidelibus in perpetuum. Ne rei geste veritas calumpniancium malicia pereat, & transcursu temporis evanescat, necessarium est, eam Scripture testimonio perennare. Hinc est, quòd ad universorum tam presencium, quàm eciam futurorum notitiam cupimus pervenire, quod nos Chunradum venerabilem Frisingensem Episcopum Principem nostrum dilectum omnibus juribus provinciali judicio in Heybs attinentibus, quibus predecessor ipsius gavisus esse dinoscitur volumus plenè & libere congaudere, ipsius provincialis judicii homines ad jurisdictionem & dominium memorati Episcopi pertinenres ab exactionibus quibuslibet & vexationibus indebitis ac tractionibus ad alienum forum, videlicet provincialium nostrorum seu Civitatum, vel aliorum quorumcunque Judicum & Subjudicum judicium ad imitacionem quondam Ducum Austrie penitus eximentes, sic tamen, quòd in exemptionis hujusmodi indicium tria talenta denariorum Wiennensium singulis annis nostre Camere vel persone, cui ipsam summam deputaverimus, teneatur exsolvere, quemadmodum predecessor ipsius ipsam summam annuam quondam Ottoni Comiti de Hardeke, qui dictum provinciale judicium una cum judicio in Peilstain à Ducatu Austrie obtinebat in feodum, exolvebat. Hujus rei testes sunt, Fridericus venerabilis Salzburgensis Ecclesie Archi-Episcopus, Petrus Pataviensis, Bertoldus Babenbergensis, Leo Ratisbonensis, Ditricus Gurzensis, Johannes Chymensis, Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi. Et nos in hujus rei perenne testimonium presentem cedulam Serenitatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Datum Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. XV. Kalend. Junii Indictione quinta, Regni nostri anno quarto.

Num. CXXXV.

RUdolfus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus Universis presentes literas inspecturis, volumus notum esse, quòd ubicunque in possessionibus, prediis, sive fundis Venerabilis Frisingensis Episcopi, Principis nostri dilecti, auri vel argenti, vel alterius cujuscunque Metalli vel & salis vene reperte fuerint, Idem Episcopus in eisdem gaudebit per omnia jure suo, nobis & Imperio similiter jure nostro in omnibus reservato. Concedimus etiam memorato Episcopo, ut metallum cujuslibet generis in Ecclesie sue fundo querere valeat, Imperii jure salvo. Quare sub optentu nostre gratie precipimus universis, ne quis memoratum Episcopum in his suis juribus aliqualiter audeat impedire. Hujus rei testes sunt, Fridericus venerabilis Ecclesie Salzburgensis Archi-Episcopus, Bertoldus Babenbergensis, Petrus Pataviensis, Leo Ratisponensis, Ditricus Gurzensis, Johannes Chyemensis, Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi. Heinricus Palatinus Comes Rheni Dux Bawarie, Fridericus Purchgravius de Nu(o)renberch. Nos in hujus rei perenne testimonium presentem cedulam Serenitatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Datum Wienne, anno Domini M. CC. LXVI. XV. Kalendas Junii. Indictione quinta, Regni nostri anno quarto.

Nota.

Annus M CC LXVI. ponitur hic iterum per incuriam Librarii, cum Anno illi non respondeat Indictio V. ut alibi monuimus, sed anno 1277.

Num. CXXXVI.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis Romani Imperii fidelibus in perpetuum. Dignum judicat nostra Serenitas, & equitas racionis persuadet, ut specialiori gracia prosequamur eos, qui sincer iùs & devociùs nostrum & Imperii amplectuntur honorem. Hinc est, quod dilecti Principis nostri Chunradi, Episcopi Frisingensis, qui pro nostra & Imperii gloria sublimius extollenda diversas pressuras & persecuciones immanes à nostris & Imperii hostibus sustinuit, nec pressutis hujusmodi à devocione nostra & ipsius Imperii ammoveri potuit, peticionibus annuentes, prerogativam gracie, quam Principes Austrie domui sue, quam habet in Wienna, priscis temporibus contulisse noscuntur, auctoritate regia confirmamus, ut scilicet Rector & hospes ipsius domûs, ac ceteri domum ipsam inhabitantes, nec non & omnes in dote Capelle ipsius domûs morantes nonnisi pro excessibus mortem vel pacis violacionem inducentibus à judice civitatis debeat ad judicium evocari. quo casu, si culpe qualitas id postulaverit, de persona delinquentis tantum se judex Civitatis intromittat rebus & possessionibus omnibus rei in dicti Episcopi vel ejus, quem ad hoc instituerit transeuntibus potestatem. Si vero contra predictas personas quispiam habuerit actionem, exceptis questionibus supra scriptis, coram predicto Episcopo, vel ejus in hac parte Vicario eas conveniat, coram ipsis jus suum plenariè recepturus. Ipsis autem hominibus de sibi injuriantibus à judice Civitatis volumus justiciam exhiberi, ne in lesionem retorqueatur, quod in commodum favorabiliter est deductum. Hujus rei testes sunt Fridericus venerabilis Salzburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Bertoldus Babenbergensis, Petrus Pataviensis, Leo Ratisponensis, Ditricus Gurzensis, Johannes Chimensis, Werenhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi. Hainricus Palatinus Comes Reni Dux Bawarie, Fridericus Purchgravius de Nu(e)renberch. Et nos in hujus rei perenne testimonium presentem cedulam Serenitatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Acta sunt hec Wienne, anno Domini M. CC. LXXVII. XV. Kalend. Junii, Indictione quinta, regni nostri anno quarto.

Num. CXXXVII.

RUdolfus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus, universis provincialibus aliisque Judicibus & Officialibus per Austriam constitutis gratiam suam & omne bonum. Cùm venerabilis Chunradus Frisingen. Episcopus Princeps noster dilectus hanc libertatem & gratiam à quondam Ducibus Austrie habuerit, & eandem etiam à nobis optinuerit renovari, quod scilicet nullus provincialis, vel alius Judex quicunque in possessiones, bona, & homines ipsius Episcopi aliquod judicium exercere debeat, nisi ipse Episcopus vel officiales ipsius super exhibenda justicia primitùs requisitus negligens fuerit vel remissus. Vobis universis & singulis sub optentu gratie nostre precipimus firmiter & districte quatenùs nullus vestrum de bonis, possessionibus, & hominibus supradicti Episcopi judicium aliquod contra declarationem & gratiam tactam superiùs & expressam sibi audeat usurpare. quod qui fecerit, gravem indignationis nostre offensam se noverit incursurum. In cujus rei testimonium presentes litteras Majestatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Dat. Wienne anno Domini Millesimo CC. LXVII. quintodecimo Kalendas Junii, Indictione quinta, Regni nostri anno quarto.

Nota.

Erravit librarius ponendo annum M CC LXVII. cùm Indictio V. pertineat non ad annum M CC LXVI. quo Rudolphus nondum erat Imperator renunciatus, sed ad annum M CC LXXVII. vide Franc. Pagi ubi supra.

Num.

Num. CXXXVIII.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus Universis Sacri Romani Imperii in perpetuum. Licet universis Principibus ac Ecclesiis sub dicione Sacri Imperii constitutis potestate nobis à Deo tradita defensionis & munificencie adesse presidio teneamur, illis tamen nos teneri precipue recognoscimus justicie & gracie debitores, qui se ac suas Ecclesias sic nostris desideriis coaptare nituntur, ut nobis & Imperio grata prestent obsequia temporibus oportunis. Cùm igitur dilectus Princeps noster Chunradus venerabilis Episcopus Frisingensis Ecclesie se devotum & paratum nobis ac Imperio consueverit exhibere, ita quod ipsius merita graciosis vicibus respicere meritò debeamus non tantum in hiis, que meram justiciam continent, sed in hiis eciam, que graciam expetunt & favorem, Nos eidem Principi recognoscimus, ratúmque habemus jus sibi concessum in foro Aspach & in suis attinenciis, quod bone memorie Fridericus Dux Austrie & Stirie à Frisingensi Ecclesia feodali titulo possidebat, & obligavit Predecessori jam dicti Episcopi pro quingentis Marcis argenti pro eo, quòd eundem Ducem de quibusdam feodis Marchionis Ystrie tunc temporis sibi ac Frisingensi Ecclesie vacantibus infeodavit, sicut in privilegiis ejusdem Ducis super hoc confectis videmus contineri. Et quia Predecessor nominati Episcopi, & nichilominus ipse Episcopus, qui nunc exstat, pacifice possiderunt villas Probsdorf, Urwar, Scho(e)nna, donec preter justiciam per Otacharum inclitum Regem Bohemie jam dictus Episcopus eisdem villis minus racionabiliter est privatus, Nos meram justiciam intuentes ac justiciam benigno favore & gracia instaurantes sepe dicto Episcopo villas nominatas cum suis pertinenciis, que ad Frisingensem Ecclesiam dinoscuntur proprietatis titulo pertinere, obligamus, & obligatas recognoscimus Ecclesiam pro trecentis Marcis argenti ponderis Wiennensis, ipsumque ad possessionem restituimus, & fori in Aspach & ipsarum villarum cum pertinenciis earundem. Idem autem Episcopus ad peticionis nostre instanciam villas prenotatas, & forum in Aspach jure obligacionis seu pignoris, ut premissum est, sibi in eisdem reservato, & alia feoda, que Duces Austrie, Styrie, & Karinthie, & Domini Carniole & Marchie feodali titulo ab Ecclesia Frisingensi possiderunt, Karissimis filiis nostris Alberto, Hartmanno, & Rudolfo, ipsorumque liberis masculini sexus contulit titulo feodali, ita tamen, quod nos defensores erimus, quoad vixerimus predictorum feodorum, nec Imperio, vel predictis terris jus aliquod ex tali infeodacione proveniet vel accrescet. Et predictis filiis, ipsorumque liberis sine successione legittima masculorum decedentibus predicta feoda ad Frisingensem Ecclesiam liberè revertentur. Et formam superiùs expressam Nos & nostri liberi fide data promittimus firmiter observare. Adjectum est eciam convencione voluntaria inter Nos & sepè dictum Episcopum Frisingensem, quod, quecunque feoda vacaverunt Frisingensi Ecclesie per Mortem Comitum, Baronum, Nobilium, Ministerialium, & aliorum, quocunque nomine censeantur, vel preter justiciam à quibuscunque teneantur, & alia bona Frisingensis Ecclesie, que ab aliquibus indebitè occupantur, ad possessionem & dominium Frisingensis Ecclesie curabimus revocare per justiciam vel amorem presenti Episcopo ac Ecclesie Frisingensi exhibituri consilium & auxilium in hac parte, libertates eciam & jura, que Frisingensis Ecclesia in suis prediis & hominibus constitutis in terris predictis hactenus tenuit, firma & illibata sepe dicto Episcopo & Frisingensi Ecclesie per nos & dictos liberos nostros inviolabiliter observabuntur. Hujus rei rei testes sunt, Fridericus venerabilis Ecclesie Salzburgensis Archi-Episcopus, Bertoldus Babembergensis, Petrus Pataviensis, Leo Ratisponensis, Ditricus Gurzensis, Johannes Chimensis, Werenhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi. Hainricus illustris Comes Palatinus Reni Dux

Dux Bawarie, Fridericus Purchgravius de Nurenberch. Et nos in hujus rei perenne testimonium presentes litteras Serenitatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Acta sunt hec Wienne anno Domini Millesimo CC. LXX. septimo. XIIII. Kalend. Junii, Indictione quinta, Regni nostri anno quarto.

Num. CXXXIX.

ICh Marchwart Priuhasen, und der Her Ch. Gluss und ander piderwe Ritter und Knappen, di der pi gewesen sint, di haben geseit, daz Aspacb der Marcht also gestift si, von dem Hertzogen Liupolden, daz einer meil sol nicht vails sin an Zedingesteten, und da ze pharren. In der meil sol ach dchein hantwerch sin, an da ze pharren, und daz des Hertzogen Burgen, daz di icht fur varen des Mäntags, si suchen den marcht an dem Eritag, ze Aspach, daz selb rehr, daz hat des Tumput Liut, und marcht vou sant Peter, und chumt ein Gast, der dem Hertzogen nicht anwint, der sol da beliwen unz daz er den marcht gesuch, oder er sol varen mit des Richters vrlaub, und daz chorn oder saltz, daz man feurt oberhalb Ardacher, oder niderhalb Erlach, daz man furfeuren welle, daz daz sol man feuren ze Aspach, und sol ez da vail haben, und swaz ysens man furt durch di perge, daz hat Niderlege daz ze Aspach. so har er auch daz rebt, swelich gast durch die perge mit sinem chauf schatze sert, der sol ez vuren ze Aspach, und sol ez da vail haben, und daz si auch Enser reht haben, und swelich man chumt auf den marcht ze Aspach hin ze demselben sol man nit rihten umb dchein schulde, ez si denne umbe unreht, oder umbe ein mort. Vnd ist des geziuch Her Mar. Priuhasen, und Her Ch. Gliusse, und der Gundacherer von Oede, und ander Liut, di der bi waren.

Nota.

Cùm in hoc Instrumento nullæ temporis notæ reperiantur expressæ, visum est, Instrumento præcedenti illud annectere, cùm utrumque de foro Aspach agat.

Num. CXL.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis presencium inspectoribus volumus esse notum, venerabilem Chunradum Frisingensem Episcopum Principem nostrum dilectum per instrumenra legitima & authentica comprobâsse, quod à quondam Ulrico de Pilitorf Patre Ulrici & Chunradi fratrum predecessor ipsius Episcopi Advocaciam in Enzinstorf pro quingentis libris denariorum Monete Wiennensis legittimè comparavit, & quòd predictus Ulricus eandem pecuniam integraliter sibi fore solutam coram clare memorie Friderico quondam Duce Austrie solempniter est professus, eidem Duci pretactam Advocaciam ipsius Episcopi nomine sine contradictione qualibet liberè resignando. Cùm ex his igitur prefata Advocacia in potestatem & dominium sepè dicti Episcopi & Ecclesie Frisingensis dinoscatur transiisse, Episcopus Chunradus ejusdem Ecclesie dilectus Princeps noster, qui nunc exstat, ad nostre peticionis instanciam eandem Advocaciam super forum in Entzeinstorf, & omnes villas, ac predia adjacencia, que ad jus & proprietatem Ecclesie Frisingensis dinoscuntur pertinere, Karissimis filiis nostris Alberto Hermanno & Rudolfo, ipsorumque liberis masculini sexus contulit perpetuò in feodum, tali pacto, ut nos conservatores & defensores esse, quamdiu vixerimus, ipsius predii debeamus, & in signum honoris, pariter & laboris, quem pro defensione ipsius predii, hominumque pertinencium ad idem predium sustinebimus, & quem ipsi liberi nostri imposterum sustinebunt, triginta talenta denariorum Monete Wiennensis

nensis in Purificacione beate Marie Virginis nobis, quamdiu vixerimus, nostrisque liberis imposterum & nichil ampliùs annis singulis de ipso predio persolvendum, nec ipsam Advocaciam aut pecuniam ex ipsa Advocia debitam tenebimus nos aut liberi nostri nomine feodi, vel alio modo quocunque aliquatenus alienare, quòd si factum fuerit à nobis, vel ab aliquo liberorum nostrorum, ex tunc ipso facto Advocacia predicta vacabit, & ad Ecclesiam Frisingensem liberè revertetur. Hujus rei testes sunt Fridericus venerabilis Ecclesie Salzburgensis Archi-Episcopus, Bertoldus Babenbergensis, Petrus Pataviensis, Leo Ratisponensis, Ditricus Gurzensis, Johannes Chimensis, Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi, Hainricus illustris Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, Fridericus Burchgravius de Nurenberch. Et nos in hujus rei perenne testimonium presentes litteras jussimus nostre Majestatis sigilli munimine roborari. Acta sunt hec Wienne anno Domini Millesimo CC. LXXVII. XIIII. Kalend. Junii, Indictione quinta, regni nostri anno quarto.

Num. CXLI.

Rudolfus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus tenore presencium notum fieri volumus universis, quòd nos obligacionem fori in Aspach cum suis attinenciis, factam quondam Chunrado Frisingensi Episcopo pro quingentis Marcis argenti à quondam Friderico Duce Austrie & Styrie, qui ipsum forum cum eisdem attinenciis tenebat in feodum ab Ecclesia Frisingensi, quemadmodum instrumentis ipsius Ducis Austrie super hoc confectis vidimus contineri, ratam habemus atque gratam, quod, inquam, forum Chunradus venerabilis Episcopus Frisingensis dilectus Princeps noster, qui nunc extat, Karissimis filiis nostris Alberto, Hartmanno & Rudolfo ad peticionis nostre instanciam titulo contulit feodali. Itaque nos, quamdiu vixerimus, ipsius fori conservatores erimus & defensores, hoc pacto apposito & adjecto, quod quandocunque nos vel aliquis filiorum nostrorum predictorum pecuniam quingentarum Marcarum superius nominatarum venerabili Chunrado nunc ipsius Ecclesie Episcopo, vel ipsius Successori solverimus, dictum forum ad nos tamquam conservatorem & dictos nostros filios feodi nomine redeat absolutum. Hujus rei testes sunt Fridericus venerabilis Salzburgensis Ecclesie Archi-Episcopus, Bertoldus Babenbergen. Petrus Patavien. Leo Ratisponen. Ditricus Gurcen. Johannes Chymen. Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi. Hainricus illustris Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, Fridericus Purchgravius de Nu(o)renberch. Et nos in hujus rei perenne testimonium presentes litteras nostre Serenitatis sigilli munimine jussimus roborari. Acta sunt hec Wienne anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo septimo XIIII. Kalend. Junii, Indictione quinta, regni nostri anno quarto.

Num. CXLII.

Rudolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis provincialibus aliisque judicibus & Officialibus per Austriam constitutis graciam suam & omne bonum. Cùm venerabilis Ch. Frisingensis Episcopus Princeps noster dilectus hanc libertatem & graciam à quondam Ducibus Austrie habuerit, & eandem eciam à nobis optinuerit renovari, quòd scilicet nullus provincialis vel alius judex quicumque in possessiones bona & homines ipsius Episcopi aliquod judicium exercere debeat, nisi ipse Episcopus vel Officialis ipsius super exhibenda justicia primitùs requisitus negligens fuerit vel remissus, vobis universis & singulis sub obtentu gracie nostre precipimus firmiter & districte, quatenus

nullus vestrûm de bonis, possessionibus & hominibus supradicti Episcopi judicium aliquod contra declaracionem & graciam tactam superiùs & expressam sibi audeat usurpare, quod qui fecerit, gravem indignacionis nostre offensam se noverit incursurum. In cujus rei testimonium presentes litteras Majestatis nostre sigilli munimine jussimus roborari. Datum Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. XIIII. Kalend. Junii Indict. quinta Regni nostri anno quarto.

Num. CXLIII.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis Capitaneis, Judicibus, Officialibus, atque Venatoribus suis per Austriam graciam suam & bonam voluntatem. Juri consentaneum & consonum racioni videtur, ut Principibus nostris, qui semper Regalibus beneplacitis se devotos exhibent specialis prerogativam gracie impendamus, ipsisque deductionem solacii preparemus. Vobis igitur universis & singulis volumus notum esse, quod Venerabili Ch. Frisingensi Episcopo Principi nostro dilecto ex speciali gracia concessimus & concedemus, ut quocienscumque ipse vel sui Venatores in predio Ecclesie sue in Austria fuerint constituti, venaciones pro sua deductione solacii per districtûs nostri dominium liberè valeat exercere, habeatque idem Episcopus pro sue venacionis promocione in ipso nostro districtu, qui volge & Schefwart vulgariter nuncupatur, propter quod vobis singulis ac universis sub obtentu gracie nostre precipimus & mandamus, quatenus nullus vestrum in antea sepe dictum Episcopum aut ipsius Venatores aliquatenus impediat in premissis, & ut gracie nostre liberalitas cuilibet vestrum pateat, dicto Episcopo presentem cedulam tradidimus nostri sigilli robore communitam. Datum Wienne anno Domini Millesimo CC. LXXVII. XIIII. Kalend. Junii, Indictione quinta, Regni nostri anno quarto.

Num. CXLIV.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus universis Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Accedens nuper ad nostre Magestatis presenciam venerabilis Chunradus Frisingensis Episcopus nobis humiliter supplicavit, ut privilegium clare memorie Friderici quondam Romanorum Imperatoris ipsi & Ecclesie sue Frisingensi traditum & concessum innovare & confirmare de benignitate Regia dignaremur, cujus privilegii talis est tenor. *In nomine Sancte & individue Trinitatis, Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator Augustus. Imperialem nostram decet auctoritatem, ut quacumque de ratione fieri decreverit, litterarum notitiæ commendari faciat &c. ut sup. tom. I. part. I. fol.* 379. Nos itaque memorati C. Frisingensis Episcopi Principis nostri dilecti precibus favorabiliter inclinati presens privilegium de verbo ad verbum de innata nobis clemencia innovamus, confirmamus & presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc nostre innovacionis & confirmacionis paginam infringere aut ei in aliquo contraire, quod qui fecerit, gravem nostre Magestatis offensam se noverit incursurum. Testes sunt hii. Venerabilis - - Salzburg. Archi-Episcopus, - - Pataviensis, - - Ratisponensis, - - Babenbergensis, - - Seccovien. - - Gurcen. & Kimensis Episcopi & alii quàm plures. In cujus testimonium Magestatis nostre sigillum presentibus est appensum. Signum Domini nostri Rud. Romanorum Regis invictissimi. Datum Wienne XII. Kalend. Junii, Indictione V. Anno Domini M. CC. LXX. Septimo, Regni vero nostri anno quarto.

Num.

Num. CXLV.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex femper Auguftus univerfis prefentes litteras intuentibus volumus effe notum, quod nos propter grata & fidelia, que venerabilis Chunradus Epifcopus Frifingenfis Princeps nofter dilectus nobis & Sacro Romano Imperio impendit obfequia & in antea poterit impendere gratiofa, fibi & Ecclefie fue, omnem avenam, que Marchvuter vulgariter nuncupatur, que per predia Frifingenfis Ecclefie *in dem Heubt*, *Waidhouen*, & *Hollenftein* nobis ad noftra granaria dari debebat annis fingulis, de fpeciali gracia relaxamus tamdiu, quousque eandem graciam & remiffionem duxerimus expreffe per noftras fpeciales litteras ab eodem Epifcopo pro noftro beneplacito revocandam. Volentes pariter & mandantes, ut nullus procuratorum, judicum vel officialium noftrorum avenam hujusmodi, five Marchfu(o)ter à memorato Epifcopo vel aliquorum prediorum Officialibus medio tempore exigat, aut requirat, donec eandem graciam, ut premiffum eft, ab eodem Epifcopo per noftras litteras revocemus. In cujus rei teftimonium prefentes litteras fibi tradidimus noftri figilli munimine roboratas. Datum Wienne anno Domini M. CC. LXXVI. X. Kalend. Junii, Indictione quinta Regni noftri anno quarto.

Nota.

Intellige MCCLXXVII. ut fupra monuimus.

Num. CXLVI.

NOs Dei gratiâ Leo Ratispon. Johannes Chimenfis Ecclefiarum Epifcopi univerfis prefentes litteras infpecturis volumus effe notum, quod nos in caufis & litibus, que vertuntur inter venerabilem Patrem Dominum Chunr. Frifingenfem Epifcopum, & Ulric. Fridericum & Hainr. fratres de Schaffervelde ex una & Marquardum & filios fuos de Cinzindorf ex altera parte fuper dampnis

dampnis datis & injuriis irrogatis, captivitatibus & inimicicijs quibuscunque pronunciamus ex data nobis à partibus arbitratia poteſtate, quod dictus M. pro ſe & filiis, amicis & Servitoribus & ſuis fautoribus quibuscunque omnem rancorem & inimicicias predicto Domino Epiſcopo & ſuis hominibus & fautoribus ſpecialiter fratribus de Schaffervelde remittit ex animo & relaxat, ut de cetero ipſe M. vel pueri ſui Friſing. Eccleſie & ſuis hominibus aliquod dampnum darent vel factas amicicias non ſervarent capiendo, volnerando, occidendo aliquem de familia vel famulis Eccleſie Friſing. Epiſcopi vel dictorum fratrum de Schaffervelt, vel eorm ſervitorem, vel norabiliter leſerint incendiis vel rapinis, & hoc per duos teſtes ydoneos probaretur predictus M. & pueri ſui in penam ducentarum librarum Wiennenſis monete incidant, & nichilominus dampnum ſolvant, niſi forte dampnum datum vel offenſam intra menſis ſpacium emendarent, ex quo à parte leſa fuerint requiſiti, pro qua pena ſolvenda, ſi commiſſa fuerit, dictus M. preſtitit ydoneam fidejuſſoriam caucionem, conſtituendo fidejuſſores Domino Friſing. Epiſcopo pro ducentis libris Wienn. Monete videlicet Hainr. de Lapide pro L. lib. Fridericum de Hauseke pro L. H. Schonleiter pro L. - - - de Memberch pro L. Et qui fratres de Schaffervelt pro ſe & ſuis fuerint contenti in hoc caſu. Marquart de Cinzindorf juratoria caucione, idem M. à fidejuſſione hujusmodi de conſenſu fratrum de Schaffervelt, & iidem fratres ſimiliter M. à dandis fidejuſſoribus pro CC. lib. ſuper obſervacione pacis & concordie ſupradicte pariter relevati. Adhec dictus M. centum lib. Wienn. denar. ſolvet in terminis infra poſitis, & quarum XL. cedent Domino Epiſcopo Friſingenſi in reconpenſacionem dampnorum ſibi factorum. alie LX. lib. cedent fratribus de Schaffervelt pro dampnis ſibi datis & pro expenſis ſibi factis per filios dicti M. & cuſtotes eorum ab eo die, quo capti fuerant, & facient usque in diem Dominicum proximum. pignora verò obligata pro expenſis predictis redimat dictus M. de parte illarum XL. lib. infra diem dominicum, alioquin ex tunc uſure & omne intereſſe ſibi cedent. dampna verò data dicto M. & filiis ſuis & hominibus integre ſint remiſſa; ipſi eciam filii M. quos precepimus à vinculis liberari, poſtquam fuerint à vinculis liberè abſoluti, amiciciam ſupra dictam firmabunt propriis Sacramentis infra dies octo, alioquin M. Pater eorum in penam incident ſuperius conſtituram, & nichilominus queſtio & actio ſalve erunt Domino Epiſcopo & Eccleſie Friſingenſi, & adverſus Dominum M. & ſuos filios reviviſcent. Preterea ſepe fato M. precipimus ſub virtute Sacramenti preſtiti, ut quicumque ipſe vel filii ſui habent vel habere poſſunt de bonis & rebus ablatis Domino Epiſcopo & ſuis hominibus ac fratribus de Schaffervelt, que non ſunt perdita vel deſtructa, reſtituant bona fide. Hoc etiam annotamus, quod Dominus Epiſcopus dicto M. & filiis ſuis non remittit dampna, que hominibus alienis extra ſuam familiam & dominium poſitis ſunt illata, ipſe M. & ſui filii eisdem ſatisfaciant aut conponant. Termini vero, quibus ille centum libre ſolvi debent, hii ſunt: in feſto Paſcatis ſolvatur pars media, in feſto Pentecoſtes reſidua, eo ſalvo, quod pignora obligata pro expenſis in Dominica proxima redimantur. Ceterum fide data ad manus noſtras promiſerunt, quod ſi pars M. contumax fuerit, fidejuſſores ejus ab eo die, quo fuerint requiſiti, infra Menſem de pena ducentarum librarum integre ſatisfaciant, alioquin Opldum Ibs intrabunt perſonaliter, & ab inde numquam transferent ſine partis offenſe licencia, ſi penam perjurii voluerint evitare, donec bona predicta integre perſolvantur. Prima verò ſolucio cedat fratribus de Schaffervelt, ſecunda Domino Epiſcopo Friſingenſi. Verùm ſuper contencione duorum feodorum ſuorum in *dem Erelpach* taliter ſtatuimus, quod poſſeſſio pignoris aput Schaffervelдarios remanebit, & ſi ipſe M. de jure feodi voluerit expediri, hoc coram nobis Ratisponn. Epiſcopo feodi Domino juris ordine proſequatur. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras ſigillis videlicet Venerabilium Patrum Domini Berhtoldi Babenbergeñ. & Domini Petri Patavieñ. Epiſcoporum, qui huic arbitrio interfuerunt,

fuerunt, & nostris placuit ad petitionem parcium communiri. Acta sunt hec anno Domini Millesimo CC. LXX. septimo aput Wiennam III. Idus Januarii.

Num. CXLVII.

ISti sunt fidejussores, quos Dominus Ulr. de Schaffervelde pro dampnis Domino Episcopo Frisingen. illatis obligavit in hunc modum, quod si iidem fidejussores XXV. libr. in die Sancti Jacobi non persolverint, tunc idem Dominus Ulr. reddet in duplo XXV. libr. Insuper redditus V. libr. idem Ulr. resignavit in manus Domini nostri Episcopi de rebus suis propriis, quos recepit de manu ejusdem Episcopi jure feudali possidendos. Nomina autem fidejussorum sunt hec: S. Dominus Albrehtus de Randeke, Rennat. de Wizelinspetch & Dominus Rudolfus de Clenzez.

Num. CXLVIII.

EGo Waltherus Vicedominus in Villaco scire cupio inspectores presentium universos, quod duos mansos circa districtum Castri Hardekke, juxta villam, que vocatur Venich, quos quondam Dominus Sifridus de Merenberch tenuit in feodum ab Ecclesia Frisingensi, & per mortem ejusdem eidem vacare ceperunt, recepi à Reverendo in Christo Patre Domino nostro C. venerabili Episcopo Frisingensi pro me, meisque heredibus legittimis titulo feodali perpetuo possidendos. In cujus rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine roboravi. Acta sunt Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. VI. Kalend. Februarii.

Num. CXLIX.

EGo Leutoldus de Chunringen Pincerna Austrie presentibus profiteor & protestor, nichilominus ad hoc me obligans per presentes, quòd Dominus O. de Tirnstein in bonis Chlebdorf, que sibi Dominus C. Frisingen. Episcopus de gratia contulit speciali in piscacione, exitibus & reditibus & pascuis ipsum Dominum Episcopum & homines suos de Holnburch & Wagrain, sicut eis competunt & conveniunt non debet impedire ullo tempore vel gravare. In cujus rei testimonium presentem cedulam prefato Domino Ch. Frising. Episcopo tradidimus nostri sigilli munimine robotatam. Datum Wienne anno Domini Millesimo CC. LXXVII. VI. Idus Febr.

Num. CL.

NOs Fridericus Purchgravius de Nu(e)renberch ad memoriam universorum tam persencium quam futurorum prevenire cupimus & portendi, quòd cùm venerabilis in Christo Pater ac Dominus noster Chunr. Frisingen. Episcopus nos ac nostros heredes de bonis in campo Ibsvelde sitis circa villam Amsteten, que felicis recordacionis Dominus Heinricus de Sevelt ab Ecclesia Frisingen. titulo feudali tenebat, omni jure infeodare graciosius dignaretur, primò & principaliter subsequens articulus tactus fuit, videlicet, quod eadem feoda nec vendere, alienare, vel alicui persone infeodare possemus, nisi habito super consilio supradicti Episcopi & favore. que si fortè aput nos convenire vel emere nollet, vel non posset racione debita mediante, alteri persone cuicumque voluerimus, memorata bona vendendi teneamus liberam facultatem.

In cujus rei memoriam presens scriptum confici voluimus, nostrique sigilli robore consignari. Dat. & act. Wienne anno Domini M. CC. LXX. septimo VIIII. Kalend. Marcii.

Num. CLI.

NOs Ludwicus Dei gracia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie notum esse volumus universis, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos Castrum in Herrantstain cum juribus suis & attinenciis universis recepe-rimus à Reverendo in Christo Patre Domino Chunrado venerabili Frisingen. Episcopo consanguineo nostro predilecto pro nobis, nostrisque legittimis heredibus masculis titulo feodali perpetuo possidendum, excepto omni jure patronatûs Ecclesie ejusdem loci in Herrantstein, quod idem Episcopus nobis consencientibus sibi suisque Successoribus in signum proprietatis & dominii perpetuò reservavit. Adhec promisimus etiam Episcopo bona fide, quod idem Castrum cum suis attinentiis neque feodali, nec alio quocumque titulo sine sua licencia speciali in personam aliam transferemus, sed pro nostris, nostrorumque heredum usibus tenebimur perpetuò conservare. In cujus rei testimonium presentes litteras jussimus nostri sigilli munimine roborari. Dat. Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. Idus Julii.

Num. CLII.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Ecclesie Episcopus presentibus profitemur & notum facimus universis hanc literam inspecturis, quòd cùm jam dudum dilecto in Christo Fratri Alb. Preposito Illemunstrensi Domini Lud. Illustris Comitis Palatini Reni Ducis Bawarie consanguinei nostri dilecti ProthòNotarii curiam nostram ad S. Castulum Ratisbone, quam vir nobilis Chunr. Comes de Mosburch contra justitiam tenuit occupatam, & à cujus potestate idem Prepositus eam per jus ad nos & Ecclesiam nostram retraxit, pro tempore vite sue cum areis & omnibus aliis juribus, ipsam curiam respicientibus, contuletimus possidendam, sicut in Instrumentis super hoc datis per nos luci-diùs continetur. Tandem ad instantiam & supplicem petitionem ejusdem Prepositi, qui ipsam curiam cepit reedificare suis laboribus & expensis, post tempo-pora vite sue Syfr. Canonico Illmunstren. & Alb. Canonico Sancti Andree Frising. filiis Chunr. de March, fratris sui, ut ipsam ad tempora vite sue cum omni jure, quod prefato Preposito in ipsam competit similiter possideant ambo insimul, vel divisim, secundum quod eis videbitur expedire, duximus conferendam, sub hac forma, quòd uno ipsorum de medio sublato, alter eam nichilominus, qui superstes fuerit, quoad vixerit, pacificè possideat & quiete, nobis tamen jure, quod ipsam cum eisdem inhabitemus, cum Ratisb. venerimus, reservato. In cujus rei testimonium presens Instrumentum sibi ac predictis patruis suis dari jussimus, nostri sigilli robore munitum cum testibus subnotatis, qui sunt Enicho Prepositus Sancti Andree Frisinge, H. Prepositus Werdensis, & Magister Herm. Canonicus Frisingen. Gundacharus Scolasticus Ratisb. Magister Geroldus Canonicus Sancti Andree Frising. Magister Ul. Canonicus Mosburg. Chunr. de Pfeffenhusn Notarius Domini Lud. Ducis Bavarie, Ber. de Rospach Can. Ilmunstren. Sappo fidelis noster, Frid. Pollex Civis Ratisb. & alii quam plures ydonei & fide digni. Dat. Wien. anno Domini M. CC. LXXVII. septimo ydus Septembris.

Num.

Num. CLIII.

Nos Heinricus Comes de Phannenberch judex à Domino nostro Serenissimo Rege Romanorum deputatus Notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quod Reverendus in Christo Pater Dominus Chunradus venerabilis Frising. Episcopus contra Dominum Ulricum de Rukkendorf militem, Sibotonem & Liupoldum fratres Domini Gozzonis Civis de Chremsa, & Irenfridum filium ejusdem Gozzonis, Rudlinum de Meutperge, Walchunum in foro Nepotem Wurkonis, nec non Heidenricum Civem de Stein quadringentas Marcas Argenti Wienn. ponderis coram nobis obtinuit per justitiam, & legittimis probationibus sententia mediante pro eo, quòd iidem supra scripti se nomine fidejussorio eidem Episcopo omnes in solidum obligaverant usque ad M. easdem quadringentas, quòd procurare vellet sine fraude cum effectu, quod predictus Gozzo civis de Chremsa statim cùm à vinculis Regis Bohemie, quibus tunc tenebatur fuerit absolutus infra unum mensem proximum deberet ratificare & confirmare sigillo suo, & per manum Domini conferentis, & per renunciacionem heredum suorum contractus emptionis prediorum in Teiza & aliorum bonorum, que idem Dominus Episcopus à procuratoribus prefati Gozzonis pro ducentis & quinquaginta Marcis argenti compararet, quod si non facerent ex tunc ipso facto in prefatis quadringentis Marcis argenti eidem Episcopo esse deberent finaliter obligati, & quia infra eundem mensem id promissum predicti fidejussores efficere & adimplere minime curaverunt, ad predictam Summam quadringentarum Marcarum sunt sepe dicto Episcopo coram nobis, cum presideremus judicio loco & vice Domini nostri Serenissimi Regis Romanorum sentencialiter condempnati, nosque ad exequendam eandem sentenciam Al. de Scheurbach militem prefato Domino Episcopo deputavimus nuncium publicum ad eosdem. In cujus rei testimonium presentem cedulam jussimus nostri sigilli munimine roborari. Acta sunt hec Wienne Anno Domini M. CC. LXX. VII. proximâ feria sexta post festum Galli. Hii sunt testes: Comes Ulricus de Heunberch, Dominus Ulricus de Tavuers, Dominus - - de Häunvelde, Ekhardus de Tobringen, Magister Heinricus Prepositus Werdensis, Magister Hermannus Canonicus Frising. Luipoldus dictus Værlinus, Jubardus dictus Hesip, Otto de Viehdorf, Chunradus de Waidhoven Notarius & plures alii fide digni.

Num. CLIV.

Nos Heinricus Comes de Phannenberch notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod Reverendus in Christo Pater Dominus Chunradus venerabilis Frising. Episcopus constitutus coram nobis, dum loco & vice Domini nostri R. Serenissimi Regis Romanorum Wienne in placito generali presideremus judicio, Jubardum de Udmarvelt Ministerialem Ecclesie sue ad omnes causas suas generalem ad judicia suum constituit procuratorem, dans eidem plenam potestatem coram nobis agendi, defendendi, excipiendi, & in animam suam jurandi, si necesse fuerit, appellandi, & omnia alia faciendi, que verus & legittimus potest & debet constitutus ad judicia procurator, promittens se ratum & gratum habiturum, quicquid idem Jubardus coram Domino nostro Rege Serenissimo Romanorum, vel quocumque alio judice ab ipso Domino nostro Rege Deputato suo nomine faciendum duxerit in premissis, vel in aliquo premissorum. Nichilominus idem Episcopus obligavit se pro eodem Jubardo sub yporeca rerum sue Ecclesie ad omnes clausulas de judicato solvendo. In cujus rei testimonium presentem cedulam prefato Domino Episcopo tradi-

tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum & Actum Wienne anno Domini M. CC. LXX. septimo XI. Kalend. Novembris.

Num. CLV.

EGo Gozzo Civis de Chremsa notum esse cupio presencium inspectoribus universis, quòd contractum emptionis habitum per Reverendum in Christo Patrem Dominum Chunradum venerabilem Frising. Ecclesie Episcopum cum Irenfrido filio meo, & Rudlino de Meurperch meis procuratoribus de bonis in Teyzza, videlicet tredecim areis, duobus beneficiis, duabus curiis villicalibus, duobus pomeriis, piscina & passagio minore, & quinque insulis ibidem, que vulgo Werd nuncupantur, & de proventibus trium annorum passagii in Holnburch, que omnia iidem procuratores mei prefato Domino Episcopo pro ducentis quinquaginta Marcis argenti, dum in captivitate Regis Boemie tenerer, meo nomine vendiderunt cum omnibus adtinenciis eorumdem bonorum, quesitis & inquirendis, ad arbitrium Domini mei Rudolfi Serenissimi Regis Romanorum cujus arbitrio in hac parte voluntarie me subjeci, ratifico tenore presencium & confirmo, obligans me sibi, Successoribusque suis de evictione, & ad defendendum easdem possessiones contra quemlibet impugnantem eundem contractum coram quocumque Judice competente usque ad tempus à jure diffinitum & secundum terre consuetudinem approbatam. Ad hec promisi fide data, quod usque ad festum Nativitatis proximum Domini procurabo cum effectu, quod omnes heredes mei renuncient juri suo, si quod eis competit vel competere videtur possessionibus in eisdem. Et ut premissa singula efficaciter studeam adimplere, sepe dictus Dominus Episcopus ad arbitrium memorati Serenissimi Domini mei Regis Romanorum, cujus arbitrio idem Episcopus in hac parte similiter se subjecit, promisit mihi dare & adicere ad summam prenotatam ducentarum quinquaginta Marcarum Marcas argenti sexaginta. videlicet triginta Marcas in festo Nativitatis Domini proximo, & alias triginta Marcas in Carnisprivio subsequente, fidejussoresque meos, qui se pro quadringentis marcis argenti pro me eidem obligaverant Episcopo, quod eundem ratificare vendicionis contractum, * dimittere tenebitur absolutos. In cujus rei testimonium presentem cedulam prefato Domino Episcopo tradidi mei sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec Wienne in presencia Domini mei invictissimi Regis Romanorum, Anno Domini M. CC. LXXVII. V. Kalend. Novembr. Hi sunt testes O. de Haslau, Dominus Stephanus de Meichsave, Magister Heinricus Prepositus Werdensis, Magister Hermannus Canonicus Frisingensis, Dominus Chunradus Capellanus Curie, Ulr. de Ruchendorf, Greifo ipsius Gozzonis gener, Heinricus Miles de Eyzeinstorf, Leupoldus Verlinus, Jubardus de Udmarvelde - - dictus Hesip, Ch. Notarius de Waidhoven, Guntherus Marschalcus de Otenburch, Ch. Sappo, Ulricus dictus Rieder Fridericus Hello, Ulricus dictus Lundgawer, & multi alii fide digni.

* f. velint.

Num. CLVI.

RUdolfus Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus universis presencium inspectoribus volumus esse notum, quod contractum emptionis habitum per dilectum Principem nostrum venerabilem Ch. Frisingensis Ecclesie Episcopum cum Irenfrido filio Gozzonis Civis nostri de Chremsa & Rudlino de Meurberge, Gozzonis procuratoribus de bonis in Teyza, videlicet, tredecim areis, duobus beneficiis, duabus curiis villicalibus, duobus pomeriis, piscina & passagio minori & quinque insulis ibidem, que vulgo Werd nuncupantur,

& de

& de proventibus trium annorum passagii in Holnburch, que omnia iidem procuratores sui presato Principi nostro pro ducentis quinquaginta M. argenti, dum dictus Gozzo civis noster in captivitate Regis Bohemie teneretur, loco ipsius & suo nomine vendiderunt, cum omnibus attinentiis eorumdem bonorum quesitis & inquirendis ad arbitrium nostrum & Sacri Imperii in hac parte idem Gozzo voluntarie se subjecit, eandem emptionem ratificavit & confirmavit, obligans se, ipsi Episcopo Successoribusque suis de evictione & ad defendendum easdem possessiones, contra quemlibet impugnantem, eundem contractum, coram quocumque judice conpetente, usque ad tempus à jure diffinitum, & secundum terre consuetudinem approbatam. Ad hec promisit fide data, quod usque ad festum Nativitatis proximum Domini procurabit cum effectu, quod omnes heredes sui renunciant juri suo, si quod eis competit, vel competere videtur possessionibus in eisdem. Et ut premissa singula adimplere efficaciter predictus Princeps noster venerabilis Ch. Episcopus Frisingensis in hac parte voluntarie nostro arbitrio similiter se subjecit. Super quibus arbitrati sumus, quod idem Princeps noster venerabilis Chunr. Frisingensis Episcopus det, & adiciat ipsi Gozzoni ad Summam prenotatam ducentarum quinquaginta M. Marcas argenti sexaginta, videlicet triginta M. argenti in festo Nativitatis Domini proximo, & alias triginta M. in carnisprivio subsequente, fidejussores quoque ipsius Gozzonis, qui se pro quadringentis M. argenti eidem Episcopo obligaverant, quod eundem ratificaret vendicionis contractum, dimittere tenebitur absolutos. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri jussimus & Regie Majestatis Karactere communiri. Hujus rei testes sunt Otto de Haselawe, Stephanus de Meichsawe, Magister Heinricus Prepositus Werdensis, Magister Hermannus Canonicus Frisingensis, Ch. Capellanus noster, Ulr. de Ruchendorf, Greiso gener Gozzonis, Heinr. de Eizenstorf, Luipoldus Verliñ. Jubardus de Udmarvelt, Ch. Notarius de Waidhoven, Guntherus Marscalcus de Otenburch, Chunr. Sappo, Ulr. dictus Rieder. Fridericus dictus Hello, Ulr. dictus Lungawer, & multi alii fide digni. Acta sunt hec Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. V. Kaln. Novembris, Indictione sexta, Regni nostri anno quinto.

Num. CLVII.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Chunrado de Summerawe fideli suo gratiam suam & omne bonum. Petivit à nobis dilectus Princeps noster Chunr. Episcopus Frisingen. ut tibi predia & homines Ecclesie sue circa districtum tue procuracionis in superioribus partibus Austrie committeremus ex speciali gratia in sui absencia à quibuslibet invasoribus defensanda. Quapropter tenore presencium tibi firmiter injungimus & mandamus, quatenus homines & possessiones & jura ipsius Episcopi Frisingensis in Superiori Austria in ipsius absencia manuteneas & defendas, non permittens ipsum ab aliquibus in suis prediis & hominibus aliquatenus molestari, in hoc Magestatem Regiam specialiter honorando. Datum Wienne V. Kalend. Novembris.

Num. CLVIII.

Nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum esse volumus præsentium inspectoribus universis, quòd Heinricus liber dictus Peingen in nostra præsentia constitutus omne jus, quod se habere contendebat in decimis duarum curiarum, & quibusdam agris aput Peingen in manus nostras ad petitionem & instantiam Venerabilis fratris Ulrici Præposito Novæ Cellæ liberè re-

rè resignavit, suisque successoribus tradidimus pleno jure. In cujus rei testimonium præsentem cedulam eidem Præposito tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Hujus rei testes sunt Venerabiles in Christo fratres L. de Tegernse, & Chunradus de Wihensteven Abbates, Otto & Wernhardus Ministeriales dicti de Waldeche, & Philippus de Waldeche, & alii quam plures. Acta sunt hæc anno Domini Millesimo CC. LXXVII. XV. Kalendas Januarii.

Num. CLIX.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus notum esse volumus presencium inspectoribus universis, quod H. dictus Rostauschar de Altenærding, de bona nostra voluntate pariter & consensu curiam nostram in Altenærding. ab Ottone dicto Phæffingerio, qui eandem curiam à nobis pro XII. lib. Monacens. tenuit obligatam, pro eisdem XII. lib. redemit, hac condicione apposita & adjecta, quòd tres filie dicti Rostauscharii, videlicet Jenta, Mahthildis & Bertha propriam curiam pro tempore vite ipsarum possideant commodè & quietè, ac de ipsa curia persolvere tenebuntur singulis annis in omnem eventum decem solidos Monacens. denariorum nobis vel nostro generali Procuratori. In cujus eciam rei testimonium ipsis prenominatis puellis presentem cedulam tradidimus nostri sigilli munimine roboratam. Hujus rei testes sunt; Dominus Ludwicus Abbas in Tegernsee, H. Prepositus Mosburgensis, Ludwicus de Puetelpach, Dominus O. de Waldekke, H. Miles Prepositus & alii quam plures. Datum anno M. CC. LXXVII. XI. Kalend. Januarii.

Num. CLX.

REverendo in Christo Patri & peramando Domino suo Venerabili Chunrado Episcopo Frisingensi, Fr. Purchgravius de Nuerenberch paratam & sinceram ad quevis mandata & beneplacita voluntatem. Noverit vestra Paternitas reverenda, quod Dominus meus R. Serenissimus Rex Rom. Sumerawario Capitaneo Anasi suis litteris seriosè mandavit iteratò, ut absque difficultate qualibet possessionem fori Aspach cum suis attineneciis statim visis eisdem litteris vobis non differat aliquatenus assignare, absolutos nichilominus dimittendo homines, quos captivavit, & fidejussores, quos sibi dederunt sine detrimento, ac indempnitate rerum & substantie eorumdem, prout ex litteris predicti Domini Regis Sumerawario super hoc directis colligitur evidenter. Quod si forsan facere recusaverit aut distulerit, vos auctoritate Regia & licencia prelibatum forum Aspach secure, ac liberè potestatem habetis, ac poteritis ingredi, quando placet, ejusque possessionem cum suis attinenciis corporaliter adipisci pariter & habere, nullum prorsus ex eo vel ob id periculum formidando. Datum Wienne, quarto Idus Junii.

Num. CLXI.

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis presencium inspectoribus volumus esse notum, quòd cùm nos Domino Chunrado venerabili Frisingen. Episcopo, Principi nostro dilecto, Possessionem fori in Aspach, quod forum bone memorie Fridericus quondam Dux Austrie ab Ecclesia Frisingen. in feodo tenuit, & Predecessor predicti Episcopi pro quingentis Marcis argenti ex certis causis pignori obligavit, prout in privilegio ejusdem Ducis Friderici vidimus contineri, restituissemus jus debitum sibi in eadem obligatio-

ligatione recognoscendo. Idem Episcopus ad peticionis nostre instanciam prædictum forum, quod pro nostris usibus necessarium habebamus, & quod filiis nostris dilectis Alberto, Hartmanno & Rudolfo ipsorum liberis masculini sexus contulerat, cum aliis feudis, que Duces Austrie, Stirie, Karinthie Dominique Carniole, & Marchie *ab Ecclesia Frisingensi possederant tituli feodali, ad nostras manus restituit nomine filiorum nostrorum prædictorum proprietate ejusdem fori Ecclesie Frisingensi reservata, & easdem quingentas Marcas argenti, pro quibus idem forum prædictus Episcopus tenuerat obligatum, super villas Probstorf, Urvar & Schönna cum suis attinenciis, quas eciam prædicti filii nostri ab eo in feodum receperant, excepto jure patronatûs ejusdem Ecclesie in Probstorf, quod in signum dominii Ecclesie Frisingensi est reservatum ab antiquo, & pro trecentis Marcis argenti à nobis & à prædictis filiis nostris receperat obligatas, eidem Episcopo suisque Successoribus deputavimus nomine filiorum nostrorum prædictorum, & prædictas quingentas Marcas argenti, prioribus trecentis Marcis argenti duximus agregandas. Ita ut prædictas villas Probsdorf, Urvar & Schönna cum omnibus suis juribus tamdiu prefatus Episcopus, suique Successores teneant à nobis, nostrisque filiis, eorum liberis pro suis usibus obligatas, donec predicte octingente Marce argenti fuerint sibi, vel suo Successori, qui tunc pro tempore fuerit, integraliter persolute. Hujus rei testes sunt: Bertholdus Babenbergensis, Petrus Pattaviensis, Johannes Chyemensis, Wernhardus Sekkoviensis Ecclesiatum Episcopi. Ludwicus Illustris Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, Albertus Dux Saxonie, Fridericus Burchgravius de Nurenberch, Ulricus de Touuers & multi alii fide digni. Et nos in hujus rei perhenne testimonium presentes litteras nostre Serenitatis sigilli munimine jussimus roborari. Acta sunt hec Wienne anno Domini M. CC. LXXVII. . . .

Num. CLXII.

Reverendo in Christo Patri ac Domino Venerabili Pataviensi Episcopo Wernherus humilis Sacerdos, & provisor plebis in Welz, nec non sententiæ papalis executor subjectionem & reverentiam tam debitam, quam devotam. Cum secundum Apostolum omnis anima sublimioribus potestatibus teneatur esse subjecta, præ cæteris nimirum Romanæ Ecclesiæ, quæ Mater est omnium Ecclesiarum & Magistra, convenit quemlibet, qui se Christianum asserit, obedire, ne paganitatis crimen incurrat, dum mandato Sedis Apostolicæ contradicit. peccatum etenim ariolandi est repugnare, & scelus Idololatriæ acquiescere nolle. Proinde Pater in Christo reverende ex injuncto mihi Sedis Apostolicæ mandato Venerabilem Episcopum Frisingensem duxi auctoritate debita in possessionem juris Patronatûs in Waidhoven, Aspach & Holenstein Ecclesiarum, alios articulos nihilominus fideliter exequendo, qui in dicto mandato continentur, quia tamen inter cætera contradictores & rebelles tam sententiæ latæ, quàm etiam meæ executionis debeo modis omnibus, cujuscunque fuerint conditionis auctoritate Apostolica per suspensionis, Excommunicationis aut Interdicti sententias cohercere, Vestram in Domino rogo & moneo Paternitatem, cum reverentia nichilominùs auctoritate Apostolica præcipiendo, quatenùs ipsam sententiam tanquam devotus Ecclesiæ Romanæ filius & meam executionem manu tenere modos omnibus cutetis defendere, seu fovere, nec in contrarium ipsos Sacerdotes in sua malitia foveatis, qui à me publicè excommunicati divina celebrant officia in Sedis Apostolicæ contemptum, & in præjudicium clavium & in scandalum plurimorum. Facientes enim & consentientes pari pæna Scripturæ testimonio puniuntur.

Num. CLXIII.

Rudolfus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus in perpetuum. Cùm ad Regalis Officii sollicitudinem pertineat, litibus & Controversiis finem imponere, & earum defensionibus sic intendere, ne universus controversiæ terminus alterius litis fiat exordium. Notum fieri volumus præsentium inspectoribus universis, quòd cum inter dilectos fideles nostros Magistrum Heinricum Prepositum Werdensem Capellanum nostrum nomine Ecclesie sue ex una, & Ottonem de Vinchenstein super jure Advocatie ipsius Werdensis Ecclesie & quibusdam dampnis & gravaminibus, & excessibus ab eodem Ottone & ejus progenitoribus contra Clerum, & homines ejusdem Werdensis Ecclesie sepiùs & graviter perpetratis, ex parte altera controversia diutiùs verteretur, Nos ad ipsius Prepositi gravem querimoniam excitati Venerabili Berchtoldo Episcopo Babenbergensi dilecto Principi nostro causam eandem per justitiam vel amorem commisimus terminandam. qui terre Karinthie juris & consuetudinis non ignarus de consensu partium in eundem Episcopum tanquam in arbitratorem seu amicabilem Compositorem compromittentium de prudenti consilio arbitratus est taliter inter partes. Nos Bertoldus Dei gratiâ Babenbergensis Episcopus notum facimus universis tam præsentibus, quam futuris, quòd super causa; quæ inter Magistrum Heinricum venerabilem Prepositum Werdensem ex una parte: & inter Ottonem de Vinchenstein ex altera vertebatur, occasione Advocatie ejusdem Werdensis Ecclesie literas à Domino nostro Rudolfo Serenissimo Rege Romanorum recepimus in hec verba. Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus dilecto Principi suo Bertoldo venerabili Episcopo Babenbergensi gratiam suam & omne bonum. Cùm propter dilecti Nobis Mainhardi Comitis Tirolensis affinis nostri Karissimi absentiam & etiam propter procuratorum suorum & Officialium impotentiam, seu desidiam, quos loco sui Regimini terre Karinthie prefecit, Ecclesiam Werdensem per crebras & violentas occupationes Winchenstainerii sub nostris manibus periclitetur, tue fidei & devotionis puritatem requirimus & rogamus, atque tue diligentie injungimus per presentes, quatenus super dampnis & gravaminibus per memoratum Winchenstaynarium nunc & antea in nostrum contemptum Magistro Heinrico Preposito Werdensi dilecto Capellano nostro irrogatis partes ad aliquem certum diem & locum ad tuam presentiam convoces, atque cites, & omne ingenium tuum atque posse ad hoc studeas exercere, quomodo tam prelibatum Magistrum Heinricum, quam dictum Vinchensteinerium super illatis dampnis & gravaminibus, & super Advocatia, de qua inter partes questio vertitur, vel per compositionem amicabilem, seu per justitiam valeas concordare, procurans, ne hujusmodi dampnorum & gravaminum querimonia de cetero ad nostram audientiam deducatur. Volumus etiam & rogamus, ut eundem modum teneas contra illos de Paradiso & de Treven, qui etiam ausu temerario in bonis & possessionibus Werdensis Ecclesie sepedicto Preposito dampna & gravamina non pertimescunt incessabiliter irrogare, prout ex ipsius Magistri Heinrici querimoniis fuimus sepiùs informati. Postremò volumus & rogamus, ut alicui potenti de tuis fidelibus velis dare strictiùs in mandatis, qui nostro & tuo nomine contra dictum Vinchenstainerium, & alios quoslibet violentos invasores prelibatam Ecclesiam Werdensem in suis juribus & possessionibus manuteneat ac defendat tamdiu, donec aliud suo tempore atque loco duxerimus ordinandum. Dat. Wienne in Vigilia Epiphanie Domini, Regni nostri anno quinto.

Nos igitur cum debita Reverentia mandato Regis & precepto volentes obedire, partes ad nostram presentiam citavimus, & assertiones seu allegationes earum partium, per quas merita causarum panduntur audivimus & examinavimus diligenter,

ter, quibus diligenter examinatis pariter & auditis, de speciali gratia propter bonum pacis & concordie admisimus, quod ambe partes, tam super omni jure dicte Advocatie, quam super universis dampnis & gravaminibus per ipsum Ot. & ejus Patrem olim Werdensi Ecclesie illatis, & super aliis qnibuscunque Controversiis, que pretextu hnjusmodi Advocatie Werdensis Ecclesie inter eosdem vertebantur, vel qne inposternm verti sperabantur, in nos tanquam in arbitrum seu Arbitratorem seu amicabilem Compositorem data fide vice Sacramenti in manus nostras communiter compromiserunt, dando nobis plenitudinem potestatis & plenariam Auctoritatem inter ipsos arbitrium promulgandi. Nos verò auctoritate nobis à memorato Domino nostro Rudolfo Serenissimo Rege Romanorum tradita & concessa, habitoque prudentum Consilio tale arbitrium promulgavimus sententialiter inter partes, videlicet, quòd dictus Otto de Vinchenstain, ejusque heredes & homines de cetero nunquam debent dictum Magistrum Heinricum Prepositum Werdensem, & ejus Successores, nec non Clericos, & homines prefate Werdensis Ecclesie in aliqua parte offendere vel gravare, sed debent illos contra quoslibet violentos invasores manutenere & defendere pro eorum viribus, atque posse. Nec debent unquam aliquo tempore ab eodem Preposito, & ejus Successoribus, & à Clericis, & ab hominibus seu colonis ejusdem Werdensis Ecclesie aliquas exactiones vel steuras sen exennia petere, exigere, vel extorquere, nec debent in perpetuum aliquas pernoctationes in predio ejusdem Werdensis Ecclesie, vel in claustro recipere vel habere, neque debent aliquam potestatem vel jurisdictionem de cetero sibi unquam vendicare in officialibus, colonis instituendis vel destituendis per omnes mansos predii memorati, sivè sint ipsius Prepositi, vel Canonicorum, sed debent esse solummodò contenti de judicio & pena sanguinis per totum predium Werdensis Ecclesie situm in partibus Karinthie. ita tamen, qnod Officiales, sive Judex, seu Procurator dicti Vinchenstainerii vel ejus heredum, qui pro tempore fuerint nihil prorsus in hoc judicio faciant, vel exerceant, vel aliquam penam sanguinis exigant, vel imponant, preter consilium & consensum & presentiam Officialis vel Procuratoris ipsius Prepositi. Et idem Vinchenstainerius & ejus heredes, & homines nihil juris debent sibi usurpare in bonis mobilibus seu se moventibus illorum, qni ad hujusmodi penam sanguinis fuerint adjudicati. Item arbitrando sententiamus, & sententialiter arbitramur, quòd prelibatus Otto de Vinchenstain, & ejus heredes, atque homines pro omni jure dicte Advocatie ejusdem Werdensis Ecclesie debent esse solummodò contenti annuatim de triginta modiis duri grani, quod vulgariter Steuerchorn dicitur, quod singulis annis secundùm sterilitatem & fertilitatem temporis per mansos tam Canicorum, quam ipsius Prepositi cultos & non desolatos debet imponi seu inscribi. Solutio autem hujusmodi frumenti debet fieri annis singulis circa Epiphaniam Domini paulo post vel antè. Ita tamen, quod quidquid de eisdem triginta modiis seu per grandinem, vel per gwerram, aut per expeditionem, sive per alium quemcunque modum annis singulis defecerit, illud jnramento prestito, & premisso ad taxationem ipsius Officialis Prepositi assumptis sibi duobus colonis de predio juratis debeat resecari. Item arbitramur sententiando, quòd prefatus Otto de Vinchenstain, & ejus heredes & homines debent etiam esse solummodò contenti de quatuor marcis denariorum usualis monete. Ita tamen, qnod quilibet denarius Frisacensis valere debet duodecim parvulos Veronenses, qui annuatim de toto predio Werdensis Ecclesie tam Canonicorum, quàm sepedicti Prepositi circa festum beati Georii dari debent, quàm, inqnam, prenotatam summam frugum & denariorum dicto Vinchenstainerio, & ejus heredibus & hominibus circa prenotata tempora de toto predio Werdensis Ecclesie tam Canonicorum, quàm ipsius Prepositi, qui pro tempore fuerit, dari, atque solvi arbitrando precipimns & jubemus pro omnibus exactionibus, steuris, exenniis, pernoctationibus, & pro colo-

colonûm & Officialium institutionibus & destitutionibus, quibus omnibus in ordine expressis dictus Vinchenstainerius, ejus heredes & homines ad sententiam nostri prolati arbitrii data fide vice Sacramenti publicè in nostra presentia renuntiarunt. Item insuper sententialiter arbitrati sumus, quod memoratus Ot. de Vinchenstain, & ejus heredes & homines, aut in propriis eorum personis, seu per eorum literas deprecatorias pro confirmatione nostri promulgati arbitrii, absque omni dolo & fraude debent diligenter & fideliter laborare apud Dominum nostrum Rudolfum Serenissimum Regem Romanorum, & apud omnes alios Principes, Comites, & Barones, & Ministeriales, & apud omnes alios, qui se jus etiam habere asserunt, & contendunt in eadem Advocatia Werdensis Ecclesie, quorum Confirmatio fuerit necessaria ad majorem nostri prolati arbitrii firmitatem. Ne igitur presentis nostri prolati arbitrii series atque tenor aut à partibus, seu ab aliis quibuscunque inposterum revocari vel mutari valeat, aut infringi, presentem paginam conscribi fecimus, & eandem in hujus rei testimonium, & in perhennem memoriam nostri pendentis sigilli munimine jussimus roborari. Dat. & Actum apud Sanctum Leonhardum in domo parochialis Ecclesie anno Domini M. CC. LXXVIII. quto Idus Februarii. Indictione sexta.

Cùm igitur memorati Prepositus, & Otto, quibus hujusmodi arbitrium placuit, & illud emolgaverunt expresse, prout per eorumdem literas, quas pro Confirmatione nostro culmini direxerunt, claruit evidentiùs, nobis attentiùs supplicarint, quatenùs aliqua formidabili pena apposita, & adjecta sententiam hujusmodi prolati arbitrii confirmare dignaremur. Nos earundem partium precibus inclinati ejusdem arbitrii sententiam à partibus acceptatam & approbatam auctoritate presentium confirmamus, & eandem firmam, & illibatam sine nostro & Imperii prejudicio jubemus apud omnes consistere, roburque perpetuum obtinere. Si autem, quod absit, prefatus Otto de Vinchenstain, aut ejus heredes vel homines Dei timore postposito in proprie salutis dispendium, & nostre Regalis magnificentie contemptum contra presentem nostre confirmationis seriem, aut contra hujusmodi promulgati arbitrii sententiam & tenorem ausu temerario in parte aliqua venire presumpserit, ab omni jure Advocatie, quod se habere in prefata Werdensi Ecclesia contendunt & asserunt, se, suosque heredes noverint perpetuo excidisse, & nichilominus centum Marcas denariorum usualis Monete persolvant, quorum medietas Camere nostre cedat, & alia medietas in usum seu in fabricam Werdensis Ecclesie convertatur. Ne igitur nostre Confirmationis presens pagina, aut per eandem partes, vel per alias quascunque personas imposterùm violari valeat, vel mutari, eandem nostre Regalis Excellentie pendenti sigillo in perhennem memoriam & majoris roboris firmitatem jussimus communiri. Dat. & Actum Wienne in aula nostra Regali, anno Domini Millesimo CC. LXXVIII. Octavo Idus Maji. Indictione sexta, Regni nostri anno quinto.

Num. CLXIV.

NOs Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus constare volumus præsentium inspectoribus universis, quod constitutus in præsentia nostra dilectus fidelis noster Otto de Waldekk Miles Curiam quamdam in Zurenhausen sitam, quam prædilectus consanguineus noster Dominus Hainricus illustris Comes Palatinus Reni Dux Bawariæ à nobis & Ecclesia Frisingensi in feudo se fatebatur habere, & idem Otto ab eodem feudali titulo tenuit & possedit de consensu & bona voluntate prædicti Domini & amici nostri H. & nostra licentia à Venerabili in Christo fratre Præposito Ulrico Novæ Cellæ in Frisinga permutationis

tionis titulo pro quadam alia curia ejusdem Monasterii Novæ Cellæ sita in Perkhaim & quadraginta sex libris deñ. Monacensium tradidit cum universis suis adtinentiis libere sibi suisque successoribus, & perpetuo possidendam, resignatione juris feudalis ejusdem curiæ ab eodem Ottone in manus Domini H. illustris Comitis Palatini Rheni Ducis Bawariæ, & à præfato Domino H. in manus nostras, ut moris est, debito modo facta, Nos etiam conditionem præfati Monasterii volentes facere meliorem, proprietatem ejusdem curiæ in Zurnhausen de consensu nostri Capituli tradidimus prædicto Monasterio Novæ Cellæ, & fratribus ibidem Deo servientibus pro suis usibus perpetuò possidendam. In cujus rei testimonium præsentem Cedulam placuit sæpe dicti Domini & amici nostri H. Illustris Comitis palatini Rheni Ducis Bawariæ, nostri & Capituli Frisingensis sigillorum munimine roborari. Acta sunt hæc Frisingæ anno Domini M. CC. LXX. octavo pridie Nonas Aprilis.

Num. CLXV.

CUm ex Sacrorum Canonum institutis, & à Sanctis Patribus sit permissum, ut Prælati Ecclesiarum possessiones pro incommoditate & locorum distantia minùs utiles valeant maturiori præhabito consilio pro aliis possessionibus magis utilibus & vicinis ad invicem permutare. Nos Chunradus Dei gratiâ Frisingensis Episcopus constare volumus præsentium inspectoribus universis, quod ex conventione habita inter nos ex una parte, & venerabilem in Christo fratrem Fridricum Præpositum Monasterii in Scheftlarn ex altera, sperantes ex hoc & nostæ Ecclesiæ & præfati Monasterii conditionem facere meliorem, Curiam Ecclesiæ nostræ & Molendinum in Epholdingen, quæ eidem Monasterio sunt adjacentia seu vicina, & quæ ad mensam Episcopalem pertinebant ab antiquo, tradidimus de Capituli nostri consensu titulo permutationis præfato Monasterio in Scheftlarn pro molendino, quod idem Monasterium habuit apud Ismaningen nobis magis vicinum & pro sedecim Libris Monacens. denar. quos & Domino concedente in Ecclesiæ nostræ utilitatem commutenus. Tradidimus siquidem prædictam curiam & Molendinum præfatum in Epholdingen ad manus Præpositi memorati liberè & absolute cum omnibus juribus & judicio instituendi, seu adtinentiis eorumdem, cum agris, pratis, pascuis, paludibus, cultis & incultis, quæsitis & inquirendis præfato Monastetio, suisque Successoribus perpetuo conservanda. Idem & Præpositus molendinum præfatum in Ismaningen de consensu fratrum suorum cum omnibus suis adtinentiis permntationis titulo, ut prætactum est, tradidit absolute nobis Successoribusqne nostris perpetuò profuturum. In cujus rei testimonium præsentem cedulam nostri & capituli nostri sigillorum munimine placuit communiri. Dat. Frisingæ anno Domini M. CC. LXX. octavo. XV. Kal. Augusti.

Num. CLXVI.

EA que geruntur in tempore, simul cum tempore memorie nomen perdunt, nisi redivivo litterarum testimonio confirmentur. Hinc est, quod nos Fridericus Dei permissione humilis Prepositus in Scheftlarn ad noticiam futurorum presentem paginam intuencium dignum duximus pervenire, quod de communi consensu fratrum molendinum nostrum in Ismeningen cum omnibus suis attinenciis, quod Ecclesia nostra possidebat omni jure proprietatis ab antiquo & sedecim libras Monacensium denariorum tradidimus ad manus Reverendi Patris Domini Chn(o)nradi Frisingensis Ecclesie Episcopi, ejusque Successoribus liberè &

absolutè eidem Ecclesie perpetuò conservandum, pro curia & molendino in Epholdingen, & agris, pratis, pascuis, lignis, paludibus, cultis & incultis, quesitis & inquirendis ad eandem curiam seu molendinum pertinentibus, que omnia idem venerabilis Pater de noticia & consensu majoris Capituli tradidit nobis & Ecclesie nostre jure libertatis perpetuò profutura. In cujus rei testimonium presentem cedulam decrevimus nostri & Conventus nostri sigillorum munimine roborare. Datum In Scheftlarn anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo. Nono Kalend. Augusti.

Num. CXLVII.

NOs Chunradus Dei gratia Frisingensis Episcopus. Notum esse volumus presentium inspectoribus universis, quod, cum inter Venerabilem in Christo Fratrem Fridericum Præpositum Ecclesiæ nostræ, procuratorem Ecclesiæ Sancti Pauli, nomine ejusdem Ecclesiæ Sancti Pauli ex una parte, & Ortolfum Venerabilem Abbatem monasterii in Peuren Augustensis Dyocesis ex altera, nomine monasterii sui de quadam curia in Pontingen, quam uterque ipsorum ad suam Ecclesiam contendebat proprietatis titulo pertinere, orta esset materia questionis, ipsa questio per arbitros à partibus communiter electos sopita taliter extitit & decisa, videlicet, quòd prænominatus Præpositus Frisingensis Ecclesie Sancti Pauli de consensu Canonicorum ejusdem Ecclesie Sancti Pauli cessit & renunciavit omni juri, quod sibi & prefatæ Ecclesiæ Sancti Pauli in prænominata Curia in Pontingen competebat, vel competere videbatur, tradens & assignans possessionem ipsius curiæ cum omnibus suis adtinentiis præfato Abbati de Peuren suoque monasterio proprietatis titulo perpetuo serviendam, idemque Abbas in recompensationem ejusdem renunciationis seu cessionis duodecim libras Monacensium denariorum ex tenore ejusdem arbitrii sepe dicto Præposito Frisingensi numeravit, & tradidit in usus & utilitatem Ecclesiæ Sancti Pauli & Fratrum ibidem Deo servientium convertendas. In cujus rei testimonium placuit ipsis partibus presentem cedulam nostri & præfati Præpositi Frisingensis sigillorum munimine roborari.

Dat. Frisingen. anno Domini 1278. 14. Kaln. Maji.

(L.S.) (L.S.)

Num. CLXVIII.

CHunradus Dei gratiâ Frisingen. Episcopus dilecto in Christo fratri Magistro Heinrico Venerabili Preposito Werdensi ejusque Successoribus sibi canonicè substituendis in perpetuum. Et pontificalis nostre dignitatis apice, ac etiam ex injuncto nobis tenemur officio pastorali preces à radice equitatis & justitie procedentes favorabiliter exaudire, hinc est, quòd tua dilecte in Christo frater porrecta nobis precamina à fonte intime devotionis feliciter emanantia duximus exaudienda, in eo videlicet, quòd tu zelo devotionis accensus per senarium numerum Canonicorum in Werdensi Ecclesia ob remedium anime tue & in remissionem tuorum peccaminum ad laudem Dei & ob reverentiam & honorem Sanctorum Martirum Primi & Feliciani, quorum in eadem Werdensi Ecclesia patrocinia continentur cultum & officium divinum salubriter augmentâsti, creando in eadem Werdensi Ecclesia novam prebendam, & instituendo in eadem Sacerdotem pro Decano, talibus conditionibus appositis & adjectis, videlicet, quod idem Decanus & ejus Successores in tua vel tuorum Successorum absentia Canonicos ibidem divino servitio mancipatos in spirituali-

bus

bus regant, & eorum excessus & negligentiam corrigant & emendent, atque divinum Officium & Missarum sollempnia peragant in summis sollempnitatibus in eadem Werdensi Ecclesia, & quod quolibet die Lune per anni circulum in quadam Capella in honore Sanctarum Katerine & Barbare Virginum, & beatarum Marie Magdalene ac Elizabet per te ibidem ex novo constructa pariter & dotata Missam dicant in perpetuum pro defunctis. Et quod qualibet septimana per circulum anni idem Decanus & sui Successores ad minùs duas vel tres Missas celebrent sive dicant. Et quòd idem Decanus ejusque Successores in eadem prebenda continuam habeant residentiam, ne per eorum absentiam regimen Chori & Capelle ac Misse predicte, atque Canonicorum correctio negligatur. Debet autem idem Decanus & ejus Successores nichil plus juris in eadem Werdensi Ecclesia sibi vendicare, nisi quod per te & tuos Successores sibi fuerit concessum & ordinatum. Insuper hanc conditionem adjecisti firmiter observandam, videlicet quòd Canonici, qui pro tempore fuerint in eadem Werdensi Ecclesia eorum Decano defuncto alium Sacerdotem ydoneum & discretum eligant pro Decano, cujus, inquam electionis examinatio & confirmatio spectare debet ad te perpetuò & ad tuos Successores, qui tibi Canonicè in eadem Werdensi Ecclesia fuerint substituti. Cui, inquam, Decano ex novo taliter instituto & ejus Successoribus redditus decem Marcarum denariorum usualis Monete tradidisti, videlicet decimam in Tigrich & duos mansos sitos juxta Werdensem Ecclesiam, quam, inquam, decimam in Tigrich & eosdem duos mansos ad Werdensem Ecclesiam per tuam diligentiam conquisisti. Insuper alios quatuor mansos eidem Decano & ejus Successoribus etiam tribuisti, qui ad tuam & predecessorum tuorum mensam deservire actenùs consueverunt, in quorum, inquam, quatuor mansorum recompensationem alios quatuor mansos aput Rædentein sitos equivalentes & equipollentes tuis Successoribus tradidisti, quos inquam, predictos mansos cum memorata decima in Tigrich tempore tui regiminis ad eandem Werdensem Ecclesiam propriis rebus comparâsti, atque tuis sumptibus redemisti. Unde à nobis petivisti humiliter & devotè, quatenùs omnia premissa, que per te dinoscuntur rationabiliter & feliciter esse facta, dignaremur accedente nostro assensu pariter & consensu per nostras litteras confirmare atque prelibatam capellam aliquam indulgentiam dare de gratia speciali. Nos verò tue devotionis zelum intuentes singulas & universas conditiones & ordinationes predictas, quas tam institutione novi Decani, quàm in assignatione & commutatione reddituum memoratorum salubriter ordinâsti pariter & fecisti, gratas habemus simul atque ratas, & easdem nichilominus testimonio presentium confirmamus. Et de omnipotentis Dei misericordia & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli meritis confidentes omnibus Christi fidelibus, qui fervore devotionis inflammati in festivitatibus predictarum Sanctarum Virginum Katerine & Barbare & beatarum Marie Magdalene & Elizabet sive in die consecrationis memorate Capelle agnis singulis accesserint, quadraginta dies criminalium de injuncta eis penitentia misericorditer in Domino relaxamus. Ne igitur supra memorate conditiones & ordinationes impostetum per Successores nostros, sive tuos, seu per quoscunque alios revocari seu infringi valeant vel mutari, presentem paginam tibi tuisque Successoribus in hujus rei evidens testimonium & in perhennem memoriam tradidimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam. Dat. apud Weydhoven Anno Domini Millesimo . CC. LXXVIIII. Kaln. Martii.

Num. CLXIX.

RUdolfus Dei graciâ Romanorum Rex semper Augustus dilecto fideli suo Chunrado de Pihdorf judici provinciali suo graciam suam & omne bonum. Cùm nos Chunrado venerabili Frisingensi Episcopo Principi nostro dilecto recognoverimus jus, quod habere debet in judicio provinciali super predium in Enzinstorf, & super alia predia eidem adjacencia, que ad Ecclesiam pertinent Frisingensem, prout in privilegio Friderici Serenissimi Imperatoris Augusti vidimus pleniùs contineri, quod, inquam, privilegium eidem Episcopo ex Regie Munificencia Magestatis duximus confirmandum, & ratificandum, tibi firmiter injungimus & mandamus, quatenus prefatum Episcopum, suumque judicem, quem ad idem judicium deputavit, cui etiam nos Bannum manu nostra Regia duximus concedendum, in eodem jure ac judicio nullatenus impedire presumas, nullum tibi de cetero per idem predium super homines & possessiones judicium usurpando. Datum Wienne XII. Kaln. Junii.

Num. CLXX.

O. Dei graciâ Rex Bohemie, Dux Austrie, Styrie & Karinthie, Marchio Moravie, Dominus Carniole & Marchie Sidlino Scribe per Austriam graciam suam & omne bonum. Cùm dilectus amicus noster Dominus Chunradus venerabilis Episcopus Frisingensis Castrum in Randekke cum possessionibus, attinenciis eidem obtinuerit per sentenciam coram Abbate Medlicensi, super hoc negocio Auditore specialiter deputato, volumus & mandamus tibi firmiter & districtè, quatenus prefatum Episcopum vel procuratorem ipsius in ipsius Castri, & possessionum earundem auctoritate nostra inducas in corporalem possessionem, ipsumque inductum contra omnes rebelles & contradictores tucaris & defendas. Datum Pru(o)nne III. Idus Julii.

Num. CLXXI.

VIctoriosissimo & Excellenti Domino suo Rudolfo Dei graciâ Serenissimo Regi Romanorum semper Augusto, Fridericus permissione divina Sancte Salzburgensis Ecclesie Archi-Episcopus, Apostolice Sedis Legatus cum debita Reverencia sinceram ad quelibet fidelia obsequia voluntatem. Sua nobis dilectus in Christo frater Dominus Chunradus venerabilis Episcopus Frisingensis querimonia demonstravit, quod nuper, dum à vestra curia recedens versus partes Superioris Austrie foret in ascensu, à quodam vestro judice provinciali in via quasdam litteras receperit, mandatum continentes, ut proximo nunc celebraturo judicio generali coram vestra Regali presencia comparere debeat, Gozzoni Civi vestro de Chrems finaliter responsurus super quibusdam possessionibus, quas idem Dominus Episcopus de consensu, & voluntate, ac rogatu ipsius Gozzonis, & omnium ejusdem heredum, prout in quodam publico instrumento exprimitur, comparavit. Unde processum nostrum coram vestra Celsitudine nuper Wienne habitum super Cleri libertate vestris predecessoribus tradita, & confirmata ad memoriam vestre Regie magnificencie revocamus, attenciùs exorantes, quatenus vestra non patiatur Magestas Regalis, quod contra Ecclesiastice libertatis privilegium sicut prediximus, jamdudum obtentum, prelibatus Dominus Episcopus, & alii sui Confratres cum eorum Clero trahantur ad judicium Seculare, maxime cùm iidem sint parati cuilibet querelanti de ipsis facere justicie complementum.

Instrumenta sub Friderico, Episcopo XXVIII.

Num. CLXXII.

Rudolfus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus spectabili viro Meinhardo Comiti Tyrolensi affini suo Karissimo gratiam suam & omne bonum. Cum libertates & jura, quibus hactenus Ecclesia Frisingensis in suis prediis est gavisa, Friderico venerabili Episcopo Frisingensi dilecto Principi nostro velimus per omnia inviolabiliter observari, idem Episcopus querelam deposuerit coram nobis, quòd tu contra ejasdem libertates, & contra formam ordinationis inter nos & dicti Episcopi Predecessorem jamdudum Wienne celebratam per te & tuos Officiales judicium provinciale in Lok in tuam post eandem ordinationem traxeris potestatem, volumus & mandamus, quatenus secundùm continentiam litterarum nostrarum, & privilegiorum super hoc conceptam, omnia revoces, que per te vel tuos contra memoratum provinciale judicium in Lok in predicti Episcopi juris prejudicium fuerint attemptata, ipsum Episcopum, & homines, ac possessiones omnes ibidem manutenendo, & defendendo contra quoslibet violentos & illicitos invasores, atque de eisdem invasotibus Episcopo & suis querelantibus exhibendo justitie complementum. Datum Wienne XIII. Kaln. Junii. Regni nostri anno septimo.

Num. CLXXIII.

Ego Gerlochus de Hertenberch super fidem, & animam meam confiteor harum serie litterarum, quòd racione captivitatis mee facte per virum nobilem Guntherum Marscalcum Ecclesie Frisingensis & racione conflictûs habiti inter comitivam meam & Servitores Ecclesie Frisingensis, videlicet Fridericum dictum Helle, & Ulticum dictum Perger, Chunradum filium quondam Domini Wernheri, Ulricum dictum Lungawer, & alios de parte altera, & racione homicidii perpettati in personam Amelrici de Wipaco, Frisingensem Ecclesiam, & specialiter predium apud Lok, Guntherum Marscalcum, & predictos Ecclesie servitores, & omnes ad eandem Ecclesiam pertinentes, & res ejusdem Ecclesie, dum vixero, non offendam, nec offendi aliquatenus procurabo, sed intendam pocius bona fide sine dolo & fraude omnibus, que utilitatem ejusdem Ecclesie, hominnm, atque rerum, & specialiter Guntheri Marscalci, & predictorum Frisingensis Ecclesie Servitorum respicere videbuntur, ita veraciter meam Deus salvet animam in extremis. adjicio eciam, quòd si non attendero bona & sincera fide sine qualibet captione omnia premissa & promissa superius, sim ipso facto ex tunc infidelis, exlex pariter & perjurus. In cujus rei testimonium ejusdem presentes litteras mei duxi sigilli munimine roborandas. Datum apud Lok. anno Domini M. CC. LXXVIIII. in die beati Thome Archi-Episcopi & Martyris.

Num. CLXXIV.

Nos Fridericus Dei gratiâ Episcopus Frisingensis constare volumus presencium inspectoribus universis, quòd cum bone memorie Dominus Chunradus predecessor noster universa feoda, que Frizzo de Plintenpach quondam tenuit ab Ecclesia Frisingensi, Diemu(o)di Uxori predicti Frizzonis una cum ipso F. in feodo contulisset, nos postmodum eidem Diemu(o)di ad secundas nuptias

nuptias cum Dietrico de Schonnenberch Milite divertenti ad instantiam & petitionem ipsius Dietrici, nec non Nicolai de Reuttenberch patris ipsius Diemu(o)dis Militum fidelium nostrorum eadem feoda iteratò duximus conferenda, hoc adjecto de gratia speciali, ut liberi masculini sexûs, quos dicta Diemu(o)dis, que de familia esse dicitur Ecclesie Frisingensis, ex prefato Dietrico Milite nunc habet, vel procreaverit in futurum, succedere possint & debeant ipsi Diemu(o)di Matri sue in predictis feodis pleno jure, dummodo illi Matrimonia contraxerint in nostre Ecclesie potestatem, vel saltim in contractu Matrimonii sui procuraverint apponi conditionem, sive pactum de pueris dividendis cum Ecclesia Frisingensi. In cujus rei testimonium presentem cedulam - - - - - - - - - - Dietrici & Nicolai jussimus sigillorum munimine roborari. - - - - - - apud Lok. presentibus testibus subnotatis, Magistro Hermanno Preposito Ardacensi, O. de Schonnek Preposito Inticinensi, Wilhalmo Plebano Sancti Martini, O. de Waldeke, Dietmaro de Leiten, C. de Lok Militibus, Hugone de Montalban, Arnoldo Schonneke, Gunthero Marscalco de Otenburch, Leonhardo de Gutenberch, Arnoldo de Preitenawe, Rudlibo de Chrenz, & aliis fide dignis. Datum anno Domini M. CC. LXXX. septimo Kaln. Augusti.

Num. CLXXV.

FRidericus Dei gratia Ecclesie Frisingensis Episcopus universis hanc paginam inspecturis presentibus ac posteris in perpetuum. Quoniam sine monimento litterarum stabilem sortiri non possunt actiones humane memoriam, eapropter hujus scripti testimonio perenni cunctorum noticie duximus declarandum, quòd cum Serenissimus Dominus noster Rudolfus Rex Romanorum villas Probstorf, Urvar & Schoenna, quas quondam Duces Austrie ab Ecclesia nostra feodali titulo noscebantur possidere, predecessori nostro bone memorie recompensationis gratia pro certa pecunie summa pro dampnis in expeditione regia sibi factis, & ex certis causis aliis obligâsset, & hac occasione mansi duo in Probstorf, & unus mansus in Schoenna, quas Monasterium in Lilinvelde fundatorum suorum beneficio sibi collatos, ut dicitur, multis annis quietè tenuerat, Sedis nostre fuissent dominio subjugati, Nos tandem Abbati & fratribus dicti Monasterii super predictis tribus mansis adversum nos querelantibus ob favorem Religionis, cujus quieti pontificali debemus solicitudine prospicere, prefatos tres mansus per formam composicionis amicabilis predicto Monasterio de consensu nostri Capituli in Emphitheosis perpetuum contractum locavimus, eo jure, quòd Purchreht vulgariter nuncupatur, Ecclesie nostre eorumdem proprietate perpetuo reservata, ita quòd de eisdem mansis nomine census decem & octo solidi denariorum Wiennensium nobis & Successoribus nostris in festo beati Michahelis novem, & in festo beati Georii novem annis singulis persolvantur, nec aliud quicquam nobis aut Officialibus nostris nomine Advocacie, aut pernoctationis, aut alterius cujuslibet exactionis sive Steure Coloni eorundem mansorum persolvere tenebuntur, nisi fortè pro communi utilitate, seu defensione prediorum omnium ab eisdem villis aliqua fuerit contribucio facienda, imò sterilitatis aut bellorum tempore predicti coloni ea gaudebunt graciâ, quam colonis nostris ibidem in casibus similibus indulgemus, judicio etiam provinciali, quod habemus in eisdem villis, predicti coloni & familia eorundem juxta sepe dicti Monasterii privilegiorum continenciam subjacebunt, hoc apposito eciam & adjecto, quòd si prefati coloni in solucione pensionis desides fuerint, vel remissi, ipsi unà cum possessionibus pretaxatis incident in penam juxta terre consuetudinem & Judicum nostrorum sententiam approbatam. Ut autem hec omnia perpetue robur optineant firmitatis, placuit nobis presentes litteras nostri & Capituli Frisingensis, nec

hec non Abbatis seu Conventûs in Lilinvelde sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec presentibus testibus subnotatis, Heinrico Tumpreposito Frisingensi, Heinrico Preposito Werdensi, Hermanno Preposito Ardacensi, Chunrado Preposito Intycinensi, Liupoldo Plebano de Enzensdorf, Ottone de Waldeke, Dietmaro dicto Leitener, Heinrico de Enzisdorf Militibus & Ministerialibus Ecclesie, Alberto de Vihdorf, Chunrado Judice de Enzisdorf & aliis quam pluribus fide dignis. Datum Wienne anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo XIII. Kaln. Junii. Pro majoris autem cautelæ providentia poni voluimus duorum de Runa & de Welherat Cystercienfis Ordinis Abbatum sigilla, cum nominibus fratrum de Monasterio Lilinvelde Ludwici Prioris, Herwici Senioris, Friderici Sacristæ, Gundoldi Camerarii & Stephani Cellerarii.

Num. CLXXVI.

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Capitaneis, Judicibus, Officialibus atque venatoribus suis per Austriam constitutis graciam suam & omne bonum. Juri consentaneum & consonum racioni videtur, ut Principibus nostris, qui semper Regalibus beneplacitis se devotos exhibent, specialis prerogativam gracie impendamus, ipsisquè deductionem solacii preparemus; Vobis igitur universis & singulis notum esse volumus, quod Venerabili Friderico Frisingensi Episcopo Principi nostro dilecto ex speciali gracia concessimus & concedimus, ut quocienscunque ipse vel sui venatores in predio Ecclesie sue in Austria fuerint constituti, venaciones pro sua deductione per districtûs nostri dominium libere valeat exercere, habeatque idem Episcopus pro sue venacionis promocione in ipso nostro districtu, qui volge & Scheftwart vulgariter nuncupatur. propter quod vobis singulis & universis sub optentu gracie nostre precipimus & mandamus, quatenus nullus vestrum in antea sepe dictum Episcopum aut ipsius venatores aliquatenus impediat in premissis. Et ut gracie nostre liberalitas cuilibet vestrûm pateat dicto Episcopo presentem cedulam tradidimus, Majestatis nostre sigilli robore communitam. Datum Ratispone anno Domini Millesimo CC.LXXX. primo. XI. Kaln. Julii Indictione noua, Regni nostri anno octavo.

Documenta sub Enichone, Episcopo Frisingensi XXIX.

Num. CLXXVII.

NOs permissione Divina Henricus Werdensis, Hermannus Ardacensis Ecclesiarum Prepositi, & Henricus de Wolfoltsdorf, & Berchtoldus de Gebolspach Milites, & Ministeriales Ecclesie Frisingen. sub tenore presencium testimonium peribemus nos vidisse pariter & audivisse, quod in nostra & illorum presencia, quorum subscripta sunt nomina, videlicet Dominorum Chunradi de Lok, Chunradi Gallonis, Chunradi & Offonis fratrum de Vanstorf Militum, & Gerlochi de Hertenberch, Henrici dicti Warouis de Gekenpeunt, Alberti Judmanni, Friderici Hellonis, Ulrici Smazonis, Chunradi de Pu(e)telbach, Alberti dicti Ardaker, & Ulrici dicti Schounprunnarii Frisingen. Curie Domicellorum, & Leonhardi & Jacobi fratrum de Galenberch, Wernherus, Chunradus Nycolaus fratres, filii quondam Domini Wernheri de Lok, voluntate spontanea & sine coactione qualiber, ad manus Reverendi in Christo Patris Domini nostri Enichonis venerabilis Episcopi Frisingen. data fide Sacramentum prestiterunt, & sub ejusdem date fidei, atque ju-

ramenti prestacione firmiter promiserunt, quod super ipsius Domini nostri Episcopi graciam parati essent, pro dampnis, injutiis, & excessibus per eos contra ipsius Domini nostri Episcopi Predecessores & Ecclesiam Frisingensem olim perpetratis subire cujuslibet satisfactionis & emende penam, quam idem Dominus noster Episcopus Frisingeñ. conta illos decerneret promulgandam, vel quam à memoratis Wernhero, Chunrado, & Nycolao fratribus communicato suorum Consulum consilio duxerit acceptandam, quandocunque à prelibato Domino nostro Episcopo super hoc iidem fratres fuerint requisiti. In cujus rei testimonium presentem paginam nostris & suptadictorum testium videlicet Domini Chunradi de Lock, Domini Chunradi Gallonis, & Gerlochi de Hertenberch, & prefatorum fratrum videlicet Wernheri, Chunradi & Nycolai sigillis pendentibus jussimus communiri. Dat. & actum in Castro Lock. anno Domini Millesimo CC.LXXX. tercio. quatto idus Maji.

Num. CLXXVIII.

Ich Graue Albreht von Görtz, und von Tirol, Vogt von Aglei und Trind, und von Brihsen tun allen den chunt die disen Brief sehent, und hörent, daz ich umb die Vanchnusse Arnoltes von Muntalban, als in min Herre Bischolf Emeih von Vreising ze Lonke gevangen het, die Vruehe, und di Sune vber mich genomen han, also, daz der Bischolf von Vreising sein Leut, und sein Gut von Amolten, und von sinen Vreunden, und von seiner Haussvrowen Vreunden, di mir zuhorent, und in miner Gebiete sint, immer sicher sein umb di Schulde, und sol Arnolt, und seiner Vreunde sehse der erbarsten, di in miner Gebiete sint des sunen, daz der sune immer stäte sei umb die Schulde, und wäre daz Arnolt von Muntalban, oder sin Vreunde, di in an windent von im selben oder von seiner Haussvrowen, die sune brächen gegen dem Bischolf von Vreising, oder gegen seines Gotshauses Leuten, oder gegen den, di in sinem dinste wären, oder gegen sinem Gute, also daz sichtig wäre, so wär Arnolt mit sampt den, di mit im gesvorn habent, meineidig, und sint daribet dem Bischolf von Vreising, und dem Gotshause ze Vreising schuldich fünfhundert March Agleiger, der Vruehe hat ein ende über den nahsten fünf iar, und daz gelübd, daz darüber getan ist, und als der fünf iare ende habent, so sint die Burger ledih umb die Vruch, doch sol der sune immer stät sein. Daz ist geschechen, da min Bruder Graue Minhart enantwrit was an miner stat ze Geiselmansdorf bei Laibach nach Christes Geburt über tausent iar, und über zuaihundert iar an dem dreu und ahzegisten iare des Suntages vor Sant Veits tage des dreizehenden tages ingendes Manen Junio.

Num. CLXXIX.

Ich Graue Mainhart von Tirol, und von Görtz Vögt der Goteshauser von Agley, von Trient und von Brixen tun chunt allen den, die disen prief hörent und sehent, daz ich umb die Vanchenuss die mein Herre und mein Vreunt der Bischof Enich von Vreysingen gen meinem Dienstman Arnolt von Snalz hat getan, solch sicherheit, und gewizherit, und gelubde dem Bischof von Vreysingen und seinem Goteshaus haben getan, mit der beschaidenheit, als der brief sagt, also daz ich die Vruech und die sune uber mich genomen han, daze der Bischof von Vreysingen sein gut und sein leute, swa si gesetzen sind, von mir, und von allen meinen Leuten und Dieneren, und besunder von Arnolt, und von allen seinen Vreunten, und von seiner Hausvrawen Vreunten, die in unserm gebiete gesessen sint, immer sicher sein, und schol er Arnolt und seiner Vreunt der besten

besten in unserm Gebiet segse, mit im sweren, daz der sune, und der taidinch der hie verschriben sint, dem Goteshaus von Vreysingen und allen seinen Leuten und seinem Gute immermer stete beleiben. Wer auer, daz Arnolt oder seine Vreunt dise sune gen dem Bischof, oder seinen Nachchomen, oder gen dem Goteshause von Vreysingen, oder gen seinen Leuten, oder an seinem gute an ichte zebrech, so ist er Arnolt und die segse, die mit im swerent, treulos und mainaide, und sint derüber dem Bischof von Vreysingen, und seinen Nachchomen, und dem Goteshaus schuldich, Vumf hundert March Silber unverschaidenleich, und daz Gelübde und die Borgeschaft shol ich in meinen an des Bischofes stat, darzu shol Arnolt von meinem Bruder Albrechten mit seiner Vreunt segsen, die in seinem Gebiet gesessen sint, ein solhe stetingunge tun, als diser ist an allen dingen, und einen prief disem geleych dem Goteshaus von Vreysingen von meinem Bruder gewinnen. Diser taidinch sint verschriben, und unser Insigel daran geleit von vnserer Herren Pourt über tausent, über zwai hundert am dreu und achzegistem Iare, an Sande Veides tage.

Num. CLXXX.

Acta judiciorum & alia quelibet negocia, que tractantur in tempore, ne labantur cum tempore, lingua debent testium & litterarum testimonio perennari propter memoriam hominum, que labilis est & caduca. Nos igitur Enicho Dei gracia Ecclesie Frisingensis Episcopus ad audienciam presencium & noticiam deducimus futurorum, quod materia quæstionis, que inter nos ex parte una, & inter nobilem Dominam Alhaidim de Reinsperch ex altera exercebatur super quodam prædio in Habervelt, & super restitucione hinc inde ablatorum est taliter terminata, videlicet quod nos & eadem Domina de Reinsperch de pari & unanimi voluntate in nobilem virum Dominum Fridericum de Hausek, tanquam in arbitrum, sive in amicabilem compositorem compromisimus pronunciantes, ratum & firmum tenere, quicquid super premissis idem Hausekkarius duxerit statuendum, qui communicato prudentum consilio de nostra & dicte Domine Alhaidis bona voluntate proximam feriam terciam ante festum Sancti Andree Apostoli pro termino peremptorio aput Waidhoven habendo statuit & prefixit. In omnem eventum arbitratus est etiam idem Hausekarius, quod medio tempore deberent ablata restitui hinc & inde. Adveniente vero hujusmodi termino peremptorio, multisque nobilibus Frisingensis Ecclesie Ministerialibus & Vasallis insimul aput Waidhoven congregatis personaliter comparuimus expectantes per totam eandem feriam terciam usque post crepusculum noctis adventum Domine memorate, que tandem sub noctis caligine coram nobis & dictis nobilibus comparuit, allegans, quod esset parata testes producere ad probandum, quod ex collacione & infeudacione pie memorie Domini Friderici olim Episcopi Frisingensis nostri Predecessoris deberet dictum predium in Habervelt tanquam feudum personaliter pro vite sue temporibus possidere. Nos verò in contrarium allegantes diximus, quod ad hoc nobis & ipsi Domine terminus peremptorius fuisset deputatus, quod post litis contestationem primitùs in judicio factam, deberent cum aliis clausulis, que in vero & integro judicio requiruntur, probaciones recipi atque testes. Et hanc nostram exceptionem factam in subsequentis diei circa horam terciam probavimus per testes ydoneos, nec non fide dignos, videlicet per dilectos fideles nostros Ekhardum de Vihdorf & Albertum Protarium Milites, qui jurati & interrogati dixerunt sub religione prestiti Sacramenti, quod vidissent & audivissent, atque personaliter interfuissent, ubi prefatus Dominus Hausekkarius aput Waidhoven inter nos & predictam Dominam de Reinsperch statuisset terminum in omnem eventum peremptorium super litis contestacione faci-

facienda, & super aliis universis clausulis, que in vero & integro judicio usque ad finem debitum consueverunt à judicibus exerceri. Post quorum, inquam, dicta testium nobis competeret ad faciendum, qui omnes concorditer in unam sentenciam concordaverunt, dicentes sentencialiter & pronunciantes sub Sacramento, quòd ex eorumdem productorum testium legalium dictis racionabilibus & probabilibus nobis & Eclesie Frisingensi possessio & proprietas esset adjudicata in predio supradicto, & quod prelibate Domine de Reinsperch nichil juris de cetero competeret in eodem, & quod presatus Dominus de Hauseke tamquam verus fidejussor deberet nostrum colonum in eodem predio residentem in omnibus & per omnia indempnem reddere, quantum ad integralem restitucionem ablatorum & super aliis dampnis & violenciis de mandato ejusdem Domine sepe dicto nostro colono contra debitum justicie irrogatis. Insuper coram omnibus supra dictis Frisingensis Ecclesie Ministerialibus & vasallis & in eodem termino probavimus per legittimum testimonium, quod licet apud Waidhoven in aula nostra prelibatam Dominam de Reinsperch de omnibus feodis personalibus secundum predecessorum nostrorum litterarum continenciam pro temporibus vite sue investiti fuissemus, tamen sub publica protestatione memoratum predium in Habervelt, & colonum in eodem predio residentem cum silvis, pratis, pascuis, & viarum exitibus & aliis universis eidem predio attinenciis excepimus & exclusimus viva voce, allegantes pariter & dicentes, quod Predecessor noster pie memorie Dominus Fridericus olim Episcopus Frisingensis sine consensu Capituli sui dictum predium in Habervelt ab antiquo ad Episcopalem mensam pertinens, nec eidem Domine, nec alicui alteri hominum poterat ab Ecclesia Frisingensi aliquatenus alienare nisi pro temporibus vite sue, & non illius, qui ejusmodi feodum personale reciperet ab eodem. Verùm cum hec omnia, que supra diximus, à nobis allegantibus jura nostra & protestantibus audivisset & vidisset Domina memorata, quod secundum ejus sinistre intentionis propositum non posset testes producere sine contestatione litis, & judicii ordinarii ordine non servato statim sub prelibate noctis caligo, in qua venerat, transacto jam prefixo ei termino tamquam desperata de jure ejus, quod se in memorato predio habere credidit, se per contumaciam absentavit, cujus absenciam non approbantes contumacem, in eodem termino de speciali gracia usque in crastinum prorogato, circa subsequentis ejusdem diei horam terciam nostram inbaccionem, quemadmodum supra expressimus, obtinuimus justicia mediante. Ne igitur hujusmodi acta judiciorum, quæ racionabiliter sunt congesta, possent in dubium, vel in irritum revocari, presentem paginam in judicio conscriptam tam nostro, quam Karissimi fratris nostri Comitis Canonici Maguntini, & dilecti in Christo fratris Magistri Hainrici venerabilis Præpositi Werdensis sigillis pendentibus jussimus communiri. Acta sunt hec apud Waidhoven in Aula nostra, Anno Domini M.CC.LXXX. tertio, VIII. Kaln. Decembris, Testibus presentibus subnotatis, videlicet fratre nostro Comite Hugone Canonico Maguntino, Magistro Hainrico Præposito Werdensi, Arnoldo Capellano, Plebano de Veringen, Ottone Plebano de Neunhoven, Gotfrido Notario nostro. item Purchardo de Wasen, & Hainrico ejusdem filio, Ekhardo de Viehdorf, Alberone Protario, Ottone de Mezzeleinsdorf, & Ottone filio suo de Sumereke Militibus. item Friderico Hellone, Ulrico Smazone, Nicolao de Lok; Ottone & Alberto fratribus de Viehdorf, Friderico Schafferveldario, Nicolao Aychario, Ulrico Pu(e)chario, Ditrico Chastenario, Jeubardo de Udmarvelt. item Leupoldo Verl, Weichardo Hæsip Vasallis & Ministerialibus Ecclesie Fringensis. item Chunrado Notario, Wiolando judice, Rndlino Mozzone Alberone fratribus. item Ortolfo & Wolfhero Phlusthardis fratribus civibus nostris in Waidhoven, & aliis pluribus fide dignis.

NUM.

Num. CLXXXI. 1.

Frater Chunradus Prior Monasterii Admontensis, Viro provido & discreto, Domino Linpoldo Plebano in Entzestorf Salutem in Domino. Noveritis nos recepisse litteras à Reverendo in Xsto Patre, Domino Friderico Sanctæ Saltzpurgensis Ecclesiæ ArchiEpiscopo, A. S. L. sub hac forma: Fridericus Dei gratiâ Sanctæ Saltzpurgensis Ecclesiæ ArchiEpiscopus, A. S. L. dilecto in Xsto filio fratri Chunrado Priori Monasterii Admontensis Salutem in Domino. Cùm causa, quæ super Ecclesia in Probstorf inter dilectum in Xsto filium Magistrum Heinricum Præpositum Werdensem ex una parte, & inter Johannem Clericum de Praga pro Plebano in eadem Ecclesia se gerentem ex altera vertitur, fuerit per modum appellationis ad nostram audientiam devoluta, & eandem dilecto in Xsto filio Hartnido Plebano de Pels Archidiacono Karinthiæ jam dudum commiserimus terminandam; nec idem possit in illa procedere plurimis occupationibus deditus,. & diversis negotiis occupatus, tibi vices nostras totaliter in hac causa duximus committendas, mandantes, quatenus citatis partibus juxta priora ejusdem Archidiaconi acta judiciorum in eadem causa mediante justitia procedere non obmittas, & eandem fine debito decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, testes vero qui nominati fuerint, si se odio, amore, vel timore subtraxerint, compellas veritati testimonium perhibere. Et si prælibatus Magister Heinricus coram te, aut per testes, aut per alia documenta legittima suam intentionem probaverit, ipsum, vel alium loco sui in possessionem memoratæ Ecclesiæ in Probstorf per te vel per alium studeas inducere corporalem, & inductum auctoritate nostra manuteneas & defendas, contradictores & rebelles censura consimili compescendo. Datum aput Monasterium Admontense Anno Domini MCCLXXVII. Kaln. Octobr. Quarum auctoritate processimus in hunc modum, videlicet, quod citatis partibus & termino peremptorio per nos ipsis assignato, & perlectis, & recapitulatis in ordine de verbo ad verbum actis judiciorum, quæ coram priore judice inter partes super Ecclesia in Probstorf acta fuerunt, & visis & auditis & perspicaciter intellectis rationibus & allegationibus utriusque partis, & examinatis diligenter dictis testium & instrumentis, & privilegiis, & aliis documentis legittimis publicè coram nobis in medium productis, communicatoque consilio sapientum Ecclesiam in Probstorf cum omnibus ejus juribus & attinentiis sive spiritualibus vel temporalibus finaliter adjudicavimus Magistro Hainrico venerabili Præposito Werdensi à Domino Chunrado venerabili Episcopo Frisingensi vero Pattono ad eandem Ecclesiam in Probstorf canonice præsentato, & Domino Johanni Clerico de Praga super eadem Ecclesia in Probstorf perpetuum silentium imposuimus, & nichilominus diffiniendo condempnavimus ipsum Johannem in expensis legittimis persolvendis Præposito supra dicto, quas idem Præpositus fecit occasione litis inchoatæ, quas æstimar ad summam sexaginta librarum Wiennensis monetæ, & præcepimus eidem Jo. sub pœna excommunicationis, quod nunc usque ad festum beati Thomæ Apostoli proximè nunc venturum idem Johannes dicto Præposito persolvat pecuniam memoratam, quam si infra prænotatum terminum non persolverit, se sciat post terminum elapsum excommunicationis vinculo innodatum. Unde auctoritate, qua fungimur, vobis injungimus & mandamus, quatenùs Magistrum Heinricum Præpositum Werdensem, quem plenum jus habere in eadem Ecclesia Probstorf recognovimus, velitis tamquam verum & legittimum Rectorem, & Plebanum ejusdem Ecclesiæ in Probstorf, vel alium loco sui ducere in ipsius Ecclesiæ possessionem corporalem, & inductum defendere Ecclesiasticam per censuram. Contradictores & rebelles censura consimili compescendo & præcipiendo sub virtute

sanctæ obedientiæ universis & singulis Plebesanis, ut eidem Præposito in omnibus & per omnia obediant, tanquam vero & legittimo eorum pastori. Dat. in Ardaker anno Domini Millesimo CC.LXXVII. XVI. Kalend. Novembr.

Anno Domini M.CC.LVI. VIIII. Kal. Julii in Ecclesia S. Petri in Wienna præsidentibus judicibus delegatis Domini PP. videlicet venerabili Domino Albe. de Medlico, & Priore ejusdem loci subdelegato Præpositi de Neunburch præsidentibus venerabili Abbate Scotorum in Wienna, Magistro Gerhardo Præposito Wiennensi, Magistro Heinrico de Sancta Petronella, Domino Ottone Plebano de Valchenstein & aliis multis, Magister Ulricus Procurator Domini Episcopi Frisingensis, & Dominus Wisinto Decanus Wienn. de communi consensu elegerunt Notarium Domini Abbatis de Medlico ad conscribenda acta, & alia omnia quæ occurrere possunt in causa, quæ vertitur super Ecclesia in Probstorf inter prædictum Dominum Episcopum Frisingensem, & Dominum Wisintonem Decanum Wienensem, quo facto in eorumdem præsentia lectum fuit autenticum Domini RP. cujus tenor talis est: Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis - - Medlicen. & - - - Scotorum Wienn. Abbatibus & - - - Præposito Ecclesiæ Neunburgen. Pataviensis Salutem & Apostolicam benedictionem. Querelam venerabilis fratris nostri - - - Episcopi Frisingensis recepimus continentem, quod licet ei sit ab Apostolica Sede indultum, ut in Ecclesiis in Territorio, quod Ecclesia Frisingensis in alienis dyocesibus obtinet, constitutis, nullus institui debeat ejus irrequisito assensu, nichilominus tamen Wisinto de Wienna Presbyter Patav. dyoc. fuit eo irrequisito, qui requiri commodè poterat, contra tenorem indulti hujusmodi per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Patav. in Ecclesia de Probstorf sita in territorio, quod habet dicta Frisingensis Ecclesia in ipsa dyocesi, institutus, qui eam detinet in ipsius Episcopi præjudicium & gravamen. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione postposita decernatis, facientes quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere, non obstante, si aliquibus à Sede Apostolica est indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes de indulto hujusmodi mentionem. Quod si non omnes hiis exequendis non poteritis interesse, duo vestrûm ea nichilominus exequantur. Datum Neapoli V. Kal. Maji, Pontificatûs nostri anno I. Eodem die lecta est ibidem littera citationis, cujus tenor talis est: O. Dei gratiâ Medelicensis Ecclesiæ Abbas, Domini PP. Judex delegatus, & M. Prior ejusdem Ecclesiæ Subdelegatus Venerabilis Præpositi Ecclesiæ Neunburgensis Wisintoni Presbytero de Wienna salutem & sinceram in Domino caritatem. Ad memoriam vestræ prudentiæ revocamus, qualiter nostras peremptoriæ citationis litteras, quibus Papale rescriptum insertum fuerat, recepistis, & quomodo de consensu vestro & Ul. procuratoris Reverendi Patris & Domini Frisingensis Episcopi dictæ citationis terminus per nos extitit prorogatus, videlicet, ut si causa juris patronatûs Ecclesiæ in Probstorf inter reverendum Patrem & Dominum Patav. & prædictum Frisingens. Episcopos non posset amicabiliter terminari infra XIIII. dies post receptionem litterarum nostrarum, dicto Episcopo Frisingensi, vel ejus procuratori renunciatis omnibus induciis tam de facto, quam de jure vobis competentibus responderitis coram nobis finaliter de objectis. Cùm igitur hujusmodi causa per amicabilem compositionem sedari non valeat, vos ad nostram legittimè præsentiam vocamus apud Wiennam proximâ feriâ sexta ante festum beati Johannis Baptistæ proximo futurum, locum & terminum peremptorium vobis statuentes ad respondendum præfato Episcopo vel procuratori, nec non aliis personis, ad quos præfata causa pertinere dinoscitur, de universis, quæ nobis objecerint,

rint, & contra vos proposuerint coram nobis. Verùm si dictum terminum atque locum propter commoditatem partium, & nostram seu alium casum variare contingerit, volumus & mandamus vobis, ut similiter prout superius est expressum ad locum & terminum, quem vobis per alias litteras nostras præfigere decreverimus, veniatis. Dat. VI. Idus Junii. Deinde ibidem Ulr. Canonicus Ecclesiæ S. Andreæ, qui se obtulit pro procuratore Domini Episcopi Frisingensis per fidejussores videlicet Magistrum Heinr. de Sancta Petronella & G. Plebannm Wienn. à feria VI. usque in proximam feriam secundam tunc sequentem, & sic admisso præfato Magistro Ul. procuratore per Dominum Wisintonem oblatus est libellus in judicio, cujus tenor talis est: Coram vobis Domino Abbate Medlicen. Ecclesiæ judice Domini Papæ Delegato, & Priore ejusdem Ecclesiæ Subdelegato Præpositi Neunburgen. conquerendo proponit Ulr. Ecclesiæ S. Andreæ Canonicus, venerabilis Episcopi Frisingensis Procurator, quod Dominns Wisinto Presbyter de Wienna Ecclesiam in Probstorf, in qua idem Episcopus jns patronatûs habet, in ejus præjudicium & gravamen clam occupavit, & tenet contra justitiam occupatam; unde petit dictus procurator, quatenus prædicto Wisintone amoto de Ecclesia præfata per dictum Episcopnm vel ipsum procuratorem nomine ipsius Episcopi in possessionem juris, quod in dicta habet Ecclesia cum universis pertinentiis restituatis, salvo jure diminuendi vel addendi. Item cum Dominus Otto Decanus de Neunburch de jure non posset esse Advocatus Wisintonis memorati, de gratia in eadem causa usque ad horam prandii est admissus. Item eodem die cùm peteretur à Domino Wisintone, quod responderet libello, respondit, quod Ecclesiam de Probstorf possideret nomine alieno. E contrario Ulr. procurator Episcopi Frisingensis respondit, quod nec proprio, nec alieno nomine dictus Wisinto haberet jus in Ecclesia memorata. Et ad hoc, quod Dominus Wisinto dixerat ea, quæ supra dixerat, non dixisset animo contestandi litem, dixit Magister Ulr. procurator, nullam super hoc processisse protestationem, quod & verum est. Insuper adicimus, quod licet ad ingentem instantiam actoris de jure debuissemus processisse ad interloquendum super præmissis; volentes tamen cum maturitate procedere, præsertim ad convincendam malitiam rei, proferendam sententiam distulimus de gratia usque in diem lunæ proximò subsequentem, actoris per omnia salvò jure. Lectum fuit etiam ibi eodem die quoddam instrumentum Venerabilis Abbatis Medlicens. Judicis Delegati & - - - & Prioris ejusdem Ecclesiæ Subdelegati Præpositi de Neunburch, cujus tenor talis est: De mandato judicis Delegati Venerabilis Abbatis Medlicensis, & Prioris ejusdem Ecclesiæ Subdelegati Venerabilis Præpositi de Neunburch citatione facta per dictos Abbatem, & Præpositum inter venerabilem Patrem & Dominum Frisingensem Episcopum ex una parte, & Dominum Wisentonem Decanum de Wienna ex altera super Ecclesia in Probstorf peremptoriè ad civitatem Chremeñ. proximâ feriâ VI. post instans festum omninm Sanctorum consentientibus partibus prædictis terminus dictæ citationis taliter protogatur, ut post receptionem litterarum ipsorum Abbatis & Prioris infra XIIII. dies dictæ partes sæpe dictorum Abbatis & Prioris debeant se conspectui præsentare de objectis ad invicem responsuræ. Induciis autem tam deliberatoriis, quam aliis partibus competentibus ipsæ partes ad invicem renuntiârunt. Ut hiis autem plena fides habeatur, Nos Dei gratiâ Abbas Ecclesiæ Medlicensis Judex Delegatus Domini PP. præsentem cedulam nostri sigilli munimine roboramus. Ego Prior Ecclesiæ Medlicensis subdelegatus venerabilis Præpositi de Neunburch cum proprium sigillnm non habeam sigillum mei Conventûs huic cedulæ appendo. Ego Wernhardus Notarius dicti Abbatis de mandato Abbatis & Prioris hæc omnia scripsi & in præsentem formam redegi. Dat. Wiennæ XI. Kal. Novembr. præsentibus testibus Alberto Capellano dicti Abbatis, Decano de Neunburch, Dietrico de Tuninge, Leupoldo de Ramsholtzpach, Eberhardo, Wolflino incisore. Anno M.CC.LVI. VI. Kal. Julii, in Ecclesia S. Petri Wiennæ. Cùm supra controversia, quæ vertitur inter Ulr. procuratorem

ven.

ven. Episcopi Frisingensis, & Wisintonem Presbyterum de Wienna super Ecclesia de Probstorf causa suspicionis coram nobis esset proposita per ipsum Wisintronem, non tamen probata, videlicet quod nimis favorabiles essemus eidem Episcopo, cui quidem Episcopo debitam reverentiam & favorem gerimus sine præjudicio tamen & gravamine partis alterius, Deo teste, ac ipsis assessoribus videlicet Magistro Gerhardo Domini Papæ Capellano, Plebano Wiennen. & Magistro Heinrico de Sancta Petronella, nec non aliis viris discretis scientibus Domini Wisintonis & aliorum, alia etiam causa gravaminis allegata, lite contestata, fuit per dictum Wisintonem, videlicet, quod dicto procuratori testimonium perhibuimus per litteras nostras super eo, quod prædicti Wisinto & Ulr. procurator de communi consensu in præsentia nostri judiciis deliberatoriis & aliis ipsis competentibus ad invicem renunciâtunt, quæ siquidem renunciatio Wiennæ in hospitio nostro facta fuit publicè. Nos Abbas Medliceñs. judex Domini PP. Delegatus, & M. Prior ejusdem Ecclesiæ Subdelegatus judex Præpositi de Neunburch communicatô Sapientum consiliô pronunciavimus tales exceptiones, & prædictas causas non fore admittendas, & interloquendo pronunciamus, non obstantibus appellationibus præmissis & causis post litem contestatam contra juris ordinem propositis, ipsum Wisintonem dicto procuratori legittimè respondere, maximè cum appellatio vel provocatio dici non valeat, quæ facta est extra judicium in choro Sancti Stephani in Ecclesia Wieñ. ex eo, quod idem Dominus Wisinto postmodum coram nobis quasi renunciando voluntariè eo quod fecit cum adversario expertus est in jure. Eodem die VI. Kal. Julii fuit revocatus Dominus Wisinto post appellationem, quam emisit viva voce sine scriptis, & quæsitum fuit ab eo, si in aliquo esset gravatus, illud gravamen parati erant judices revocare, & super hoc sæpius requisitus, nullam causam legittimam gravaminis assignabat. feriâ secundâ coram nobis judicibus O. & M. Priore comparuit dictus Wisinto deferens quandam appellationem in scriptis, cujus tenor talis est. Coram vobis viris venerabilibus Domine Abbas & Prior Medliceñs. super eo, quod alter vestrûm scilicet Prior, suô sigillô nec alio usus me non citavit, solus in causa procedere non potuit. Item quod non admissô Advocatô meô tempus inveniendi Advocatum alium mihi denegastis. Item quod inducias deliberatorias & libellum conventionalem negastis. Item quod exceptiones dilatorias & peremptorias negastis. Item quod quædam littera, cujus copiam non habui, sine mea conscientia ex parte vestri emanavit, quæ continebat, quod induciis & exceptionibus mihi competentibus renuntiârim. Item quod vos habeo suspectum, quod Domino Frisingensi meo Adversario nimis estis familiaris, ad Sedem Apostolicam appello, Apostolos peto, salvis aliis exceptionibus meis loco & tempore proponendis, salva mihi etiam appellatione præmissa ad cautelam. Litteras citationis recepi coram Magistro Gerhardo Plebano Wienneñ. Heinrico Ruteno, Marquardo, Chunrado de Sancta Katherina Sacerdotibus & aliis. Hujus appellationis testes: Dominus Philippus Abbas Scotorum, Magister Gerhardus Plebanus Wienn. Magister Hainricus Plebanus de Sancta Petronella, Otto Decanus Neunburgen. Rutenus, Nicolaus Sacerdotes, & alii, qui aderant. Actum Wienn. in Ecclesia S. Petri VI. Kal. Julii, Anno Domini Millesimo CC. LVI. Nos vero judices auditis rationibus & allegationibus procuratoris Domini Frisingensis communicatô Sapientum consiliô interloquendo pronunciamus, prædictam appellationem esse frivolam & inanem, & parati sumus recipere testes Frisingensis Episcopi super hiis capitulis. Hæc sunt capitula, quæ probare intendit Ulr. procurator Domini Frisingensis, quod fundus cum universis suis pertinentiis, in quo sita est Ecclesia in Probstorf, est proprietas Ecclesiæ Frisingensis, & quod Duces Leup. & Fridericum in feudum habuerunt dictum fundum cum pertinentiis & jure patronatûs ab Episcopo Ecclesiæ Frisingensis, & quod per mortem dictorum Ducum dictus fundus cum pertinentiis & jure patronatus reversus est & devolutus ad dominium & usus dicti

dicti Episcopi & Ecclesiæ Frisingeñ. Item eodem die vocavimus Dominum Wisintonem per Capellanum nostrum Al. ut veniret ad testes audiendos, & expectatus non venit, nec aliquem pro se misit. Hü sunt testes, qui juraverunt dicere veritatem super capitulis præmissis. Leupoldus Præpositus Ardacensis, Leupoldus Plebanns de Entzenstorf, Magister Heinricus Canonicus Ardaceñ. Dietmarus Sacerdos de Entzenstorf, Hainricus Scolaris ibidem, Dominus Otto & Remboto fratres de Bisruch. Fer. III. V. Kal. Julii Wisinto Presbyter vocatus fuit à judicibus Domini PP. per Capellanum Domini Abbatis de Medlico ad excipiendum & contradicendum in personas & dicta testium, & non venit. Recepti sunt testes, quos Ulr. procurator produxit, & dicta eorumdem testium publicata. Deinde lectum fuit papale Instrumentum. Postea contra Dominum Wisintonem lata fuit sententia diffinitiva præsentibus testibus in sententia annotatis, & idem procurator missus fuit in possessionem juris patronatûs Ecclesiæ in Probstorf nomine Episcopi & Ecclesiæ Frisingensis, datus fuit Executor dicto procuratori Plebanus de Enceinstorf, & Dapifer de Grischenstein datus fuit ei in Defensorem. Dominus Heinricus Canonicus Ardaceñ. testis juratus interrogatus dixit, quod fundus cum universis suis pertinentiis, in quo sita est Ecclesia in Probstorf est proprietas Ecclesiæ Frisingensis. Interrogatus, qualiter hoc sibi constet? respondit, quod ab eo tempore, quo recordari potest Dux Leupoldus & Fr. fuerint vasalli Ecclesiæ Frisingeñ. pro eadem Ecclesia & fundo ipsius, & omnibus pertinentiis, & jure patronatûs, & quod proprietas fundi ipsius Ecclesiæ & omnium possessionum pertinentium ad ipsam Ecclesiam, cum adhuc terra esset inculta, & novella plantatio, & antequam esset Ducatus in Austria, jure donationis pertinuit ad eandem Ecclesiam Frisingeñ. & interrogatus, quis fuerit donator prædictorum? respondit, quod audivit & legit in libro traditionum Frisingeñ. Ecclesiæ de quodam Marchione, cujus nomen ignorabat. Interrogatus, si prædicti Duces dictas possessiones cum fundo Ecclesiæ, & jure patronatus pacificè & quiete sine interruptione possederint à tempore, quo recordari potest? respondit, quod sic. interrogatus, à quo tempore recordari possit, hoc fuisse verum? respondit, à XXXVI. annis retro. interrogatus iterum, si post mortem dictorum Ducum F. dictus fundus cum pertinentiis & jure patronatus reversus est & devolutus ad dominium & usus dicti Episcopi & Ecclesiæ Frisingeñ. respondit, quod sic. Iterum interrogatus, utrum prædicti Duces Leup. & Fr. Vasalli Ecclesiæ Frisingeñ. ad Ecclesiam de Probstorf præsentaverint Plebanos Dyocesano tanquam Patroni? respondit, quod sic. Interrogatus, qui fuerint præsentati & admissi? respondit, quod Dominus Heinr. tum Præpositus Patav. qui fuit postea prædicator. Ulr. quondam Plebanus in Dræschirchen, Eberhardus Canonicus Patav. postea occisus, Magister Heinricus Physicus postea Plebanus in Ruspach, Magister Leup. quondam Wieñ. Plebanus, Albertus Comes de Eberstein. Iterum interrogatus, si quis præsentaverit post mortem prædictorum Ducum? respondit, quod Dominus Frisingensis præsentaverit Eberhardum Præpositum de Werrsee Dyocesano. Interrogatus, ubi fuerit præsentatus? respondit Wiennæ. Interrogatus, quando? respondit, quod à tempore vacationis ipsius Ecclesiæ, quam citò pervenit fama, sive rumor mortis Alberti Plebani ad notitiam dicti Episcopi Frisingensis, eundem Præpositum præsentavit. Leupoldus Plebanus de Enceinstorf testis juratus interrogatus dixit, quod fundus cum universis suis pertinentiis, in qno sita est Ecclesia in Probstorf est proprietas Ecclesiæ Frisingensis. interrogatus, qualiter hoc sibi constet? respondit, quod dictas possessiones cum Ecclesia assecuta est Ecclesia Frisingensis per Marchionem, qui fuit, antequam ducatus esset. interrogatus, utrùm Dux Leup. & Fr. in feudum habuerint dictum fundum cum pertinentiis suis & jure patronatûs ab ipso Episcopo Frisingensi? respondit, quod sic, & ab eo tempore quo recordari potest. Iterum interrogatus, si quietè & pacificè & sine interruptione possederint prædictas possessiones, & jus patronatûs in Ecclesia memorata? respon-

respondit, quod sic à XXX. annis retrò, quibus recordari potest. Iterum interrogatus, si post mortem dictorum Ducum dictus fundus cum pertinentiis suis & jure patronatûs reversus est & devolutus ad dominium & usus dicti Episcopi & Ecclesiæ Frisingeñs? respondit, quod sic. In aliis concordat in omnibus cum Domino Heinr. Canonico Ardacensi teste jam prædicto; eo adjecto, quod tempore persecutionis Ducis Fr. ipsam Ecclesiam cum fundo, in quo sita est Ecclesia in Probstorf cum pertinentiis suis idem Dux assignavit Episcopo Frisingensi ad cautelam, ne sibi fieret præjudicium occasione dictæ persecutionis. Dietmarus Sacerdos de Entzenstorf testis juratus interrogatus dixit, quod fundus, in quo sita est Ecclesia in Probstorf cum omnibus possessionibus & pertinentiis suis pertinet ad Episcopum & Ecclesiam Frisingensem. Iterum interrogatus, quomodo hoc sibi constaret? respondit, quod ab alio, & patre suo intellexerit, quod proprietas & fundus Ecclesiæ memoratæ pertineret ad Ecclesiam Frisingensem; & quod quidam Marchio dictas possessiones cum pertinentiis suis dictæ Ecclesiæ Frisingensi contulerit. Item de assignatione feudorum tempore persecutionis Ducis Fr. idem dicit cum Plebano Leup. de Entzenstorf. Item de quieta & pacifica possessione juris patronatûs in Probstorf & possessionibus pertinentibus ad eandem Ecclesiam, quòd habuerunt quondam Dux Leup. & Fr. & revolutione proprietatis dictarum possessionum & juris patronatûs post mortem dictorum Ducum ad Ecclesiam Frisingensem, & præséntationem factam ab ipsis Ducibus præmortuis Plebanorum usque in hodiernam diem idem dicit cum primo teste Domino Heinr. Canonico Ardaceñ. excepto eo, quod non recordatur de præsentatione facta Domini Heinrici tum Præpositi; & insuper dixit, quod & Dominus Reinherus fuit præsentatus à Duce Fr. in Ecclesia memorata. Heinricus Subdiaconus de Entzenstorf testis juratus interrogatus dixit, quod sibi constet per auditum, quod Ecclesia Frisingensis fuit, & est in possessione proprietatis, in qua sita est Ecclesia in Probstorf. Interrogatus de aliis, respondit, se nichil aliud scire, nisi per auditum, eò quod sit vix XX. annorum. Otto Miles de Spilberch testis juratus interrogatus dixit, sibi constare pro certo, quod Ecclesia Frisingensis fuit in possessione proprietatis fundi, in quo sita est Ecclesia in Probstorf, & omnium possessionum ad eam pertinentium à XL. annis retrò, & quod Marchio Patruus Heinrici Imperatoris contulit prædictas possessiones Ecclesiæ Frisingensi, sicut veraciter intellexit à progenitoribus suis, & quod hæc donatio facta fuit à tempore, cujus nunc non extat memoria. Item dicit, quod idem fundus, in quo sita est Ecclesia cum villis, possessionibus, & omnibus pertinentiis suis & jure patronatûs collatus est in feudum Duci Leup. ab Ottone & Geroldo Episcopis nomine Ecclesiæ Frisingensis ante XL. annos, & dicit se fuisse præsentem, quando Geroldus Episcopus de eodem fundo, in quo sita est Ecclesia in Probstorf cum omnibus pertinentiis infeodavit Ducem Leup. Wiennæ in domo Camerarii. Interrogatus de tempore? respondit, quod possunt esse plus quam XXXVI. anni. Interrogatus, qui fuerint præsentes? respondit, Eberhardus de Swælinge, Fridericus de Swæling. Chunradus de Humel, Hainricus de Vagen, Ainwicus de Lusnich, Heinricus de Prunn, Irnfridus de Hintperch Milites, & alii quam plures; fuit etiam præsens, quando Episcopus Chunradus, qui nunc est, infeodavit Ducem Fr. de prædictis. Interrogatus de tempore? dicit, quod possunt esse XXII. anni. Interrogatus de loco? respondit, se non recordari, & dicit, quod in Nova Civitate tempore persecutionis Domini Ducis Fr. item Dux Fridericus dictum fundum in quo sita est Ecclesia in Probstorf ad cautelam resignavit, ne Ecclesia Frisingensis per Fr. Imperatorem, qui eundem Fr. inpugnabat, fraudaretur jure suo. De præsentatione diversorum Plebanorum facta per dictos Duces Ordinario ad Ecclesiam memoratam, & quieta & pacifica possessione juris patronatûs in eadem Ecclesia, & possessionum pertinentium ad eandem eorumdem Ducum, & revolutione proprietatis, & jure dominii prædictorum post mortem prædi-

prædictorum Ducum ad Ecclesiam Frisingensem, & possessione, in qua hodie est Episcopus Frisingensis sine cujusquam impedimento idem dicit per omnia cum Dietmaro Sacerdote de Entzeinstorf. Reinboto Miles frater Ottonis testis juratus interrogatus dicit in omnibus & per omnia sicut frater suus Otto, eo excepto, quod non dicit, se non recordari de Ottone Episcopo, & Infeodatione, quam fecit idem Episcopus Duci Leup. & de loco infeodationis factæ Duci Fr. ab Episcopo Chunrado, qui nunc est, adjecit super dictum fratris sui, quod facta fuerit in Wienna, de tempore concordat cum fratre suo, & dicit, quod præsens fuit, quando hoc factum fuit coram Irmfrido de Hintperch & fratre suo Chunrado & Heinr. de Prunn Ministerialibus & aliis quam pluribus. Dominus Leup. Præpositus Ardacensis & Canonicus Pataviensis testis juratus interrogatus dixit, quod fundus, in quo sita est Ecclesia de Probstorf, cum ipsa villa parochiali, quæ vocatur Probstorf, & aliis villis, quæ vocantur Schöuahe & Urvar, & omnibus possessionibus cum pertinentiis suis pertinentes ad easdem villas collatus fuit ab eo tempore, cujus non extat memoria in feudum Ducibus Austriæ ab Ecclesia Frisingensi; & dicit, quod proprietas in prædictis locis sicut pro certo est de jure & proprietate Ecclesiæ Frisingensis. Item dicit, quod Duces Leup. & Fr. fuerint in quieta possessione prædicti fundi & possessionum usque ad mortem eorum nomine Ecclesiæ Frisingensis, & quod præsentati sunt à prædictis Ducibus & admissi sine contradictione Ordinario tales Plebani: videlicet Heinr. tum Præpositus Patav. Ulr. de Dræschirchen, Eberhardus de Johanstorf Canonicus Patav. Magister Heinricus Physicus, Magister Leup. quondam Wienneñ. Plebanus, Albertus Comes de Eberstein. Item dicit, quod fundus & proprietas, in quo sita est Ecclesia de Probstorf, post mortem prædictorum Ducum immediatè reversus & devolutus est ad dominium & jus Ecclesiæ Frisingensis sine cujusquam contradictione, & quod Dominus Frisingensis hodie est in quieta possessione. Chunradus Sacerdos testis juratus interrogatus dixit, quod à tempore scientiæ vacationis Ecclesiæ in Probstorf Episcopus Frisingensis infra sex menses Dominum Ewerhardum Werdensem Præpositum Berhtoldo Episcopo Pataviensi præsentavit ad Ecclesiam memoratam. Interrogatus, si fuerit admissus? respondit, quod non. Ortwinus de Sachsengange testis juratus interrogatus dixit, quod fundus cum universis suis pertinentiis, in quo sita est Ecclesia in Probstorf, esset proprietas Ecclesiæ Frisingeñs. Item dixit, quod post mortem dictorum Ducum dictus fundus cum pertinentiis suis & jure patronatûs reversus est & devolutus ad dominium & usus Ecclesiæ Frisingens. Item dixit, quod prædicti Duces præsentaverunt Dyocesano Episcopo tres personas ad eandem Ecclesiam, & admissi sunt, videlicet Heinr. de Probstorf, Leupoldus quondam Wieñn. Plebanus, Albertus Comes de Eberstein. Item dixit, quòd post mortem prædictorum Ducum de dicto fundo nulla sibi fuerit mota quæstio, & quod sine interruptione dictum fundum possederit pacificè & quietè. Leupoldus de Sachsengang testis juratus interrogatus dixit, quod fundus cum universis suis pertinentiis, in quo sita est Ecclesia in Probstorf, est proprietas Ecclesiæ Frisingeñs. Item dixit, quod quondam Fr. Dux Austriæ in feudum habuerit dictum fundum cum universis pertinentiis suis & jure patronatûs ab Episcopo Ecclesiæ Frisingensis. Item dixit, quod post mortem dicti Ducis dictus fundus cum universis pertinentiis suis & jure patronatûs immediatè est devolutus & reversus ad Ecclesiam & Episcopum Frisingeñ.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno Domini M. CC. LVI. Indictione XIII. VI. Kalend. Julii. Ego Ortolfus Abbas Ecclesiæ Medlicensis judex Domini Papæ Delegatus, & M. Prior ejusdem Ecclesiæ judex Subdelegatus Venerabilis Præpositi Neunburgeñ. prout patet per litteras Præpositi memorati, quas recepi non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vitu-

vituperatas sub sigillo Præpositi sæpe dicti, quarum tenor talis est: Chunradus Dei gratiâ Præpositus Neunburgensis dilecto in Christo fratri - - Venerabili Priori Ecclesiæ Medlicensis Salutem in omnium Salvatore. Cùm causæ, quæ vertitur inter Dominum nostrum Frisingensem Episcopum, & Wisintonem Presbyterum super Ecclesia in Probstorf nobis & Venerabilibus - - Medlicensi, & - - Scotorum in Wienna Abbatibus per Sedem Apostolicam commissæ, prout ex Scripto Apostolico, quod apud dictum venerabilem Abbatem Medlicensem, si expedit, requiratis, arduis Ecclesiæ nostræ negotiis impediti interesse non possimus, vobis in ipsa causa terminanda committimus totaliter vices nostras. Datum in Neunburch V. Non. Octobr. Receptis litteris Romani Pontificis & Abbatis Scotorum in Wienna sub Bulla Papali & sigillô antenticô ipsius Abbatis in nulla sui parte vitiosas, aut vituperatas, sive abolitas in hunc modum: Alexander Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis - - - Medlicensi & - - Scotorum Wienn. Abbatibus & - - - Præposito Ecclesiæ Neunburgensis Pataviensis Dyocesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Querelam Venerabilis fratris nostri - - - Episcopi Frisingensis recepimus &c. ut supra. Dilectis in Christo fratribus, & amicis - - Abbati Medlicensi, & - - - Præposito Neunburgensi Ph. Abbas Scotorum in Wienna fraternam in Domino Karitatem. Cùm causæ, quæ vertitur inter Dominum nostrum Frisingensem Episcopum, & Wisintonem Presbyterum de Wienna super Ecclesia in Probstorf vobis & nobis ab Apostolica Sede commissæ interesse non possumus, nec velimus, consulimus & petimus, ut secundùm quod ab Apostolica Sede habetis in mandatis, in eadem causa procedatis, scientes, quod causas inviti suscipere non cogimur, privilegio Apostolico nobis super hoc concesso. Partibus citatis oblato libello, & lite coram nobis legittimè contestata super eodem libello, cujus tenor talis est: Coram vobis Domino Abbate Medlicensis Ecclesiæ judice Domini Papæ Delegato, & Priore ejusdem Ecclesiæ Subdelegato Præpositi Neunburgensis conquerendo proponit Ulr. Ecclesiæ Sancti Andreæ Canonicus Venerabilis Episcopi Frisingensis Procurator, quod Dominus Wisinto Presbyter de Wienna Ecclesiam in Probstorf, in qua idem Episcopus jus patronatûs habet, in ejus præjudicium & gravamen clam occupavit, & detinet contra justitiam occupatam; Unde petit dictus procurator, quatenùs prædicto Wisintone amoto de Ecclesia præfata prædictum Episcopum vel ipsum procuratorem nomine ipsius Episcopi in possessionem juris, quod in dicta habet Ecclesia, cum universis pertinentiis restituatis, salvo jure diminuendi vel addendi. Auditis & intellectis rationibus & allegationibus utriusque partis, & viso instrumento sub Bulla Papali non vitiato, non vituperato in aliqua sui parte, cujus tenor talis est: Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri Ottoni Episcopo Frisingensi, ejusque Successoribus canonicè substituendis in perpetuum. Ex commisso nobis à Deo Apostolatûs officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesiis sibi à Deo commissis suam justitiam conservare. Proinde dilecte in Domino frater Otto Episcope preces tuas rationabiles clementer admittimus, & personam tuam cum commissa tibi à Deo Ecclesia sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisque Successoribus, & illibata permaneant. Sancimus etiam, ut in quocunque Episcopatu in fundo Frisingensis Ecclesiæ Monasteria, vel Ecclesiæ ædificatæ sint, assensu, & consilio tuo in eis Presbyteri statuantur; jura quoque Ecclesiæ tuæ, quæ Venerabilis frater noster Chunradus Saltzpurgensis Archiepiscopus recognovit, & Scripti sui auctoritate firmavit, tibi & commissæ tibi Ecclesiæ confirmamus. Decernimus ergò, ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam teme-

temerè perturbare, aut decimas, bona, & possessiones ipsius auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel ab ipsa alienare, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integrè conserventur, tuis, tuorumque Successorum usibus profutura. Præterea, quoniam Advocati ad defensionem Ecclesiæ statuuntur, Advocatis ipsius Ecclesiæ omnimodis interdicimus, ne aliquod gravamen eidem loco, vel rebus ad ipsum pertinentibus inferre, vel aliquid præter jus suum ab eis exigere præsumant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptaverit, secundò, tertióve commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisve sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat & à Sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini Jhesu Christi; quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani per manum Baronis Capellani & Scriptoris XII. Kalend. Decembr. Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno Domini M. C. XLI. Pontificatûs verò Domini Innocentii Papæ II. anno XII. Et meritis ipsius causæ, & partium plenius consideratis & receptis testibus, & aliis probationibus, & legittimis documentis, per quæ dictus Procurator Frisingensis Episcopi intentionem suam plenè fundâsse dinoscitur, pariter & probâsse, habito sapientum consilio dictum procuratorem præfati Episcopi nomine Ecclesiæ Frisingensis, & ejusdem Episcopi pro tribunali sedentes in possessionem juris patronatus Ecclesiæ in Probstorf sitæ in fundo Frisingensis Ecclesiæ restituimus cum pertinentiis universis, præfatum Wisintonem Presbyterum à dicta Ecclesia finaliter amoventes, condempnando eundem Wisintonem ad restitutionem fructuum, quos de dicta Ecclesia dinoscitur percepisse. Et quia nobis constitit legittimis documentis, & probationibus supra dictis, dictum fundum, in quo sita est Ecclesia in Probstorf, cum universis pertinentiis, & jure patronatûs ad ipsam Ecclesiam Frisingensem pertinere, præfato procuratori nomine Episcopi & Ecclesiæ Frisingens. memoratum jus patronatus per diffinitam formam adjudicamus, non obstantibus appellationibus, quas idem Wisinto fecisse dinoscitur, quas reputamus frivolas & inanes. Datum Wiennæ in Ecclesia S. Petri V. Kalend. Julii præsentibus testibus, Venerabili Abbate Scotorum in Wienna, Alberto Capellano venerabilis Abbatis de Medlico, Thoma & Matthæo Cappellanis dicti Abbatis Scotorum, Leupoldo Plebano de Entzenstorf, Heinrico Canonico Ardacensi, Heinrico Notario, Fratre Heinrico, Fratre Rudigero de ordine Prædicatorum, Ottone. Ego Wernhardus de mandato prædictorum judicum scripsi summam & in præsentem formam redegi.

Hæc omnia privilegia, quæ per ordinem ex utroque latere præsens continet littera, coram nobis in judicio sunt recitata, & per manum publicam Alberti tabellionis capituli nostri confecta, sunt nostri pendentis sigilli munimine ad perpetuam rei memoriam communita. Acta sunt hæc Ratisponæ in Consistorio Kathedralis Ecclesiæ coram nobis in judicio sedentibus pro tribunali Anno Domini Millesimo CCLXXXIV.

Num. CLXXXI. 2.

IN dem Namen des Vaters, vnd des Svns, vnd des hiligen Geistes. Ich Chunrat der Techant von sanct Peter daz Mv(e)nichen des Hern Wilbrechts sun eins Bvrga(e)rs von der Stat ze Munichen tu(o)n chunt allen den die disen Brief ansehent daz ich ein Capellen, vnd in der sa(e)lben Capellen einen Alter gestifftet han in den eren vnsers Herren lichnams, vnd sines blu(e)tes, vnd siner Mu-

Mv(e)ter der hohen chu(e)niginne ſanct Marien, vnd in den eren der ſv(e)zzen Magt ſanct katherinen in ſanct Peters Mv(e)nſter daz Mv(e)nichen in der abſitten gen dem markt. Vnd han divſa(e)lben Capellen, vnd den alter gewidemt mit ſechzich pheñing; die ſol man nemen alle iar von einer Wleishpenche, div ich darzu geſchaffet han, div giltet ſiben ſhilling die andern fvnf ſhilling die han ich geſchaffet ze ſelgera(e)t daz der Pharra(e)r von der ſalben chirchen, daz ſanct Peter mit ſiner ſhatheit alle ſamztagen naht, nah der Veſper mit einer Antiphen von ſanct Katherine in die ſa(e)lben capellen gê, vnd ein collectam da ſpreche, von der ſa(e)lben Frowen ſancte Katherine, vnd daſs er alle ſuntage frv(e)miſſe da heizze ſingen. dar vmbe han ich im geſchaffet von den vberigen fv(e)nf ſhillinge alle iar drizzich pheñing ze ſelgera(e)t, vnd zu der Widmvng, vnd ſhaffe ſinen geſellen den brieſteten vier vnd zwainzich pheñing ſinen ſchv(e)lmaiſter a(e)cht pheñing. vnd den ſchv(e)la(e)rn zwelf vmb bretzen alle iar ze miner iarzit. des pharra(e)rs ſchv(e)lar ſechs pheñing. dem meſna(e)r vier pheñing daz er min iarzit mit gelevtte begê, und ſchaffe dem pharra(e)r von vnſer frowen datz Mvnichen zwainzich pheñing, vnd ſinen brieſtern ſechzehen pheñing. hintz dem ſpitale ze Mv(e)nichen ſchaffe ich zwainzich pheñing vmbe milch den ſiechen. dem pharra(e)r des ſa(e)lben ſpitals zehen phennig, daz ſa(e)lbe geſcha(e)ft han ich alſo geſchaffet, ze inen ſel gera(e)t. daz der pharrar von ſanct Peter mit den ſa(e)lben phaffen, den ich min ſel gera(e)t geſchaffet han, alle iar min iar zit begê. an dem abent mit geſange der Vigilie, und dez morgens mit ir miſſen. div iar zit ſv(e)llen ſi begen, vf ſanct Katherinen abent, durch Got, und durch des ſelgera(e)tz willen. ſwer aber zu(o) der ſa(e)lben Vigili nit chumt, in irre danne ehaft not, des ſa(e)lben tval ſol der pharra(e)r von ſanct Peter teilen, vnder ander phaffen die da ſint. Ich tv(o)n auch chunt, das ich auch ein ander Vleishpanch ſhaffe zu(o) dem liecht in div capellen die vor genant iſt ze inem ewigen liecht das ewichlichen da brinnen ſol, als verre es gelangt, durch miner ſel willen. die zwo Vleiſchpenche di ich alſo geſhaffet han ze widemvnge, ze ſel gera(e)t, zu(o) dem liecht als vor geſchriben iſt ligent bi ein ander. vnd ſtent auch ze glichem zins, das alle iar ietwederm ſol gelten ſiben ſchilling. den zins ſol man geben alle iar an ſanct Martins tach, vnd ob ſi die pheñing nicht engebent an dem ſa(e)lben tag, ſo ſv(e)ln die penche ledich ſin von den die ſi habent ze dem zins, vnd ſol mans andetn levten lazzen. der pharra(e)r und der chirchbrovſt von ſanct Peter ſv(e)llen die benche ſezen, vnd entſetzen, vnd das geſcha(e)fft alſo ſta(e)t haben, als ſi Got, vnd den hiligen, in der eren ez geſchaft iſt, vnd alle gelo(v)bigen ſelen, vnd auch mir an dem iungeſten tag da von antwrten ſu(e)llen. vnd min ſrwñt die danne lebent die ſv(e)llen dez geſcha(e)ffes alle iar maner ſin, gen dem pharra(e)r im rechlichen durch Got, vnd durch ir triwen willen. Ich pitte auch durch Got, vnd ſhaffe es veſtichlichen, das man das Selgera(e)t, vnd das geſhafte, das ich da geſchaft han, nicht zeſto(e)ren ſol noch zerbrechen, noch verchvmbern, noch verſetzen durch deheinerlei not willen. wan es ſol ewichlichen weren durch miner ſel willen. geſcha(e)h aber das, das Got nicht en welle, das man mir es nicht ſta(e)t weld haben, und das das geſcha(e)ft geſto(e)rt ſolt werden, ſo ſhaffe ich die vorgenanten penche verlichen als von recht min rechtte gechôftz eigen, ein panch hintz friſinge, halbiv hintz dem tv(o)m, vnd halbiv hintz ſanct Andre minen herren in die gemeinen phrv(e)ntte, daz ſi min dar vmb gedenchen. die andern panch ſhaffe ich hintz ſpital ze Mv(e)nichen, halbiv hintz ſanct Katherinen alter daz dem ſa(e)lben ſpital in das liecht, und halbiu in die ſiechſtuben den ſiechen, das man in ein mal da von geb, als verre es gelange. Iſt aber das die benche verbrinnent, ſo ſol man ieglichem, dem das geſcha(e)fte iſt, nach ſiner mazze abbrechen des geſchaftes, vntz die penche wider gezimert werden, vnd an ir rechten Zins cho(e)men. daz aber das geſcha(e)ſte, vnd das Selgera(e)t ſtat, vnd vnzerbro-

chen

chen belibe. darumb hat man disen brief gestatigt, vnd gevestent mit der stat insigel ze Mv(e)nichen vnd mit des chors Insigel ze Frising. vnd mit des spitals insigel ze Mv(e)nichen, vnd mit des Hern V(o)lrichs Insigel des Pharra(e)rs von vnser frowen ze Mv(e)nichen, vnd auch mit minem Insigel ze iner ewigen staticheit vnzerbrochenlichen, in dem namen des Vaters, und des Snns, vnd des heiligen Geistes. daz Gescha(e)fte als hie verschriben ist, ist geschehen nach christes geburtte do sin was tousenr iar, vnd zwei hvndert iar, in dem vier vnd achzigisten iar, an sanct Georien tag.

Nota.

Hoc instrumentum, saltem aliqua sui parte Ecclesias duas Frisingenses concernens, primum nobis fuit exhibitum, cum jam cætera Instrumenta in ordinem fuissent redacta, numerata, & ad prælum destinata. Hinc visum est illud hic, ceu loco debito, inserere, & Numero CLXXXI. colligare.

Num. CLXXXII.

Wir Albreht von Gotes Genaden Hertzoge von Oesterriche, und von Stier, Herre von Kraien, unt von der March, unt von Portenawe, tun allen den kunt, die disen prief hörnt unt sehent, daz zwischen unserm Herren unt Mage, Bischof Enichen von Vrisingen, unt zwischen unsetm Diener Wilhalm von Sharfenberch, also getaidieget unt gent ist, daz derselbe Wilhalm von Sharfenberk für sich, unt füt all sin Erben des gesworn hat, daz er unr sin Etben ob er nit en ist, noch vor sant Tomas tage, der nu schierst chumt, dem Bischoue Enichen, unt sinem Gotshause von Vrisingen, oder sinem Nachchomen, ob er niht ist, allen den schaden ablegen unt gelten sol, den derselbe Wilhalm von Sharfenberch, dem Bischof Enichen, unt dem Gotshus von Vrisingen nu neulich hat getan auf der March umbe Gutenwerde, für Stetwalten, für den er in niht zerehte gephenten mehte, noch solte, sit daz derselbe Stetwalt desselben Bischofs Enichen, behuster man niht ist, noch in sinen steten, noch auf sinen Vesten gesezen ist. Vnt darumbe hat derselbe Wilhalm von Sharfenberk für sich, unt füt alle sin Erben in desselben Bischofs Hant gesetzet zwainzech March gült, die er von dem Bistum von Vrisingen ze Lehen hat, unt zehen Mark gült, die er von uns ze Lehen hat, daz die von uns, unt von demselben Bischof ledik sin, ob derselbe Wilhalm von Sharfenberk, oder sin Erben dem Bischof Enichen, oder sinem Nachchomen von Vrisingen, niht ablegent und gelten den schaden, der vor Maister Hermanne von Chissingen, desselben Bischofs Enichen Shriber, unr vor Lienharten sinem Amptmanne, unr vor sinem rihter, unt vor Vzolten von Gutenwerde, von des Gotshus Leuten bewart unt braht wirt. Darüber hat Hainrich von Nazzenfuze elliu siniu Lehen, die er von dem Gotshause von Vrisingen hat gesetzer in desselben Bischofs Enichen Hant in phans gewis, daz er darauf haben sol also lange, untz daz im sin schade ab werde getan, unt dem Gotshause von Vrisingen, also mit der beschaidenhait, als hie vor gesphrochen ist, ob Wilhalm von Sharfenbetk von sant Thomas tage über vier Wochen dem Gotshause von Vrisingen sinen shaden niht ablege, daz er danne in die Stat ze Wienne varn sol, und darauz

niht

niht chomen, an desselben Bischofs Enichen Vrlaup, oder sins Nachchomen, unt ez en werde dem Gotshause von Vrisingen sin schade ab gelen. Tär auer Wilhalm von Sharfenberk des niht, daz er dem Gotshause von Vrisingen in der vrist niht sinen schaden ableit, noch ze Wienne niht in für, so solten die zwainzeh mark Geltes ledik sin, die er von dem Gotshuse von Vrisingen ze Lehen hat, unt die zehen mark gelts, die er von uns ze Lehen hat; unt dannoch solt daz Gotshaus von Vrisingen also lange auf Heinrichs Phande von Nazzensüze haben, unz im sin schade gar ab werde getan, unt sol doch des Pischofs chlage von Vrisingen offen sten, als e, gegen Wilhalm von Sharfenberk, umbe den schaden, den er unt sin Gotshus von im genomen hat. Das Gelübde ist geschehen vor disen gezingen, die hie benant sint, vor unsern Dienstmannen, Otten von Haslawe, unt Otten von Liehtenstain, Wlvingen von Kyauue, Chunen von Gutrar, Jacobs von Hermansdorf, Ekharden von Vihdorf, Albreht dem Proter. unt Grauen Gerhart Bischof Enichen Pruder, Maister Hainrichen dem Probst von Wertse, Maister Hermanne dem Probst von Ardaker, Herren Frideriche dem Probst von Mosburch und andern biderben Leuten. Darzu geben wir disen prief zeinen Vrchunde, wan er sin Insigel bi im niht her. Diser prief ist geschtiben unt gegeben, *datum Wienne*, nach Kristes Geburte tausent zwaihundert iar, und vier unt ahzek iar, an sante Chlementen tage.

NUM. CLXXXIII.

EGo Wilhelmus de Schærfenberch notum facio presencium inspectoribus universis, quod ad restauracionem bonorum per me hoc anno hominibus in Gutenwerde ablatorum pro XXI. Marcis Aquilegiensium denariorum, pro quibus Ecclesie Frisingensi in eadem solucione debitor remansi, obligo eidem Ecclesie Frisingensi octo mansos sitos in villa Logon, tali condicione apposita & adjecta, quod si easdem XXI. Marcas usque ad Dominicam medie Quadragesime, quæ cantatur Letare, proximò nunc venturam hominibus de Guttenwerd non persolverem, quod jam dicti octo Mansi proprietatis titulo redeant ad prefatam Ecclesiam Frisingensem; ita quod de cetero nec ad me, nec ad heredes meos revertantur. In cujus rei testimonium presentes litteras jam dicte Ecclesie tradidi, mei pendentis sigilli munimine roboratas. Actum & datum in Gutenwerd anno Domini M. CC. LXXX. quinto, in die Sancti Vincentii Martyris. presentibus testibus subnotatis, videlicet Heinrico Notario dicto Dinger, Uzoldo & Chunrado dicto Puntschuch de Gutenwerde, Gozzlino Schibto de Gutenwerd, & aliis fide dignis.

NUM. CLXXXIV.

ACtiones hominum temporales propter vite brevitatem, diversitatem actuum, & labilem humani capitis memoriam oblivionis plerumque scrupulo intricantur, nisi scripturarum testimonio perhenni robore solidentur. Hinc est, quod nos Enicho Dei gratiâ Frisingensis Ecclesie Episcopus tenore presencium profitemur, quod nos tria feoda prope Jaistorf, quod vulgo dicitur *in der Plavitzen*, & unum in Grillenperge, que per mortem Erchengeri de Judenburch, item unum feodum *an dem Stalbaum*, quod per mortem Eberhardi Clerici, item aliud feodum ibidem Ottonis de Holtze, item unum feodum in Veustritz, quod per mortem Domini de Trewensteine, item *in der Polan* duas hubas, & unam in Rotenmanne, unam in Reivnich, & unam in Hinterekke *an der Ekkgazzen*, que per mortem Ch. de Judenburch nobis & Ecclesie Frisingensi vacare ceperunt & ad manus & collacionem nostram liberè sunt reversa ad instanciam & peticionem

cionem dilecti & specialis amici nostri honorabilis viri Domini H. venerabilis Abbatis Admuntensis, nec non occasione cujusdam summæ pecuniæ, videlicet LXX. Marcarum argenti, in quibus Ulricus & H. fratres, filii sororis predicti Domini Abbatis nobis complacere studuerunt, cum omnibus suis attinenciis predictis Ulrico & H. contulimus jure ac titulo feodali. Hujus quoque collacionis, seu infeodacionis dominum & auctorem, qui vulgò dicitur Gwer nos esse profitemur in omnibus, que sunt juris. Sanè quia predicti Ulricus & H. super quibusdam predictorum feodorum, videlicet Grillenperg, Reivnich, & Hinterekk nobis & sibi timebant moveri aliquam questionem, taliter ipsis cavere duximus in hac parte, quòd si predicta feoda per nos aut procuratores nostros in jure defensa non fuerint, & obtenta, nos eadem feoda predictis Ulrico & H. recompensare tenebimur cum aliis equivalentibus feodis, quamprimùm nobis vacare ceperit in Hofmarchia nostra Weltz, aut Sancto Petro, sen aliâs, ubi videbitur expedire. Et ne super hoc imposterum aliqua recidivæ quæstionis oriatur contentio, presens instrumentum ipsis H. & Ulrico assignavimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum aput Weltz, Anno Domini M. CC. LXXXquinto. III. Idus Aprilis.

NUM. CLXXXV.

NOs Al. Goric. & Tyrol. Comes presentis scripti testimonio profitemur & constare volumus universis, nos Karissimo Domino nostro & consanguineo Emychoni venerabili Episcopo Frisingensi & suis Successoribus promisisse, quòd quondam siquis heredum Welsonis pro collacione eastrorum Welsperch & Hirnvels & suis attinenciis, ipsos aut Ecclesiam Frisingensem per impetcionem aliquam infestaverit, vel presumpserit aggravare, nos à tali vexacione ipsos Episcopos & Ecclesiam Frisingensem nostris laboribus & expensis tenebimur eripere ac tueri. Super quo nostras patentes litteras dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. presentibus testibus subnotatis, videlicet Domino Ch. venerabili Abbate de Wyhensteven, Comite Geth. Preposito S. Andree in Frisinga, Nobili Comite Friderico de Ortenburch, Ernesto de Luenz, Ottone dicto Schalch, Ottone de Gesicz, Gerloho de Hertenberch & aliis fide dignis. Actum & datum Intice, Anno Domini M. CC. LXXX. quinto in die Sancti Luce Ew. XIII. Indictione.

NUM. CLXXXVI.

NOs Albertus Comes Goriziæ ac Tyrolis, Aquileg. Trident. ac Brixin. Ecclesiarum Advocatus tenore præsentium profitemur & constare volumus universis, quòd cùm Reverendus in Christo Pater Amicus & Consanguineus noster Karissimus Dominus Enicho venerabilis Episcopus Frisingensis nobis proponeret & exponeret varios defectus, quos per judices & officiales nostros in prædiis & hominibus hovemarchiæ Inticensis, videlicet pabulationibus, pernoctationibus, herbergis, vecturis, steuris, angariis, & perangariis & aliis quibuscumque indebitis exactionibus Ecclesiam Frisingensem & alias Ecclesias eidem Ecclesiæ attinentes, conquerebatur mihi contra privilegium inter piæ memoriæ Dominum Chunradum prædictæ Ecclesiæ Frisingensis quondam Episcopum & nos confectum indebitè sustinuisse, nos per prædictum Dominum nostrum Enichonem venerabilem Episcopum Frisingensem super dampnis & injuriis hujusmodi commoniti, recognoscentes eadem, secundùm gratiam ipsius Domini nostri Episcopi ad bonorum virorum consilium satisfecimus de eisdem, relaxando videlicet de viginti Marcis, quæ ratione Advocatiæ nobis debebantur, secundùm continentiam prioris privilegii, annis singulis marcas decem; ita, quòd inposterum nos & hæredes nostri annuatim in festo beati Martini solummodò recipiemus marcas decem, seu libras centum Veronensium parvulorum, & nichilominùs injuriis & vexationibus supradictis, quas officiales nostri, aut nostro nomine, aut proprio motu, seu etiam juxta consuetudinem, quam nobis post mortem Domini Heinrici de Welsperch vendicavimus, prædictæ Ecclesiæ intulerunt, cedimus & renunciamus pro nobis & hæredibus nostris in perpetuum finaliter &

præcisè. Prætetea, quia judices nostri hominibus & prædiis Ecclesiæ memoratæ nimis graves videbantur & infesti, nos ob amorem & specialis dilectionis amicitiam prædicti Domini nostri Episcopi Frisingensis, sibi, suisque Successoribus in perpetuum honus prædictum allevavimus in hunc modum, quòd à Podyeprukke usque Apholterpach Castellanus seu officialis, vel alius cui dictus Dominus noster Episcopus vices suas commiserit in hac parte, habebit cognoscere & indicare de universis & singulis causis & quæstionibus, quæ movebuntur & moveri possunt hominibus Ecclesiæ Frisingensis, vel Ecclesiarum eidem Ecclesiæ attinentium exceptis casibus infra scriptis, videlicet de proprietatibus & feudis, de homicidiis, vulneribus illatis ferreis armamentis, oppressionibus Virginum & mulierum, latrociniis, furtis, quibus secundùm consuetudinem terræ incurritur pœna mortis, rapinis, & incendiis violentis, in quibus scilicet casibus judex noster, qui pro tempore fuerit, auctoritatem plenam judicandi, de omnibus verò aliis causis & quæstionibus Castellanus, seu officialis memorati Domini nostri Episcopi, cui vices suas commiserit, plenariè judicabit, sicut superiùs est expressum. Sanè si aliquis hospitum vel externorum actionem seu querimoniam habuerit contra homines prædicti Domini nostri Episcopi, officialis seu Castellanus ipsius habebit cognoscere ac judicare in casibus ad Dominum nostrum Episcopum pertinentibus, sicut superiùs continetur; si verò aliquis vel extraneus contra nostros habuerit actionem, aut nostri contra eum, super quacumque causa fuerit, ad nostrum judicem pertinebit. Cœterùm si inter prædictum Dominum Episcopum super bonis quondam nobilium de Waldekke, aut aliis quibuscumque nunc est, aut inposterum aliqua oriatur materia quæstionis, vel per formam juris, aut compositionis amicabilis decidatur. In cujus rei perennem memoriam præsentem paginam dedimus sigilli nostri pendentis munimine roboratam, Testibus subnotatis, qui sunt, Domini Fridericus Magister Militiæ templi, Chu(o)nradus Abbas in Weihensteven, Heinricus Decanus Frisingensis, Gerhardus, Fridericus, Chu(o)nradus, Emycho, S. Andreæ, Mosburgensis, Inticensis, & Werdensis Ecclesiarum Præpositi. Dominus Fridericus illustris Comes de Ortenburch, Otto de Gesiz, Otto dictus Schalch, Chu(o)nradus de Vansdorf, Albertus dictus Proter milites, Gerlochus de Hertemberch, Chu(o)nradus de Haldemberch, & alii quàm plures. Actum & datum Inticæ, Anno Domini M. CC. LXXX. quinto, in festo Sancti Lucæ Ewangelistæ. XIII. Indictionis.

Num. CLXXXVII.

Notum sit omnibus, ad quos presentes pervenerint, quòd, cùm inter Reverendum in Christo Patrem Dominum Enichonem venerabilem Episcopum Frisingensem ex parte una, & Dominum Wil. de Lok Plebanum S. Martini ex altera, super solvenda pecunia, quam in rationibus inter ipsos habitis idem Dominus Wil. dicto Domino Episcopo remanserat obligatus, fuisset aliquamdiu disceptatum, tandem de consensu utriusque inter ipsos amicabiliter, & concorditer tractatum extitit, & finitum, quòd Dominus Wil. in continenti posuit fidejussores pro centum & XX. Marcis Aquilegiensium denariorum, sexaginta solvendis in festo beati Jacobi, & LX. solvendis in festo beati Michahelis proximè nunc venturis. Fidejussores verò pro eadem pecunia obligati sunt isti, videlicet Heinzo de Vledenik pro XV. Marcis, Wilhelmus de Altenlok pro XV. Marcis, Gebhardus dictus Pauman pro XV. Marcis, Heinricus Prisanger pro XV. Marcis, pro XV. verò Marcis pro Paumanno, qui absens erat illo die, sunt fidejussores loco sui Wilhelmus de Altenlok, & Wil. nepos Domini Wil. item Wern. dictus de Lok pro -- Marcis, Marchlinus de Purchstal pro V. Marcis, Ber. de Waldenberch pro V. Marcis, Wintherus de Lok pro V. Marcis, Jacobus filius Swan pro V. Marcis, Gerbocus pro V. Marcis, Ch. Getiblarius pro V. Marcis, Domenes pro V. Thomas Mævsel pro V. Marcis, Gotfr. pro V. Gerwicus & Herm. pro V. Slegelo & Druse pro V. Marcis Aquilegiensium denariorum. Insuper dictus Dn. Wil. tactis SS. Ewang. corporaliter præstitit juramentum, quòd sine dolo & fraude fideliter post festum S. Michahelis ponet certos fidejussores pro omni eo, pro quo dicto Domino Episcopo ultra illas centum & viginti Marcas in rationibus remanserat obligatus, quòd hoc dabit usque

que ad festum Sancti Joh. Baptistæ anni proximi futuri. De tribus autem officiis videlicet Zeuritz, Poglasitze, & Lengenvelt, & redditibus eorum, quæ in ratione non posita, & de Vrisching S. Georii, memoratus Dominus Episcopus fidei Domini Wil. commisit, quicquid sibi de præmissis redditibus duxerit computandum. In dicto juramento etiam est promissum, quòd si ante festum beati Michahelis dictum Dominum Wil. contingerit ægrotare, certos fidejussores ponet pro antedicta pecunia remanenti ipsi Domino Episcopo vel successori suo, & Ecclesiæ Frisingensi, quòd si non fecerit, dictam pecuniam idem Dominus Episcopus habebit super omnibus bonis ipsius Domini Wil. mobilibus & inmobilibus, seu se moventibus usque ad dictæ pecuniæ integram solutionem. In cujus rei testimonium præsentes litteræ sigillis Dominorum Peregrini Archidiaconi Carn. & Marchiæ, Gerhardi Præpositi S. Andreæ in Frisinga, B. Arch. Brixinensis, & ipsius Wil. pendentibus sunt signatæ. Testibus præsentibus subnotatis, Domino Friderico Mosburgensis, Eni. Werdensis Ecclesiarum Præpositis, Heinrico Lauano tunc Notario Curiæ Frisingensis, Alberto Proterio Milite, Ch. de Putelpach, Ch. dicto de Lok Ministerialibus & Vasallis Ecclesiæ Frisingensis, & aliis pluribus fide dignis. Acta sunt hæc in Castro Lok, An. Domini M. CC. LXXX. sexto. XIIII. Kal. Julii.

Num. CLXXXVIII.

Nos Albertus Gor. & Tyrol. Comes, Aquilegiensis, Tridentinæ, Brixinensis Ecclesiarum Advocatus notum facimus universis, ad quos littere presentes pervenerint, quòd de bonis nostris propriis circa Scho(e)nenberch sitis, quinquaginta marcarum Aquilegiensium redditus resignavimus in manibus Reverendi in Xsto Domini & consanguinei nostri Enichonis Episcopi Frisingensis pro nobis & heredibus nostris, & eosdem redditus recepimus ab eodem Patre & Domino titulo feudali. nomina autem predictorum redditum sunt hec: in villa Tro(e)geren sunt decem & octo hu(o)ebe, quarum septem sunt culte & inhabitate. in villa Schependorf sunt duodecim hu(o)ebe, quarum septem sunt culte. in villa Triebstorf sunt undeçim hu(o)ebe, quarum sex sunt culte. in villa Vreichau sunt quinque hu(o)ebe, quarum due sunt culte. in villa Altenburch sunt quatuor hu(o)ebe omnes culte. in villa Stelz sunt sex hu(o)ebe, quarum una est culta. Quelibet hu(o)ebarum solvit singulis annis unum modium tritici, quinque Mes siliginis decem Mes avene, unum Chausmes fabarum, & unum Chausmes pulcium, unum porcum solventem ad minùs denarios triginta, in festo Georii ovem cum agno valentem viginti quatuor denarios, in Augusto unum Vlaischfrisching valentem denarios duodecim, sex Ochsenphenning pro oleo, & tres denarios pro jure lini, preter herbergas & steuram, que recipitur semper anno secundo, quilibet mansus cultus secundùm redditus denariorum solvit unam Marcam minùs denariis viginti propter herbergas & steuram, sicut Dn. Dietricus de Scho(e)nberch, quem predicti ambo Domini ad hoc deputaverunt, per singula specificavit. In cujus rei evidentiam presentes fecimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Testes hujus rei sunt Dn. Gerhardus Prepositus S. Andree in Frisinga, Fridericus de Stoufenburch Prepositus Mosburgensis, Enicho Prepositus Ecclesie Werdensis, Mag. Berhtoldus Archidiaconus Ecclesie Brixinensis, M. Rudgerus Canonicus S. Andree in Frisinga, Albertus Pro(e)ter Magister Curie Domini Episcopi Frisingensis. Dietericus de Scho(e)nberch, Otto Magister Curie nostre, Berhtoldus de Girzel milites, & alii quàm plures. Acta sunt hec in Scherno(e)mel, Anno Domini M. CC. LXXXVI. feria quinta ante festum Sancte Margarete.

Num. CLXXXIX.

Notum sit universis, ad quos presentes littere pervenerint, quòd cùm ex antiqua, & hactenus diu obtenta & approbata consuetudine observatum extiterit, si homines Ecclesie Frisingensis in predio Lok matrimonium contraxerint cum hominibus Comitis de Ortenburch, vel è converso, liberi ex ipsis procreati inter ipsos & Ecclesiam Frisingensem & dictos Comites dividi consueverunt; idcircò divisione facta inter Reverendum in Christo Patrem & Dominum Enichonem Frisingensis

Ecclesie Episcopum ex parte una, & Dominum Fridericum Comitem de Ortenburch ex parte altera super procreatis ex hominibus Domini utriusque Chunigundis & Diemudis filie Hamtzonis de Waldenberch, Jevta, & Agnesa, filie Domine Agnese, item Leutholdus & Katherina pueri Leutzmanni, item Wilhemus filius Chuntzlini de Lok, item Adalhaidis filia Jacobi fratris Leonhard. item Bertoldus & filius sororis suę Wlfingus, & Diemudis filia sororis ejusdem Bertoldi cesserunt titulo proprietario Domino Enichoni & Ecclesie Frisingensi. In cujus rei testimonium presentes littere sunt sigillo Domini Friderici Comitis de Ortenburch sigillate. Acta sunt hec in villa Dræsik anno Domini M. CC. LXXX. sexto, in vigilia beati Jacobi Apostoli, in presencia Dominorum Comitum Hugonis Canonici Maguntini, Gerh. Prepositi Ecclesie Sancti Andree Frisinge, Eni. Prepositi Werdensis, Wilhelmi de Lok Plebani Sancti Martini, Alberti dicti Proter Magistri curie Frisingensis, Domini Ger. de Stein, Domini Ul. de Waldenberch, Ul. dicti de Lueg, Marqnardi fratris sui Militum, Ernesti de Rittersperch, Germanni de Waldenberch, & fide dignorum plurium aliorum.

NUM. CXC.

NOs Enicho Dei gratiâ Episcopus Ecclesiæ Frisingensis notum facimus præsentiū inspectoribus universis, quòd nos ad instantiam & petitionem dilecti amici nostri Domini Wichnandi de Iringspurch proprietatem curiæ in Selach cum omnibus suis attinentiis, quæsitis & inquirendis, videlicet Chrebzlehen & Haslach, quam idem Dominus Wich. à nobis & Ecclesia nostra in feudum tenuit, ad ipsius & Ot. filii sui liberam resignacionem ad manus nostras factam dedimus & tradidimus liberaliter & absolutè Monasterio S. Dyonisii in Schestlarn ordinis Præmonstratensis nostræ Dyocesis perpetuò possidendam. Idem verò Dominus Wich. & Ot. filius suus in recompensacionem dictæ proprietatis renunciaverunt & dederunt in manus nostras de suis bonis propriis hu(o)bam in Niderhæching & dimidiam curiam in Pugenhausen & eadem bona à nobis & Ecclesia Frisingensi receperunt titulo feodali. Et insuper pro cautela evictionis proprietatis nobis datæ prædicti Dominus Wich. & Ot. filius suus obligaverunt nobis curiam suam proprietariam in Raumolstorf cum omnibus suis attinenciis in hunc modum: quòd si aliquis jus prædictæ proprietatis evinceret, recompensabitur nobis per curiam memoratam. In cujus rei testimonium præsentes litteras nostri sigilli fecimus munimine roborari. Datum Monaci. Anno Domini M. CC. LXXXVI. III. Idus Septembris.

NUM. CXCI.

NOs Enicho Dei gratia Episcopus Ecclesiæ Frisingensis, tenore præsentium protestantes, notum facimus universis, quòd habita divisione inter nos, & dilectum in Christo fratrem nostrum Abbatem Rotensem de quibusdam hominibus dividendis, censuerunt nobis & Ecclesiæ Frisingensi Otto de Stainperch, Henricus frater suus, & Alheidis soror ipsorum cum suis liberis, & Wendla similiter ipsorum soror; Abbati verò de Rot Vlricus de Stainperch & Diemundis cum liberis suis & Malza cum suis parvulis habitis & habendis. in cuius rei testimonium nostrum sigillum præsentibus duximus appendendum. Huius rei testes sunt Domini & qnidam Vasallorum Ecclesiæ nostræ, qui divisioni intererant, videlicet Eberhardus frater noster Præpositus Ecclesiæ S. Andree, Fridericus Præpositus Mosburgensis, Perchtoldus dictus Hansenus Archidiaconus, & canonicus Frisingensis. Rudigerus capellanus noster. Vasalli verò Henricus de Wolvetsdorf, Henricus de Perchaim, Vlricus dictus Pueher, Chonradus & Henricus de Purchrein, Rosenbergarius, Hensel. & plures alii fide digni. Actum & datum anno Dn. MCCLXXX. sexto. in die S. Virgilii Episcopi.

NUM. CXCII.

NOs Enicho Dei gratia Episcopus Ecclesiæ Frisingensis præsentibus protestamur, & notum facimus universis, ipsis quoque theloneariis nostris Monaci, quòd nos devotioni ac petitioni dilecti in Christo fratris nostri Nicolai Abbatis de Roth pium præbentes assensum, omnia bona sua, frumentum videlicet, sive alia quecunque

cunque ad prebendam confratrum suorum pertinere videntur, ibidem transire sine theloneí solucione - - - - ipse libere velimus, undecunque venerint, & dimitti: Vt autem hæc nostræ Donacionis concessio ratihabicione gaudeat, prout decet pro Rotensi Monasterio, nostrum sigillum præsentibus dueimus apponendum. Datum in Vergen anno Domini M CC LXXX - - - in crastino Sancti Andreæ apostoli.

Num. CXCIII.

NOs Enicho D. G. Episcopus Ecclesiæ Frisingensis præsentibus protestamur, & scire cupimus universos, ad quos pervenerit præsens scriptum, quòd dilecto in Christo fratri Henrico venerabili Abbati Tegernseensis Ecclesiæ de consensu ac consilio sui Conventûs, nobis & Ecclesiæ Frisingensi liberè cedenti domum suam Frisingæ super vallem sitam, quæ Purehgrab vulgariter dicitur, quondam Puetlbacharii, cum attinentiis suis, videlicet tribus Ortis * adjacentibus, & domo lignea, *leg. hortis. pro concambio & repensa quamdam nostram domum in foro Frisingensi sitam, quondam tabernarii, similiter cum pertinentiis suis restituimus, suóque Conventui proprietatis titulo sub hac forma perpetuò possidendam, quòd singulis añis celebrato solempniter, & peracto Abbatis Ludovici felicis memoriæ in Tegernsee Anniversario, de ipsius domûs proventibus, qui dictam domum comparaverat, plenum Confratribus dicti loci servitium serviatur. Ut autem hæc tata permaneant perpetuò & firmata, nostrum sigillum præsentibus duximus apponendum. Actum & datum Anno Domini MCCLXXXVI. in Tegernsee III. Kal. Decembris.

Num. CXCIV.

NOs Enicho Dei gratiâ Frisingensis Episcopus tenore præsencium profitemur & constare volumus universis, quòd permutationem dilecti in Christo fratris Præpositi Ecclesiæ in Scheftlarn de consensu sui Conventûs factam cum Libhardo Milite de Westerhaim de curia sua in Prunne, quæ ipsum Præpositum & Ecclesiam in Scheftlarn respiciebat, pro curia in Strazloch, quam idem Libh. à Silwatzo Ministeriale nostro, qui quidem Schilwatzus à nobis & Ecclesia Frisingensi feodaliter possidebat, ratam & gratam per omnia tenentes præsentibus confirmamus. Ita tamen, quòd omne jus, quod ratione infeodationis seu dominii habebamus in præfata curia Strazloch nobis & Ministeriali nostro prætacto, videlicet Eberhardo de Schilwatzhausen salvum remaneat, ut est justum in curia Prunne, quæ dinoscitur permutata. Et ne per hujusmodi permutationem concorditer factam nobis & Ecclesiæ nostræ discensionis scrupulus oriatur, in evidens testimonium præsentes tradidimus litteras nostri sigilli robore consignatas. Datum Frisingæ Anno Domini M. CC. LXXXVII. VI. Kalend. Martii.

Num. CXCV.

NOs Enicho D. G. Ecclesiæ Frisingensis Episcopus notum facimus &c. quòd inclinati supplici petitione, & speciali affectu, quo moveri tenemur meritò erga dilectum in Christo fratrem & Avunculum nostrum Marquardum Venerabilem Abbatem Ecclesiæ Tegernseensis, ipsámque Ecclesiam ob remedium etiam animæ nostræ, nec non legitimorum successorum nostrorum concessionem sive gratiam dictæ Tegernseensi Ecclesiæ à Ven. quondam Ottone II. concessam, & factam innovamus præsentibus & innovando confirmamus sub hac forma, quòd à theloneo Karrorum, plaustrorum, seu Sagmariorum pontem nostrum apud München transeuntium sine omni exactione, theloneo, aut vexatione in his, que pertinere videntur ad ipsam Ecclesiam, libera permaneat. &c. Dat. Frisingæ An. MCCLXXXVIII. Kal. Jul.

Num. CXCVI.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniversis ministerialibus, hominibus, & Vasallis Monasterii Beyrn, gratiam suam, & omne bonum. Benignitatem decet regiam subditorum sacri Imperii fidelium maximè maximorum commodis intendere, & ipsorum quieti serena mente consulere: ut allecti

beneficiis, & beneficentiæ gratiis in compensa devotæ fidelitatis sacro Imperio fortiori devotionis, fidei,& dilectionis vinculo coniungantur. Quod attendens nostra Serenitas, Venerabilem Ortholfum Burensem Abbatem Principem nostrum dilectum, se nostræ Maiestatis conspectibus præsentantem sumus benignitate Regia favorabiliter prosecuti, collatis sibi regali sceptro regalibus, ac eodem de administratione temporalium legitime investito. Quapropter universis ac singulis vobis mandamus, præcipientes auctoritate regia firmiter & districtè,quatinus eidem Abbati Principi nostro dilecto devotæ fidelitatis obsequia impendatis, & eidem tanquam vero vestro Abbati in omnibus intendatis fideliter & devotè. Datum apud Augustam XV. Kalend. Julii Indictione tertia, Anno MCCLXXV. regni vero nostri secundo.

NUM. CXCVII.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Vniversis sacri Romani Imperii fidelibus præsentes litteras inspecturis gratiam suam, & omne bonum. Quia tribulationibus pressuris & angustiis Venerabilis Henrici Abbatis, & sui Monasterii Sancti Benedicti in Beyrn ex innata nostris præcordiis pietate ex animo condolemus, suis comoditatibus intendere volentes, & eum speciali gratia prævenire; propterea ad Vniversitatis vestræ notitiam cupimus pervenire, quod nos ad preces & instantiam Illustris Ducissæ Bavariæ filiæ nostræ carissimæ, regalia feuda principatus quem obtinet, eidem Abbati liberaliter duximus transmittenda: volentes in hoc suis parcere laboribus, & expensis. Vnde universis ministerialibus & Vasallis supradicti Monasterii damus firmiter in mandatis,ut memorato Abbati tanquam nostro Principi & suo Domino in omnibus intendant humiliter, & pareant reverenter. In cuius rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi, & Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Datum Augustæ septimo Calendas Februarii. Indictione quarta decima, anno 1286. Regni vero nostri decimo tertio.

NUM. CXCVIII.

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Imperii Romani fidelibus præsentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Etsi ad omnes Imperi Romani fideles munificentiæ nostræ dexteram debeamus extendere debitricem: Principes tamen velut bases egregias, quibus Imperii celsitudo potenter innititur, speciali prærogativa nos decet attollere, condignisque beneficentiæ nostræ favoribus ampliare, præsertim cùm ex eo, quòd conditiones & tituli Principum dilatantur, sacrum Romanum Imperium honoris & gloriæ non modicum recipiat incrementum.

Sanè Venerabilis Ortolfus Monasterii Burensis Abbas, Princeps noster dilectus, & conventus ibidem culmini nostro humiliter supplicàrunt, quòd, cum ipsi officiatorum sui Monasterii Principatui congruentium paterentur defectum, Nos eis de suis ministerialibus, & non aliunde, quatuor officiatos Marschalcum, Dapiferum, Pincernam & Camerarium videlicet constituendi,& eosdem congruè sine magno Monasterii præiudicio infeodandi auctoritatem plenā tradere de benignitate Regia dignaremur.

Nos igitur prædictorum Abbatis & conventus supplicationibus, utpote rationabilibus favorabiliter inclinati permittimus, & plenam ac planam eisdem concedimus (facultatem) quòd iuxta petitionis suæ tenorem quatuor officiatos expressos superiùs, qui ipsius Monasterii Ministeriales sint, constituant, & eosdem de Monasterii bonis infeodent, sine gravi tamen Monasterii dispendio & iactura: hoc addito nihilominùs, quod iidem Officiati nihil in ipsis officiis motu proprio ordinare valeant seu disponere, nisi quod de Abbatis, qui tunc pro tempore fuerit, & conventus, processerit voluntate.

Si quem etiam Officiatorum migrare contigerit ab hac luce, decedentis primogenitus tantùm debet in officii & feodorum ad idem spectantium possessione quieta & pacifica permanere, ne in plures hæredes ipsum officium dividatur. Si verò aliquis ex huiusmodi Officialibus extra potestatem Ecclesiæ matrimonium contraxerit, hæredes eiusdem idem officium nullatenus hæreditabunt; & in hoc casu Abbati & conventui ante-

antedictis tam officium quàm feodum ipsi officio attinens in alium transferre licebit. In cuius testimonium præsens scriptum Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri.

Datum Wiennæ XV. Kal. April. Indictione VI. Anno Domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo octavo, Regni verò nostri anno quinto.

Num. CXCIX.

Wier Werenher und Chunrat Ritter, un Nichlawe unserBrueder weilent Hern Wernhers Sun von Lok, nnd Chunrat der junge Hern Chunrats des Aglaiers Sun veriehen, uñ tuen chunt allen den, di disen brief ansehent, oder horent lesen, daz wier nach so getaner verrichtegunge, diu zwischen unser dreier Brueder, und Hern Chunrat dem Aglaier unserm Vetern geschechen was in so getaner maze, daz er dehein Lehen, diu er mit uns, und wir mit im haben, uns empfremden solt, oder bechrenchen, oder chriech machen in deheiner slachte weise so getann reht und lehen, der wir erben, und teilhaftich sein mit sampt denselben unsern Vetern, der noch lebentich ist, an vorstrecht, an geiatrecht, und an vederspil, auf dem Vrbor, und in den Welden der Hofmarch ze Lok unsers Enichen des ersamen Bischofs von Freisingen, und seines Gotehauses, von den unser Veter und wir haben hantueste uber diuselben reht, und lehen, als auch Er, uns sin Goteshaus von worte ze worte geleiche hantueste habent, und ob uns ichtes icht rechtes oder nutzzes zuchomen were anders, danne diu selbe hantfeste saget, ez si an nutzze oder an gewer mit rehte, oder an reht, so getanen Briefen und rehten und lehen widersagen wir, und verzeihen uns vreilichen darauf in die hant des vorgenanten unsers Heren des Bischofs und sins Gotshauses, alsô daz er, und alle seine nachchomen ewichlichen von diser zeit hinnenphur sulen haben, und erben diselben reht und lehen, in nutz und in gewer, di wier in hiute daran antwurten vollechlichen als wir selbe, und unser Erben mit unsern Vetern ie zu tail gehabt haben an nutz, und an gewer, und in allem dem rehte, daz noch an uns geuallen sol. an dem rehte, und an der gulte, und an der lehenschaft, in swelcher weise daz geschehe, daz unser Veter diuselben reht verlur, oder aufgebe, bei nu lebentigen, oder an sinem toede, und dazselbe reht, daz wir iezu habn, und daz uns noch angeuallen sol, daz geben wir dem vorgeschriben unserm Herren dem Bischof, und sinem Goteshause, und sinen nachchomen mit solcher bescheidenheit, daz ir schaffer in nemen den teil der gulte, und der nutzze, die wier iezu iärgehlichen eingenomen haben, von der zeit, und unser dreier Brudet seliger Vater verschiet, und vur diselben gulte nemen wir vur guet von unsers Herren chaften, datz Lok ze widerleg unsers nutzes, als vil, und unserm Vetern von iare ze iare geueller, von sinem teil, di weil und er lebt, und in nutz, und in gewer ist. Swenne aber daz wete, daz er von dem rehte trete, oder geuiell, wie daz geschehe, oder nicht en wer, so suln unsriu reht, diu wir habn von gedinge, und von erbscheft, geuallen an daz Goteshaus ze Freisingen, und an unser Herren die Bischof, daz weder wir, noch unser erben dehein anspreche, noch dehein widerrede, noch deheinen aufschup daran nicht haben, noch werten, noch gestaten mit unsern willen, und haben des gesworen ze den heiligen, und unser triwe gegeben daruber, daz wir selbe stete haben, und behalten, und daz selbe mit gantzem vleize schaffen mit unsern erben, daz si stete haben und leisten alles, daz dauor gescriben ist, als verre ob deheiner auz uns, oder unsern erben dawider offenleich dem Goteshause oder unserm Herren dem Pischof ze schaden, oder ze chriege, ich wurbe oder an suechet, oder niht stet wolt haben den gewerst, als dauor begriffen, und auzgenomen ist, daz denne von dem tage, und wier, oder unser erben des ermant wurden, von unserm Herren dem Pischof, oder sinen gewissen poten, und wir die manunge niht ervollen, elliu din reht, und diu lehen, swie si genant sein, diu wir vom Goteshaus haben, oder gewinnen, oder unser erben nach uns habent werdent, unserm Herren dem Pischof, und dem Goteshause ledich sein, und darumb, daz wier von solhen rehten, und lehen gestanden sein, mit gantzer vurziht, hat der vorgenante unser Herre der Bischof Eniche uns und unsern erben herwider geheitzen zegeben

hundert

hundert March alter Agleier phenninge ze chauf, und ze widerleg, oder ze widerwechſel derſelben rehte und lehen, oder nach ſwelchem rehte das Gotehaus bezzer reht gehaben mach, und vur dieſelben hundert March ſol er uns und unſern erben, ſwen uns din reht, und diu lehen ledichlich angeuallent, und wir im die Hantueſte widergeben, ob wir ſi angeurde mugen gehaben nach unſers Vettern toede, in anwurten in phandes weiſe vierzehen hube von dem ampt ze Pogleſchitz, und ſechs hube darzu von dem nechſten ampt ze Zternitz, diſelben gulte ſulen wier niezen, und innemen in der maze, und in dem ſite, als unſer Herre ſelbe tete, und ſein Goteshaus, alſo daz dazſelbe guet dauon nicht verderbe, und die leüte nicht poweuelleich werden, oder fluchtich von unſern ſchulden, und ſulen dieſelben zwar zech hube, nnd diu gulte, diu darzu gehört, als lange inne haben, untz daz uns, oder unſern erben ſo getan guet geualle, alſo ſwenne man uns loſunge anſueche mit denſelben hundert marchen, daz wier an alle widerrede, nnd an allen aufſchup dieſelben huben mir vollen rehte wider antwurten vreileichen, und ledichleichen, und ſouil were, ob uns ich verhabt were, oder von dem Gotshauſe ennen her widervaren were von dem vorgenanten rehten, oder von andern ſachen, die auf dieſelben reht trefften, daz wier lauterleichen lazen, und verzeichen uns auch iezu darauf aller der anſprache, die wier, oder unſer erben furbaz darnach mochten gehaben, und ob wir noch dehein anſprach gegen dem Goteshauſe gewunnen, darum ſulen wir der loſung niht wider ſein, als liep uns nnſer ait iſt, und daz wir und unſer erben unſriu lehen niht verlieſen, als uor verboten, und verſcriben iſt. An allem diſem gewerft wollen wiet mit nnſerm Herren dem Biſchof, und nnſerm Goteshauſe ſo getrileichen werben, und geworben haben, daz wier niht wellen, daz im von deheinen worte an diſer ſchriſt, dauon daz ſi von der latin an ditäuch vercheret iſt dehein chrieg aufſte, man ſul die Chriegen wort alſo verſten ze dem beſten, daz dem Gotshauſe ſin reht, und uns unſer eide gantz und ſtete beleiben, und wir und unſer erben an alle verluſt genaden, und eren, die wir haben, und noch wartinde ſin von unſerm Herren, unde von dem Gotshauſe, unde beſunderleichen darumben, ob unſer vodern uns icht anprach heten, des ſi oder wier ze reht nicht haben ſolten, daruber ze ſolcher ſtetegunge geben wier diſen brief mit Inſigel, nnd hantueſte unſer lieben Herren, die wier ſein gebeten haben, der wilden grauen Herren Gerharts des Erbern tuenprobſtes von Freiſingen, Grauen Hougen des Erberen Chorherren von Meintze, und von Freiſingen, Grauen Enichen des Probſtes von Wertſe, unde Hern Berchtoldes von Hauſen Chorherren und Erzprieſters von Friſingen, und unſer zweier Ritter vur uns, und vur unſern prueder Nichelawen den Chreiner, vur den wir gelobt, und geſworn habn ſtetegunge in állem diſem gewerft, als er uns gewalt gegebē het, und mit Chunrats des iungen Aglaiers, und darzu Hern Frideriches des Hellen von Aurolfingen unſers Hausgenötzen des Gotshauſes Dienſtman von Freiſingen, und haben daruber geberen an zeſcriben Erberiger geziuge unſers Herren des Piſchoſes HofChapelan nnd ſchreiber, des erſten Her Hougen, des edelen Grauen Hougen ſun von Montfort, Her Wilhalm von Lok pfarrer vont ſant Mertein, Hern Chunrat den HofChapelan, Maiſter Lienharten Chorhern von Sant Veit ze Freiſingen, Her Heinrich den ſchreiber Chorher von Sliers, Her Chunraten Chorherren von Sant Andre ze Freiſingen, und von anderm nnſern Herren Hofgeſinnes den edelen Herrn Herrn Enichen den Wildengrauen, Willerhalm von Lok weilent Rebeleins Sunr, Heinreichen und Otten die Werder Brueder, Friderichen von Schekkenhouen, und Friderichen den Sandawer den HofMarſchalch, und Dietreich den Prenner, den Amman des Vrbors, Albrechren den Zolner, Heinrichen von Verien, Pernharten Zuchleins ſun, Gerboten unde Hannen Burger ze Lok, und andre biderbe leute genuege, die da bei waren genuege, und ſint geweſen, und ſint diu teidinch geſchehen, und diſer Brief daruber geben ze Lok in ſant Jacobi Chapelle, do von unſers Herren geburte vergangen waren tauſent, und zweihundert iar, und in dem dritten, und niuntzigiſten iar, des Vreitages in der Hoſterwoche.

Num.

Num. CC.

Nos Meinhardus Dei gracia Karinthie Dux, Comes Tyrol. Aquilegien. Trident. & Brixinensis Ecclesiarum Advocatus ad noticiam omnium presens scriptum intuencium volumus pervenite, quod nos Capitulo Sancti Andree Frisingen. Collegii, quod favoris plenitudine & benivolencia prosequimur speciali, hanc perpetuò duraturam graciam duximus faciendam, ut vini carradas duodecim per nostrum districtum, & loca theloneorum nostrorum absque omni exactione & solucione mutarum educant, volentes ac fimiter precipiendo mandantes omnibus thelonneariis nostris, qui nunc sunt, aut pro tempore fuerint, quatinus hanc graciam dicto Capitulo factam inviolabiliter studeant observate, de dictis vini carradis duodecim annuatim nichil penitus exigendo. In hujus itaque rei testimonium & roboris perpetui firmitatem presentes ipsi Capitulo dari mandauimus nostri pendentis Sigilli munimine roboratas. Actum & Datum Tyrol. Anno Domini M. CC. LXXXXIII. die undecima exeunte Marcio. Indictione sexta.

Num. CCI.

Nos Enicho Dei gratia Frisingensis Episcopus tenore præsentium notum facimus uniuersis, quod Nos DEI gratia cooperante per aspersionem benedictionem & consecrationem renovavimus ac dedicavimus templum & altare principale Beati Petri apostoli Monacensis civitatis, nostræ Diœcesis, uno & eodem die altaria duo ejusdem Ecclesiæ collateralia, videlicet Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Johannis Evangelistæ, ita volentes, & statuentes, ut omnes Christi fideles verè contriti & confessi, qui præfatas dedicationes templi & Altarium devotè celebraverint, & requisiverint, vel manus adiutrices ad opus Ecclesiæ porrexerint, pro singulis anniversariis dedicationum assequantur in Domino indulgentias infra scriptas. Videlicet in commemoratione Dedicationis Ecclesiæ & per octavam ipsius quadraginta dies criminalium & centum venialium de iniuncta eis pænitentia relaxatos. Totidemque in Dedicatione altaris Beatæ Mariæ Virginis, ac totidem in dedicatione altaris Beati Johannis Evangelistæ: celebrabuntur autem eædem Dedicationes in perpetuum, Templi quidem ritu antiquo in Dominica Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis proximè subsequente. Dedicatio Beatæ Virginis in Dominica, quâ cantatur *Vocem iucunditatis.* dedicatio autem Beati Johannis Evangelistæ in Dominica *Exaudi*, Ascensionem Domini subsequente. Hanc etiam ob amorem & interventum dilecti nobis Conradi tunc temporis.... Decani eidem Ecclesiæ gratiam specialem indulsimus in æternum, ut universi & singuli, qui deinceps in feria sexta vesperis, & die sabbati Missæ interfuerint, vel apud altare Beatæ Virginis, vel in tota Ecclesia, similiter XL. dies criminalium & centum venialium de iniuncta eis contritis & confessis pænitentia miseri, corditer in Domino consequantur. Porrò gratas & ratas habemus omnes indulgentias, quæcunque à sede apostolica, vel aliis, qui potestatem habuerint, Archiepiscopis & Episcopis ipsi Ecclesiæ venerandæ hactenus concessæ sunt, vel imposterum concedentur, similiter quicunque hactenus ipsam Ecclesiam temerariè violaverint per sanguinis effusionem vel ipsam inposterum violabunt, ita pronunciamus ex nunc ut ex tunc excommunicatos, ut à nemine possint absolvi, donec per eos, vel eorum hæredes aut cohæredes ipsi Ecclesiæ læsæ satisfaciat amicabiliter vel in jure. Datum Monaci anno Domini Millesimo CC. nonagesimo quarto XVI. Kalendas Junii.

Num. CCII.

EMicho Dei gratiâ Frisingensis Episcopus, universis Christi fidelibus per civitatem suam & Diœcesin constitutis salute perfrui sempiterna. Cum Apostolicæ Sedis benignitas, pro dilatanda in cordibus fidelium divina gratia, dilectis in Christo nobis, specialibusque filiis Fratribus videlicet Heremitis Ordinis Sancti Augustini iniunxerit, sicut patentibus probatur authenticis, populis omni terrarum orbe diffusis prædicare studiosius Verbum Dei, & Confessiones audire fidelium ad se recurrentium devotionis causa utilitati tantæ ac profectui Sanctæ Matris Ecclesiæ sicut decet, congaudentes, dictos fratres in suis tamen admissos provincialibus Capitulis volumus in nostra civitate & Diœcesi omni nostro consensu suffultos, officia exequi à Sede prædicta sic ipsis perfectius elargita. Nolumus etiam eosdem contrarietate aliqua impediri vel gravari in his ac aliis ipsorum gratiis & privilegiis, cum omnibus consentiamus ritè ipsis secundum juris formam & gratiæ ipsis indultis, plena nostra licentia & favore. Cunctis etiam eorundem Fratrum Prædicationes devoto corde audientibus, authoritate nobis collata divinitus, quadraginta dies criminalium de iniuncta sibi pænitentia misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium præsentes litteras nostri Sigilli robore nobis placuit communire. Datum Frisingæ Anno Domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo quarto, undecimo Calendas Augusti.

Num. CCIII.

EMicho Dei gratiâ Frisingensis Ecclesiæ Episcopus universis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis, salutem & gaudium in Domino sempiternum. Cum Religionem sacram ad cultum divinum multiplicandum fovere in omnibus intendamus, tenore præsentium protestamur, quod viros nobis dilectos Religiosos fratres Heremitas Ordinis Sancti Augustini, ad nostram Diœcesin colligentes concessimus seu indulsimus eisdem, ut in civitate Monacensi possint fundare Cœnobium, & erigere Oratorium cum Campana, & facere Collegium secundum libertates & jura privilegiorum, quæ ipsis à summis Pontificibus sunt indulta. In cujus rei testimonium præsentem paginam ipsis Fratribus tradimus sigilli nostri robore communitam. Datum in Veringen Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quarto pridie Calendas Aprilis.

Num. CCIV.

EMicho Dei gratia Frisingensis Episcopus universis Christi fidelibus per suam Diœcesin constituris salute perfrui sempiterna. Devotionis pietas ac S. Religionis honestas exaudiri meretur in his præcipuè, quæ fidei constantiam peccatorumque veniam præstare poterunt, humiliter exquirenti. Cum igitur dilectos in Christo filios Fratres videlicet Heremitas Ordinis Sancti Augustini civitatem Monacensem nostræ Diœcesis inhabitantes speciali gratia, ut nos decet, pro illius, cuius iidem sunt Ministri, reverentia amplectamur, cunctis ipsorum benefactoribus, seu in die Parasceve, vel in festis Paschæ, Pentecostes, Nativitatis Domini Jesu, Epiphaniæ, Beatæ Mariæ Virginis gloriosæ, Sancti Augustini Episcopi & Confessoris, Dedicationum, Patronorum, ac per octavas eorundem Oratorium prædictorum Fratrum devotè visitantibus auctoritate confisi omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus suffulti meritis quadraginta dies criminalium, & octuaginta venialium de injuncta sibi pænitentia misericorditer in Domino relaxamus. Confirmantes etiam nihilominus consensu per-

perpetuo omnes gratias & indulgentias à Romanis & aliis Pontificibus Fratribus sæpe dictis ritè collatas, ac conferendas ubi eis gaudeant tempore stabilito. Datum Frisingæ Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quarto.

Num. CCV.

NOs Rudolphus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, notum facimus præsentium inspectoribus universis, quod ob favorem, quo Viros Religiosos Priorem Provincialem Heremitarum Ordinis Sancti Augustini per Alamaniam prosequimur specialem, nec non pro Patris nostri felicis recordationis, aliorumque Progenitorum nostrorum remedio, ac pro salute nostra, & posterûm nostrorum, Cœnobium pro ipsis Fratribus Heremitis in Civitate nostra Monacensi plantare intendimus, & plantatum modis omnibus confovere, Fratres per Priorem Provincialem ipsorum per Alamaniam, ad ipsam Civitatem & Cœnobium transmissos & transmittendos in defensionis nostræ præsidium recipimus & tutelam, & ipsis cœnobium cum officinis suis construendi, & areis pro ipso Cœnobio & officinis necessariis comparandis, ut divino cultu devotius intendere, & ferventius invigilare valeant in loco ipsis deputato, & designato, pro nobis & Illustri Fratre nostro Ludovico plenam & liberam concedimus potestatem, præcipientes firmiter & districtè, ne quis hujusmodi nostrum propositum seu structuram, quam ipsi fratres secundum nostram concessionem, prout est prætactum, facere decreverint, attentet ullo tempore aliqualiter impedire. In cuius rei testimonium & evidentiam clariorem præsentes Litteras ipsis damus Fratribus Sigilli nostri robore communitas. Datum Monaci Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quarto Pridie Nonas Aprilis.

Num. CCVI.

WIr Albert von Gotes genaden Herzog ze Oesterreich, und ze Steyr, Herre in Chrain, und auf der Marcb, und ze Portenau, veriehen offenleich, und tun chunt allen den die disen brief ansebent, und hörent lesen, die nu lebent, oder hernach chunfig sint, daz wir unserem lieben Herrn und Mag Bischof Enichen von Frisingen, sinen nahchomen, und sinem Gotshaus gesetzzet haben, und setzzen die Burch ze sant Peter in der Awe mit dem Marcht, der darunder leit mit dem guot ze Ehrensteten, daz Otte von Erln ze sinen lebtagen inne haben sol, und mit der Wise ze Aschpach, die Abbt Heinrich weilant von Admunde darzu gechaufet hat von dem Schenken, und mit allem dem nutze und rehten, und eren, die dar zu gehörent läut und guot, mit gutem willen und gunst Abbt Engelbert und des Conventes von Admunde, und mit staetigung dar vber unsers Hern, Heren Chunrats des Erzbischof von Salzburg, und darzu setzzen wir im unser vogtay auf sinen Hofmarchen ze Enzestorf, und Obern Welz mit allem dem reht, und nutz, als wir si gehabt haben. Darzu setzzen wir ihm, und antwurten den Zehent auf funf und zweintzick lehen ze Enzestorf, ze Rehleinstorf auf vierzehen leben, ze Bischofsdorf auf siben lehen, ze den Hoven auf zehen leben, ze Teimendorf bei Enzestorf den zehenden auf sehs lehen, den zehenden gantz als er hie verschriben ist, den setzzen und antwurden wir im mit unsers Heren hant Bischofs Wernhers hant von Pazzawe, da wir in ze lehen von haben. Darzu setzzen wir und antwurten im, swaz Marchstuver ze reht, und e gewonleich auf unsern Chasten ze Aspach geboret und genomen ist. Darzu antwurten wir im unser Vogtay, die wir haben von des Aptes guot, und des Gotshaus von Medlich datz Alhartsperge, und darzu die Vogtay auf dem gut der Abtessin von Erlach, datz Winchlarn bey der Ybs

oberhalb Amſteten mit allem dem reht, und nutz als wir dieſelben Vogtay beide her braht haben, die vorgenanr Burch ze ſant Peter, und alles datz guot, daz vorgenant iſt, ſetzzen wir im umb vierhnndert March lotiges ſilbers Wienner geloetes, die er uns ze diſer zeit berait gelihn hat. Daruber verichen wir an diſem brief, daz wir dem vorgenant nnſerm Herrn dem erſamen Biſchof Enichen von Friſing, ſinen Nahchomen, und ſinem Gotshaus emalen ſchuldich ſein ſehs hundert March, und ſebs und zweinzich March lotiges ſilbers Wienner geloets, der er uns als verriht hat. Des erſten dreyhundert March ſilbers, darnach hundert und zwei und vierzik pfunt Pfenning Wienner, die er für uns vergolten hat. So wurden wir im auch ſchuldich dreyhundert Pfunt, und aht nnd zweinzik pfunt an der loſung der Burch ze Vrelnſtein, und fur den habern, den er uns leh hintz Marchek vierzich pfunt, und bundert pfunt, die er uns bereir leh. Des wirt zeſamen vberal an pfenningen ſehshundert pfunt, und zehen pfund Wienner pfenning an die vorgenant dreuhundert March ſilbers. Dieſelben Pfenning wurden angeſlagen an dreyhundert March, und ſehs und ſehtzig March ſilbers, alſo ſein wir der vorgeſchriben ſehshundert March, und ſehs und ſehtzich March ſilbers gaenzleich verriht, Darumb haben wir im geſetzzet und geantwurt ze einem rehten pſant unſern Marcht ze Aſpach, und unſer guot ze den Planchen, mit allem dem, daz zu den baiden gehöret, der baidiu des Gotshaus ze Friſingen aigen, und von im unſer lehen ſint, und wirt des guotes alſo mit dem vordern vierhundert Marchen alles vberal, eines und des andern, rauſent March und ſehs und ſehzich march lotiges ſilbers Wienner geloetes, die loben wir im, oder ſinen nahchomen gentzleich ze gelten, alſo autz genomchleich, ſwenn wir loeſen welln, ſo ſulen wir, oder unſer erben, oder unſer nahchomen eines an das ander als es vorbenant iſt, beſunderlich niht loeſen, wir weren in, oder ſinen nahchomen gentzleich und gar der vorgeſchribnen tauſent March, und ſehs und ſehzich March lotiges ſilbers an abſlach des nutzes der von demſelben guot gevallen mach, den wir im durachtichleich geben, umb ſinen getrewen dienſt, und ze Burchuot zu der vorgenant Burge ze ſant Peter, und ſol auch daz vorgenant guot niezzen als ander ſein guot, mit nnſerm guoten willen, als verre in ſein beſcheidenheit laiter, und ſein gewizzen. Darzu verichen wir, ob den vorgeſchribnen unſem Herrn den Biſchof von Friſing oder ſinen nahchomen oder ſein Gotshaus dhein gebreſt anget umb des Gotshaus not, daz er, oder ſein nahchom dieſelben Burch und ſwaz wir im darzu ze Purchuot und ze gab benant baben, wol verſezzen mach mit nnſerm willen, und unſer hausfrowen, und unſer erben, umb als vil guots, daz man uns die vorgenant Burch mit der gült, die wir darzu geantwurt haben, vor drey Manod an biten ſol ze loeſen. Iſt aber daz wir oder unſer erben, oder unſer nahchomen in den vorgenant dreyen Manod die Burch und gült niht erloeſen mugen, ſo ſol unſer Herre Biſchof Enich, oder ſein nahchome die Burch und ſwaz gült darzu geantwurt iſt, verſetzzen inner landes mit unſern guten willen, und unſer erben und nahchomen, ſwenn er wil, mit allem dem reht und nuz, als wir im es und ſeinem Gotshaus geſatzzet und gegeben haben, als es vorgeſchriben iſt. Darnach verichen und loben fur uns und fur unſer lieb hausfrowen und fur unſer erben, ob ieman iſt, der die vorgenant Burch ze ſant Peter oder iht guots, daz vorbenant oder verſchriben iſt, anſpraech, daz wir und unſer erben des gewer und verantwurten ſulen ſein, an aller ſtat, und an allen ſchaden des vorgenanten Biſcbof und des Gotshaus ze Friſing, waz auch derſelb unſer Herre der Biſchof ander hantveſt und brief hat von uns vber die vorgenant Satzung des Marchts ze Aſpach, und des guots ze den Planchen, ſwie dem ſei, die ſollen dhein chraft haben. und das diſe taidinch der ſazze, und den gab als vorgeſchriben iſt, ganz und unzerbrochen beleibe, darüber geben wir im diſen brief verſigelten mit unſerm hangendten Inſigel, und mit dem unſer lieben hausfrowen und Srephan von Miſſaw unſers Marſchalchs, und Leutolds

von

von Chunringen unsers Schenchen, und Chalhos von Eberstorf unsers Chamerers von Oestereich, und Eberhard und Heintich von Waltse Insiglen versigelten. Der ist geben ze Welse des Sunntags vor Mitteruasten M. CC. LXXXXVIII.

NUM. CCVII.

NOs Engelbertus Dei gratia Abbas, Heinricus Prior, totusque Conventus Monasterii Admontensis, præsentibus profitemur, quod ad instanciam & voluntatem Illustris Domini nostri, Domini Alberti Ducis Austriæ & Styriæ de nostra permissione & consensu procedit, ut prædium Ecclesiæ nostræ apud Sanctum Petrum in Augia, cum castro & foro, & ad ipsa pertinentibus Reverendo Domino & Patri in Christo, Domino Enichoni venerabili Episcopo Frisingensi pro summa pecuniæ, quam & quantam prædicto Illustri Domino nostro Duci sub suarum literarum testimonio duxerit acceptandam & mutuandam, pignoris nomine obligetur, sub talibus condicionibus atque pactis, per quas, & per quæ idem prædium cum castro & foro, & ad ipsa pertinentibus, alienari à nostra Ecclesia quoquo modo, aut distrahi contingat, hec liberè redimi valeant, & ad redimendum reddi pro summa pecuniæ, in prædictis literis declaratæ, quandocunque fuerit optimum. Actum & datum in Admundia MCCLXXXXVIII. prid. Non. Martii.

NUM. CCVIII.

ALlen den dye disen prief ansehent vergihe ich Sueikker von Mindelberch ein Ritter, und tun chunt, daz ich meinen Herren Bischof Enichen von Freising meinen hof ze Rudungesried, der giltet III. pfunt Herren gult, und ist mein rehte aigen aufgib und aufsende, und emphahe denselben hof von Im wider ze lehen, und han daz getan an der pezzerung Gotschalchs von Widersperch, und ze einem urchund dirre ding, gib ich disen prief verinsigelten mit meinem Insigel, daz geschach da von unsers Herren geburt waren dreuzehenhundert iar, darnach in dem vierden iar an dem sechtzehenden tag ze ingentem Abprillen.

NUM. CCIX.

ALlen den die disen brief ansehent vergihe ich Marschalch Sifrit von Matzensiezze, und tun chunt, daz ich meinem Herren Bischof Enichen von Frisingen meinen Hof ze NiderRammungen, der da haizet Ernsthof, der gultet dreu pfunt Herren gult, und ist mein rehter aigen uf gib und auf sende dem ersamen Herren Bischof Enichen, und empfahe denselben wider ze lehen, und hab daz getan an der bezzerung Gotschalches von Widersperch, und ze einem urchund dirre ding gib ich disen Brief mit meinem Insigl, dirrê Brief ware gegeben, da von unsers Herren Christes geburt waren dreuzehenhundert iar, und darnach in dem vierden iar, an dem sibenden tag ingendem Abrillen.

Num. CCX.

ICh Eberhart von Greiffenberch vergihe an disem Brief der in sihet oder hört läsen, daz mein hof daz Reistigen, der ist mein reht aigen, und giltet zwai pfunt rehter Herren gült, den lend ich meinem Herren Bischof Enichen von Frising auf, und empfahe denselben Hof von im wider ze lehen, und han daz getan, an der pezzerung Gotschalches von Widersperch, und ze einem urchunde dirre ding gib ich disen Brief versiglt mit meinem insigl, dirre Brief wart gegebn, da von Christes geburt waren dreuzehenhundert iar, und in dem vierden iar ze ingendem Abrillen.

Num. CCXI.

NOs Enicho Dei graciâ Episcopus Frisingensis tenore presencium profitemur, quod Gotschalcus de Widersperch, qui pro satisfactione injuriarum & refusione dampnorum, que nobis & Ecclesie nostre apud Verien intulerat, se procuraturum effieaciter promiserat, quod quatuor aut plures sui excellentiores consanguinei de suis prediis titulo proprietatis ad eos pertinentibus XII. librarum redditus secundum estimacionem Herren Gült vulgariter dicitur, nobis & Ecclesie nostre traderent & liberè resignarent, eosdem redditus de manu nostra titulo feodi postmodum recepturi, promissum ipsum commendabiliter adimplevit. Nam H. de Hattenberch Advocatus provincialis Aug. de propriis prediis suis dictis daz dem Chnautrzse V. librarum redditus ad estimacionem Herren Gült nobis & Ecclesie nostre tradidit & resignavit, & eosdem redditus de manu nostra recepit titulo Feodali. Item Swikerus Miles de Mindelberch propriam curiam suam dictam Rudungsried solventem III. libras ad estimacionem Herren Gült nobis & Ecclesie nostre tradidit, & liberè resignavit, ipsamque de manu nostra recepit titulo Feodali. Similiter Sifridus Marscal. de Matzensies curiam suam propriam in Nider Ramung, dictam Erensthof solventem III. libras ad estimacionem Herren Gült. Et Eberhard. de Greiffenberch propriam curiam suam in Reisting solventem II. libras nobis & Ecclesie nostre tradiderunt, & liberè resignarunt, ipsasque de manu nostra nostro & Ecclesie nostre nomine titulo Feodi receperunt. Ceterum pro satisfactione ac refusione injuriarum ac dampnorum premissorum memoratus Gotschaleus de Widersperch cum juramento promisit, quod nos & Ecclesiam nostram, omnesque nobis adtinentes de cetero non offendet, nec extra judicium pregravabit, imò nobis & Ecclesie nostre unà cum castro suo Widersperch auxilio aderit adversus omnem hominem, vero suo dominio, & Consanguineis suis in tertio gradu vel infra sibi conjunctis tantummodò exceptatis, secundum quod hec omnia in instrumento publico super hoc confecto, & per eum nobis tradito plenius sunt expressa. Et licet memoratus Gotschalcus de Widersperch primum promissum sicut superius colligitur, compleverit, à secundo tamen promisso ipsum non dimittimus liberum nec solutum, sed ad ipsum complendum eum perpetuò manere volumus obligatum. Datum Frisinge, anno Domini M CCCIIII. circa diem beati Georii Martyris.

Num.

Num. CCXII.

Post hec nos Enich. Frisingensis Episcopus predictis nobilibus predicta bona contulimus pheodali titulo, & unicuique ipsorum super eo nostras dedimus litteras in hunc modum. pro autem S. de Matzensies.

Wir Enich von Gotes Genaden Bischof ze Freising verichen an disem prief und tun chunt allen den die yn sehent, oder hörent lesen, daz Marschalch Seifrit von Matzensies seinen Hof ze Nidern Ramung, der da heizzet Erensthof, der giltet dreu pfunt Herren Gulte, und was sein rehte aigen, den hat er uns und unserm Gotzhus aufgegeben, und ausgesendet, und haben wir im hin wider denselben Hof gelihen ze rehten lehen mit der bescheidenheit, swenne er selb schierst zu uns chumpt, daz er uns sweren sol, als ein man sinem Herren nach Lehens rehte tun sol, vnd denselben Hof hat er uns aufgegeben, und von uns ze Lehen wider enphangen ze einer pezzerung fur Gotschalchen von Widersperch. Daruber haben wir im disen prief gegeben, versigelten mit unserm Insigel, da man zalt von Christes gepurt dreuzehenhundert iar, darnach in dem vierden iar, umb sand Gernen tak.

Ceteris tribus nobilibus dedimus litteras unicuique consimilis tenoris nominibus tantummodò variatis.

Post hec ipsi Gotschalco de Widersperch nostras concessimus litteras super predicto negocio tenoris infra scripti.

Num. CCXIII.

In Gotes namen Amen. Ich Hainrich von Hattenberch Lantvogt ze Auspurch und auf dem Lande ze Swaben vergihe, und tun chunt allen den die disen brief sehent, lesent, oder hörent lesen, die sullen wizzen, daz ich den edelen von Gotes Genaden Bischolf Enichen von Frising meines aigens da ze dem Knüsse fünf pfunt Herren Geltes han aufgegeben, und ez von im wider ze Lehen, mir und meinen erben, empfangen hab, ze Bezzerung für Herrn Gotschalch von Widersperch, und daz daz also war sei, und stät beleib, des gib ich in disen Brief versigelten mit meinem Insigl, do daz geschach, do zalt man von Gotes Geburt, dreuzehenhundert iar, und darnach in dem vierden iar an sand Ambrosien tag.

Num. CCXIV.

Wir Enich von Gotes Genaden Bischof ze Freising. vergen in disem prief und tun chund allen den die in sehent oder horent lesen, daz wir Berchtoldn Hern Berchtolds Sun von Röchling, der in unsers Gotzhauses Gewalt ist gecheret, und unser Dienst-Frowen hat genomen, haben gelihen daz Vorst-Ampt, datz zu Freising gehört, besucht und unbesucht mit allen den rechten und ez ze recht haben sol, also, daz er daran unser und unsers Gotzhauses getriwer pfleger sol sein. Wir sehen auch an die dienst, die er uns hat getan, und den dienst, den er und seinew chind uns und unserm Gotzhaus sulen tun. Wir haben ez auch gelihen im und seinen erben, die Sune sind, und daz Gotzhaus ze Freising angehörent, und die daz Lehen ze recht erben sulen, mit so getanem geding, ob derselbe Berch. an so geran erben als hie vor verschriben ist, verfuer, so sol ez Guntzel sein Brueder und seinew chint, die

Sune

Sune sint, und unser Gotzhaus angehörent, wan er auch unsers Gotzhauses Dienstfrowen hat genomen, haben in allem dem rechte, als ez Berchtolt hat gehabt. Und dez rechte Lehen ist ez danne, als ez Berchtolds und seiner erben gewesen war. Ez sol auch Berchtold und sein erben, oder Guntzel und sein erben, ob daz ampt an in gevallet, nicht anders mit dem Vorst gevaren, newr als sie ze recht sulen. Si sulen auch mit den Vorstern nicht anders geschaffen haben, newr als pillich und recht ist. Wir vergehen auch, daz wir der vorgenanten Berchtolt und Guntzl, ob daz Ampt auf in gevellet, gewern sulen sein, swo si dez bedurfen dez Vorstampts, als vorgeschriben ist. Und auch unser nachchomen sulen auch in dem selbn rechte Gewern sein, wan wir in ez verlihen haben. Sie sulen auch uns und unser nachchomen an dem Vorst, und an dem Holtzhain, und an allem dem rechte, daz wir und unser Vorvaten herpracht haben nicht irren, und auch dez Vorstes nicht hingeben, newr an die stat, und si in ze recht geben sulen. Ez sulen auch in dew Chlöster ürw recht anderstwo geben, newr ze Freising in der Stat. und si sulen dew Chlöster an iren rechten nicht iren, und daz daz also stät und unzerbrochen beleib, daruber geben wir disen prief verinsigelt mit unserm hangendem Insigel, der prief ist gegeben ze Freising da man zalt von Christes geburt dreuzehen hundert iar, darnach in dem vierden iar dez Sunntages nach Sand Augustein tag.

Num. CCXV.

Nos Enicho Dei gratia Ecclesiæ Frisingensis Episcopus tenore præsentium recognoscimus ac constare volumus universis intuentibus præsens scriptum, quod cum Berhtoldus cognomine Smozer in Ecclesia Schestlarn ordinis Præmonstratensis nostræ dyocesis habitum Religionis assumere decrevisset, majores & minutas decimas in Holtzhausen & Ampach, quas à Chunrado dicto Staudaher quondam suo pretio nostra auctoritate ac infeodatione interveniente comparaverat, & per interpositam personam per Hainricum scilicet Ungarum ex infeodatione possederat, de bona voluntate tam ejusdem Hainrici Ungari, quam etiam Ernesti, cui dictus Berhtoldus Smozer easdem decimas obligaverat, prædictæ Schestlarn. Ecclesiæ nostro expresso consensu accedente tradidit & donavit: Et nos traditionem & donationem easdem ratas habuimus & habemus, & in nomine Domini confirmamus. In cujus rei testimonium præsens instrumentum exinde confectum conscribi jussimus, nostrique sigilli munimine roborari, præsentibus testibus subnotatis: Germano nostro Gerh. scilicet Præposito Ecclesiæ Frisingensis, & honorabilibus viris Dominis Ch. Abbate in Weihensteven, Arnoldo Præposito Novæcell. Berth. de Gewolspach Canonico & Archidiacono Ecclesiæ nostræ Frisingensis, & Engelscalco Laico de Widersperch, cæterisque pluribus fide dignis. Datum Frisingæ anno Domini M CCC. quarto in vigilia Conversionis S. Pauli.

Num. CCXVI.

Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus præsentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Constitutus in nostræ Majestatis præsentia Venerabilis Enicho Ecclesiæ Frisingensis Episcopus Princeps noster dilectus, privilegium quoddam nobis obtulit, petens cum instantia idipsum & articulos in eo contentos de benignitate Regia confirmari. Cujus tenor de Verbo ad Verbum talis est:

Rudol-

Rudolphus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus. Universis Capitaneis, Judicibus, Officialibus, atque Venatoribus suis per Austriam constitutis gratiam suam & omne bonum. Juri consentaneum & consonum rationi videtur, &c. Supr. Instr. CLXXVI.

Nos igitur claræ recordationis prædicti Patris & Prædecessoris nostri piis actibus innitentes, ac devota & fidelia obsequia memorati Enichonis Episcopi nobis & Imperio præstita favorabiliter intuentes, prædictum privilegium cum omnibus in ipso contentis auctoritate Regia innovamus, approbamus, & præsentis Scripti patrociniô confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostræ innovationis, approbationis, seu confirmationis paginam infringere, vel eidem ausu temerario contraire, quod qui facere præsumpserit, gravem nostram indignationem se novetit incurrisse. In cujus rei testimonium præsentes literas conscribi & Sigillô nostræ Majestatis jussimus communiri. Dat. apud Wiennam VI. Idus Januaril, Indictione tertia, anno Domini Millesimo trecentesimo quinto, Regni verò nostri Anno septimo.

Num. CCXVII.

Romanis Pontificibus canonicè intrantibus tanquam verus, & catholicus Christianus fidelis, & obediens erit, & nullo tempore erit in liga, societate seu confoederatione cum quibusvis hereticis per dictam Romanam Ecclesiam denotatis, seu etiam denotandis, nec eis seu eorum alicui per se vel alium seu alios, directè vel indirectè, publicè vel occultè dabit aliquod auxilium, consilium vel favorem, sed quòd de terris suis, & ejus administrationi subjectis & subjiciendis universos hereticos per eandem Romanam Ecclesiam & ejus auctoritatem denotatos & denotandos, exterminare, ac expellere pro viribus procurabit, & quòd omnia & singula per te Episcope & dictum Comitem procuratores prefatos nomine ipsius Ludovici in promissis coram nobis, & eisdem Cardinalibus exposita, contestata, recognita, asserta & promissa ex certa scientia & expressè ante absolutionem sibi ab hujusmodi processibus, penis & sententiis impendendam personaliter ratificabit, ac in omnibus & per omnia approbabit, & de novo confitebitur, recognoscet, asseret, permittet & juramentó firmabit, & tamea, quam alia omnia, que in dicto instrumento sui procuratorii continentur, faciet & complebit, ac pro illis faciendis & complendis se, & successores & bona efficaciter obligabit, & instrumentum publicum de ejusmodi ratificatione, approbatione, confessione, recognitione, assertione & promissione, ac juramento & obligatione, & aliis, que fieri contigerit in hac parte, confici faciet, ejúsque sigillo muniri, illúdque sic munitum statim, cùm super hoc ex parte nostra fuerit requisitus, tradet & assignabit illi seu illis, quos in hac parte duximus deputandos. Propterea tu Episcope & idem Fridericus Comes etiam Nuncii & Ambasiatores, ac procuratores dilecti Filii nobilis Viri Alberti Ducis Austrie ad infrà scripta ab eo per ejus patentes literas suo sigillo pendenti munitas coram nobis & eisdem Cardinalibus exhibitas ac lectas specialiter constituti ipsius Ducis nomine nobis & eisdem fratribus exposuistis, & etiam obtulistis, quòd idem Dux tanquam devotus ejusdem Ecclesie Romane filius reconciliationem dicti Ludovici primogeniti ferventibus votis affectans, ut omnia & singula, que per vos nomine dicti Ludovici oblata & promissa, seu que idem Ludovicus promittere, & jurare ac facere & implere secundùm mandata nostra, & promissiones predictas tenetur, seu tenebitur in predictis firmiorem consequantur effectum, paratus est solemniter promittere, se facturum & curaturum, quòd idem Ludovicus omnia & singula superiùs per vos nomine ipsius Ludovici oblata, & promissa, & ea, que per eum in premissis promitti & juramento firmari contigerit, effectualiter adimplebit, & observabit, & quòd omnes penitentiam, satisfactionem & emendam, que pro premissis ejus excessibus per nos, seu alium, vel alios, cui seu quibus hoc duxerimus committendum, fuerint eidem imposite, & alia, que premissorum occasione injungentur eidem infra tempora super hiis ipsis per vos, vel illum seu illos, cui seu quibus hec commiserimus prefigenda, devotè, realiter & cum effectu peraget, complebit, & inviolabiliter observabit. Et quòd pro hiis idem Dux se & suos Successores & bona solemniter obligabit. Quibus quidem confessionibus per te, Episcope, & dictum Comitem, procuratores prefatos, ut premittitur, factis, & per nos benignè auditis & admissis, dictis nominibus, nobis reverenter & humiliter supplicâstis, ut cum dictus Ludovicus, qui valetudinarius existit, tam propter hoc, quàm etiam propter capitales inimicitias, quas habet, & longarum viarum discrimina commodè nequeat se nostro conspectui presentare, sibi & dicte Margarite, que etiam hujusmodi tertii gradûs consanguinitatis & justitie publice honestatis, que adeò sunt, & jam diu fuerunt notoria, quòd nulla possunt tergiversatione celari, tempore dicti presumpti matrimonii ignara non extitit, & in eo contra prefatos processus adversus eam & dictum Ludovicum primogenitum propterea habitos permansit, prout permanet, & filios procreavit, ac insuper predicto Ludovico genitori obediendo, obsequendo, & eum reputando & nominando Imperatorem, ac sibi & suis complicibus & fautoribus prestando auxilium, consilium & favorem, & aliàs in premissis multipliciter excessit, ac propterea sententias, & penas

penas in predictis contentas processibus incurrit, de absolutionis, & abolitionis infamie, & habilitationis ac restitutionis & aliis oportunis circa hec beneficiis providere misericorditer, dignaremur. Nos, qui more pii Patris emendationem & salutem semper appetimus delinquentium filiorum ipsius Ludovici Primogeniti, & prefati Ducis Austrie in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestre per Apostolica scripta commisimus & mandavimus, quod prefatos Ludovicum & Margaretam in facie Ecclesie die solemni presente tam Clericorum quàm Laicorum multitudine copiosa auctoritate nostra ab invicem separetis, & sic separatos manere mandaretis, donec per Nos, seu auctoritate nostra aliud super hoc existeret ordinatum. Et deinde, postquam Ludovicus confessiones, recognitiones & promissiones suprà scriptas per te, Episcope, & dictum Comitem ejus nomine factas, ut premittitur, coram nobis, in presentia vestra personaliter & humiliter ratas, & gratas habuisset, ac eas in omnibus, & per omnia approbasset, ac de novo etiam fecisset, & juramentô firmâsset, ut prefertur, ac scisma quodlibet abnegasset, ac alia quelibet contenta in dicto instrumento sui procuratorii fecisset, ac predictam civitatem Tridentinensem, nec non illa, que ex eisdem oppidis, Castris, terris, locis, villis, juribus, jurisdictionibus & bonis omnibus suprà dicte Ecclesie Tridentinensis ad mensam Episcopalem pertinent, vobis, quos ad ea nomine, quo suprà, nostro & prefate Ecclesie Romane recipienda, tenenda, & custodienda, donec aliud à nobis vel dicta Sede reciperetis in mandatis, per literas nostras super premissis confectas deputavimus, & alia, que ad dilectos filios, Capitulum ipsius Ecclesie Tridentinensis spectarent, eisdem Capitulo, & castrum predictum de Furstenberg eidem Curiensi Episcopo, si sibi non esset forsitan restitutum, plenè, liberè, expeditè ac realiter assignasset, restituisset, tradidisset & dimisisset, ac etiam postquam ab eodem Ludovico, quòd Monasteria, Ecclesias, Canonicatus, prebendas, & alia beneficia Ecclesiastica, & alia omnia & singula, civitates, opida, castra, terras, villas, loca, jurisdictiones, jura & bona quorumcumque aliorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Ecclesiasticorum, & piorum locorum, & Ecclesiasticarum personarum, per eum, seu ejus nomine, mandato, permissione, consensu, auxilio & favore, quomodolibet occupata, seu detenta ipsis Ecclesiis, Monasteriis & locis seu personis, ad que, seu quas spectant, plenè, liberè & expeditè, ac realiter ad mandatum nostrum assignabit, restituet, tradet & dimittet, ac assignari, restitui, tradi & dimitti faciet, & ea reintegrabit, & reintegrari faciet ad illa, ac de fructibus, redditibus, proventibus, & bonis ab eisdem Ecclesiis, Monasteriis, Canonicatibus, prebendis & beneficiis, ac civitatibus, opidis, castris, terris, villis & locis aliis occupatis & detentis, occupationis eorum tempore per eum, vel alios, suo nomine, mandato, permissione, consensu, auxilio & favore perceptis, & habitis, illis, ad quos pertinent, satisfaciet, & satisfieri faciet, seu concordabit cum eis. Et quòd pro satisfactione injuriarum irrogatarum, & damnorum illatorum per eum Romane Ecclesie prelibate, quandocunque, per nos seu officiales ipsius Romane Ecclesie in partibus Italie constitutos fuerit requisitus, infra unum mensem à requisitione hujusmodi computandum, centum armigeros galleatos, viros fideles, ac in equis, & armis benè munitos, quorum quilibet habeat unum socium benè armatum, & tres equos, ad quascunque partes Italie eidem Ecclesie contra rebelles & hostes ipsius, & aliàs, prout fuerit expediens, fideliter servituros destinabit, eósque per duodecim menses integros, continuos vel interpellatos secundùm eorundem requirentium voluntatem inchoandos à die, qua iidem galeati intrabunt terras prefate Romane Ecclesie, in hujusmodi servitio retinebit, eisque de stipendiis & emendis, ac de pagis duplis, si faciende occurrerint providebit suis sumptibus & expensis, & etiam postquam tam ab ipso, quàm à dicta Margareta, quod ipsi pro speciali penitentia hujusmodi conjunctionis illicite infra duos annos à die facte separationis hujusmodi computandos in Comitatu Tyrolis in loco ad hoc apto de bonis eorum unum Monasterium, sive locum cum Ecclesia, campanili, cimete-

 rio,

rio, clauftro, dormitorio, refectorio & aliis neceffariis & decentibus officinis, in quo monafterio, feu loco effe debeant Monachi Cartufienfes, vel Sancti Benedicti fecundùm inftituta Beati Petri Confefforis viventes, aut aliorum non mendicantium Ordinum, priùs eidem monafterio, five loco fufficienti dote de bonis Ludovici & Margarete affignata, in qua unus Prelatus feu Superior, & duodecim Perfone Religiofe & literate in eo ponende perpetuis temporibus congruè valeant fuftentari, ac alia incumbentia ipfis pro tempore onera fupportare, facient inchoari, & illud feu illum poft dictos duos annos, quàm citò commodè poterunt, bona fide totaliter conftrui & compleri. Et quòd mittent & offerri facient de eisdem bonis eorum infra unum annum à dicta die feparationis ejusdem computandum, Bafilice Principis Apoftolorum, & Ecclefie Monafterii S. Pauli de Urbe duas imagines argenteas deauratas, quamlibet ponderis viginti quinque Marcarum argenti, unam videlicet Principis Bafilice, & alteram S. Pauli predictorum, Ecclefiis prelibatis affignandas, & in eis ad honorem eorundem Sanctorum perpetuò confervandas. Et poftquam etiam à prefato Duce Auftrie, feu à dilecto filio nobili Viro Rudolfo ejus primogenito, quod faciet & curabit, quòd fepedictus Ludovicus omnia & fingula, que per eum tempore abfolutionis hujusmodi ratificata, approbata, promiffa, & juramento firmata fuerant, effectualiter adimplebit & obfervabit, & quòd ipfi Ludovicus & Margareta fupra fcriptas penitentias, prout continetur fuperiùs efficaciter peragent, & complebunt, ac mandatis noftris premifforum occafione faciendis eisdem devotè parebunt, & ea inviolabiliter per fe obfervabunt, & per fuos pofteros & fubditos bona fide mandabunt & facient obfervari, efficaces & folemnes promiffiones & obligationes ac juramenta nomine noftro, & dicte Romane Ecclefie, & omnium, quorum intereft, feu intererit, recepiffetis, & de hiis omnibus publica inftrumenta per bonos & authenticos Notarios confecta, & eorundem Ludovici & Ducis Auftrie, feu primogeniti ejusdem figillis pendentibus communita, vobis, quos ad hoc etiam deputavimus, tradita extitiffent eosdem Ludovicum primogenitum & Margaretam ab Excommunicationum, aliisque fententiis & penis, quascunque propter premiffa, vel eorum occafione quomodolibet incurrerunt, fi id humiliter peterent, hac vice auctoritate noftra juxta formam Ecclefie abfolveretis, impofitâ eis ultra predictâ aliâ, prout veftre circumfpectioni videretur, pro modo culpe penitentiâ falutari, ac injunctis eis, quòd de cetero fimilia non committant, nec facientibus ea prebeant auxilium, confilium vel favorem, & aliis, que de jure fuerint injungenda, & omnem infamie maculam, five notam, quam ipfi premifforum vel alicujus eorum occafione quomodolibet contraxerunt, plenariè aboleretis, eósque ac ipforum filios & nepotes ad quecunque beneficia Ecclefiaftica obtinenda, & omnia & fingula, ad que per fententias & proceffus hujusmodi inhabiles reddebantur, habilitaretis, & habiles redderetis, & ad omnia privilegia, indulgentias, gratias & immunitates reales & perfonales eis, feu eorum alicui, vel aliquibus per dictam fedem conceffa, nec non ad feoda, honores, officia, bona, jura, & jurisdictiones, que obtinebant, & ad ftatum ac famam, in quibus erant ante predictos proceffus, feu antequam excederent in premiffis, dummodò in eisdem feodis, honoribus & officiis, bonis, juribus & jurisdictionibus tempore reftitutionis ad ea per vos faciende, non fit alii, feu aliis jus quefitum, in integrum reftitueretis. Voluimus autem & vobis mandavimus, quòd poftquam prefatos Ludovicum primogenitum & Margaretam a predictis penis & fententiis abfolviffetis, fub virtute juramenti per eos preftandi preciperetis eisdem, quòd ab inde in antea Legatos, Nuncios, Collectores, Subcollectores dicte Sedis & ipforum Legatorum, Nunciorum, Collectorum, Subcollectorum, & Curforum familiares, officiales & nuncios in omnibus civitatibus, opidis, caftris, terris, villis, & locis eorum, que inprefentiarum tenent, vel in futurum tenebunt, reverenter & honeftè recipiant, & tractent, ac Prelatos, Clericos, & Ecclefiafticas perfonas

sonas eorundem suorum Civitatum, opidorum, Castrorum, terrarum, villarum, & locorum similiter recipi, & tractari, ac eos commissa ipsis officia, jurisdictionem, & negotia ibidem, sicut in aliis civitatibus, opidis, castris, terris, villis, & locis aliorum Catholicorum & fidelium liberè exercere, & procurationes, subsidia, jura & alia quecunque, dicte Sedi & ejus Camere, ac eisdem Legatis, nunciis, Collectoribus, Subcollectoribus, Cursoribus familiaribus & officialibus debita eis & deputatis ab ipsis liberè solvi permittant, & ad hoc, si requisiti fuerint, fideliter dent auxilium, consilium vel favorem. Quodque non permittant, quantùm in eis fuerit, quòd in eisdem Civitatibus, opidis, castris, terris, villis & locis suis quibuscumque, & extra illa sui subditi faciant aliquas confederationes, congregationes, & societates hominum armatorum, contra nos, & successores ac eosdem Cardinales, & dicte sedis Legatos, seu Romanam & alias quascunque Ecclesias, aut Ecclesiasticas personas, earumque terras ac subditos, etiamsi sint feodatarii Romane Ecclesie prelibate. quin imò hoc, cùm ad notitiam eorum pervenerit, eisdem suis subditis sub magnis & formidabilibus penis fideliter & efficaciter prohibeant. Et ad hoc teneri voluimus eorundem Ludovici primogeniti & Margarete, & utriusque ipsorum, quorum majores culpe satisfactionem exigunt pleniorem, posteros in eorum, vel alterius ipsorum terris, & dominiis successuros, prout hec & alia in eisdem nostris literis pleniùs continentur. Postmodum autem pro parte memoratorum Ludovici primogeniti & Margarete, & nonnullorum tam Prelatorum, & Ecclesiasticarum personarum, quàm dicti Ducis Austrie, ac Comitum, Baronum & aliorum nobilium illarum partium fuit nobis expositum reverenter, quòd si dictus Ludovicus primogenitus, & Margareta, quos, ut premittitur, separari mandavimus, remanerent taliter separati, cùm sint insignes & potentes, & prolem ex hujusmodi presumpto Matrimonio habeant, magna verisimiliter scandala & inimicitie in eisdem partibus orirentur, pro ipsorum parte nobis instanter & humiliter extitit supplicatum, ut eisdem Ludovico & Margarete dignaremur in hac parte de oportune dispensationis gratia providere. Nos igitur, qui pacem & concordiam, in quorum tempore benè colitur pacis auctor, ubique terrarum vigere cupimus, & ad hoc operas nostras libenter apponimus, & quantùm nobis ex alto permittitur, futuris scandalis & inimicitiis obviamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre, de qua in hiis & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenùs, si est ita, & vestre circumspectioni videatur expediens, quòd hujusmodi dispensatio concedatur, super quo vestras conscientias oneramus, cum eisdem Ludovico & Margareta, postquam eos séparaveritis, & ipsi realiter & reverenter usque ad tempus, de quo vobis videbitur, steterint ab invicem separati. Et postquam etiam iidem Ludovicus & Margareta ac Dux seu ejus primogenitus omnia & singula, que tam superiùs, quàm in dictis nostris literis continentur, promiserint, & fecerint, & ipsi Ludovicus & Margareta per vos absoluti, habilitati & restituti, & eadem instrumenta inde confecta, & dictis sigillis munita vobis tradita fuerint, ut prefertur, ut hujusmodi impedimentis, que ex dictis consanguinitate, & justitia publice honestatis proveniunt, nequaquam obstantibus, matrimonium de novo invicem contrahere, & in eo, postquam contractum fuerit, remanere licitè valeant, auctoritate Apostolica licitè dispensetis, prolem susceptam ex eis, ex dicto presumpto matrimonio, & suscipiendam ex hujusmodi matrimonio contrahendo legitimam decernendo. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum fratres Archiepiscope, & Episcope, tecum fili Abbas ea nihilóminus exequantur. Datum Avinione III. Idus Aprilis, Pontificatûs nostri anno sexto. Item tenor alterius litere talis est.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Petro Abbati Monasterii Sancti Lamberti Salzburgensis Diocesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Olim venerabilibus fratribus nostris Ortolpho Archiepiscopo Salzburgensi,

gensi, & Paulo Episcopo Gurcensi, & quondam Joanni Abbati Monasterii Sancti Lamberti Salzburgensis Diocesis prædecessori tuo commisimus, & mandavimus ut nobilem Virum Ludovicum de Bavaria primogenitum quondam Ludovici de Bavaria pro Romanorum Imperatore, dum viveret, se gerentis, sed justo Romane Ecclesie judicio reprobati, & nobilem mulierem Margaretam Ducissam Karinthie, qui insimul, quamvis essent invicem tertio consanguinitatis gradu ex utroque latere conjuncti, & justitia publice honestatis inter ipsos ex eo exorta fuisset, quòd antea eadem Margareta per dilectum filium nobilem virum Joannem Marchionem de Moravia ipsi Ludovico in quarto consanguinitatis gradu attinentem per verba de presenti fuerat desponsata, licet ab ipso postmodùm fuisset judicio Ecclesie separata, de facto matrimonium scienter & remerè contraxerant, & in eo per quindecim annos vel circiter contra processus & sententias per felicis recordationis Benedictum XII. & Clementem VI. Romanos Pontifices Predecessores nostros, seu alios eorundem auctoritate & mandato super hoc contra ipsos Ludovicum & Margaretam factos, permanserant & permanebant, ac filios & filias susceperant, ab invicem separarent. Et deinde postquam tam per dictos Ludovicum primogenitum & Margaretam, quàm per quondam Albertum Ducem Austrie tunc in humanis agentem, seu dilectum filium nobilem Virum Rudolphum, primogenitum dicti Alberti, Ducem Austrie nonnulla facta, completa, ordinata, & promissa forent, ipsos Ludovicum primogenitum & Margaretam, & omnes & singulos Episcopos, Abbates, & alios Prelatos, & Rectores Ecclesiarum, Monasteriorum, ac Clericos & personas Ecclesiasticas, nec non Comites, Barones, Milites, aliásque seculares personas, & etiam Capitula, Collegia, Conventus, Communitates, & Universitates Civitatum, opidorum, Castrorum, villarum & locorum de terris dictorum Ludovici primogeniti, & Margarete, qui contra processus per Sedem Apostolicam contra dictum quondam Ludovicum, & ejus adherentes factos, ac aliàs ipsi quondam Ludovico adheserant, & faverant, & aliàs in hiis & circa ea multipliciter deliquerant, ab Excommunicationum, suspensionum, & Interdictorum sententiis & penis, quas propter premissa, vel eorum occasione incurrerant, absolverent. Et deinde etiam cum dictis Ludovico primogenito, & Margareta, qui insimul matrimonium contrahere cupiebant, ac insuper cum dilecto filio nobili Viro Meinhardo dictorum Ludovici primogeniti & Margaretha nato, & dilecta in Christo filia nobili muliere Margaretha nata dicti Alberti Ducis, qui ex uno latere tertio & quarto, & altero in tertio consanguinitatis gradibus conjuncti existebant, & invicem matrimonialiter copulari desiderabant, super hujusmodi matrimoniis contrahendis dispensarent, & nonnulla alia in premissis, & circa ea facere procurarent. Et voluimus, quod si in quibusdam ex premissis omnes insimul interesse nequirent, alter ipsorum Archiepiscopi & Episcopi cum ipso Johanne Abbate ea liberè exequeretur, alia verò ipsi Archiepiscopus, Episcopus & Abbas, & quilibet eorum per se, vel per alium, seu alios exequi valeret, ac nihilominùs ex certis causis curam & administrationem Ecclesie Tridentinensis plenam in spiritualibus & temporalibus eisdem Archiepiscopo, Episcopo & Johanni Abbati per ipsos seu alterum ipsorum Archiepiscopi, Episcopi & dictum Abbatem sub certa forma exercendam, usque ad Sedis Apostolice beneplacitum duximus committendam, prout in diversis inde confectis literis pleniùs continetur. Cùm autem sicut ex tenore petitionis pro parte dictorum Rudolphi Ducis & Ludovici primogeniti nobis oblate accepimus, idem Joannes Abbas, antequam in aliquo ad executionem premissorum processum fuerit, extiterit vitâ functus, nos ne propterea premissa impediri, vel differri contingat, providere volentes, ac de tue circumspectionis industria in hiis & aliis specialem in Domino fiduciam obtinentes, te quoad omnia & singula in dictis literis contenta, que omnia presentibus haberi volumus pro expressis, in locum dicti Joannis Abbatis subrogantes, tibi per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenùs illa facias & exerceas, & etiam exequaris, prout, & sicut

posset

posset & deberet Abbas predictus, si ageret in humanis. Datum Avinione II. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno septimo.

Quibus quidem literis Apostolicis per nos receptis, & eorum diligenter inspecto tenore prefati Dominus Ludovicus primogenitus, & dicta Margareta Ducissa in nostra presentia reverenter & humiliter constituti nobis humiliter supplicârunt, ut, cùm nos nuper eos separaverimus ab invicem, & ipsi reverenter steterint separati, ac ipsi & suprà scriptus Dominus Rudolphus primogenitus clare memorie dicti Domini Alberti Ducis Austrie fecerint & impleverint omnia, & singula, que & prout ipsi simul, & divisim tenebantur, & in dictis literis Apostolicis demandantur, ac à nobis auctoritate Apostolica absolutionis à dictis sententiis & penis, ac abolitionis infamie, & habilitationis, & restitutionis beneficia supra dicta fuerint consecuti, & mandata Apostolica eis facta receperint reverenter, Nos hujusmodi mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum exequi dignaremur. Nos igitur dictum mandatum Apostolicum exequi volentes, prout tenemur, exequi reverenter, cùm eosdem Dominum Ludovicum, & Dominam Margaretam juxta tenorem dictarum literarum ab invicem separaverimus, & Ipsi, prout sufficienter, & legitimè nobis constat, ex tunc reverenter & humiliter steterint separati, ac ipsi & dictus Dominus Rudolphus primogenitus dicti Domini Alberti Ducis Austrie omnia & singula, que tam in suprà scriptis, quàm in aliis literis Apostolicis nobis in hac parte directis, de quibus supra fit mentio, promiserint & fecerint, in quantum usque ad presens facere tenebantur, ac dicti Dominus Ludovicus & Domina Margareta per nos absoluti, habilitati, & restituti ac infamia illorum abolita, & instrumenta eadem seu litere de premissis confecta & confecte, & eorumdem Dominorum Lud. & Rudolphi ac Domine Margarete sigillis munita, nobis tradita, sive tradite fuerint, ut prefertur, quia per ea, que ipsi vidimus, & nihilominus ab aliis fide dignis accepimus, & sit quasi notorium, quòd si dicti Dominus Ludovicus & Domina Margareta remanerent taliter separati, magna verisimiliter scandala & inimicitie in eorum & circumpositis partibus orirentur, & ex matrimonio si per eos premissa dispensatione Apostolica contrahatur de novo, proveniret pacis ubertas. Et propterea consideratis & attentis omnibus considerandis & attendendis, prout tanti negotii qualitas exigit, nobis videtur omninò expediens, quòd dicta petita dispensatio concedatur. Ideò cùm sepe dictis Domino Ludovico primogenito, & Domina Margareta Ducissa, ut hujusmodi impedimentis, que ex dictis consanguinitate & justitia publice honestatis, prout superiùs in tenore dictarum literarum Apostolicarum pleniùs declarantur, proveniunt, nequaquam obstantibus matrimonium de novo invicem contrahere, & in eo postquam contractum fuerit remanere licitè valeant, auctoritate Apostolica nobis in hac parte concessa, seu commissa, tenore presentium, dispensamus, prolem susceptam ex eis ex dicto presumpto matrimonio, & suscipiendam ex hujusmodi matrimonio contrahendo eadem auctoritate Apostolica legitimam decernentes. In quorum testimonium presentes literas fieri fecimus nostrorum appensione sigillorum munitas presentibus venerabilibus & discretis Viris, Dominis Magistro Joanne de Plazheim, Cancellario illustris Principis Rudolphi Ducis Austrie, Wernhardo Heting, Decano Ecclesie Frisingensis, Magistro Petro de Nova Civitate Canonico Jauriensi, Decretorum Doctore, Nicolao de Strazburga in Teysendorf, Conrado de Heiligenstatt in Pabaria Ecclesiarum Plebanis. Et strenuis militibus Pilgrino Strwnone Marscalco prefati Domini Ducis, Conrado Frawnbergario Magistro Curie prefati Domini Marchionis, & Conrado Kummerspruchер Magistro Venationum ejusdem Domini Marchionis, Salzburgensis, Seccoviensis & Frisingensis Diocesis & pluribus aliis fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis. Datum & actum in Capella beate Margarete Castri Monacensis dicte Frisingensis Diocesis, die secunda mensis Septembris sub anno Domini Millesimo, trecentesimo, quinquagesimo nono.

Num. CCLXXV.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Karolus quartus Divina favente Clemencia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boem. Rex ad perpetuam rei memoriam. Imperatorie Magestatis gloria ejusque virtutis magnificencia tanto ampliotibus laudibus decoratur, tantoque lacioribus honorum titulis adornatur, quanto gratiosius benigniora munera fuderit in subjectos. Et licet de innata virtutis clemencia generaliter erga quoslibet Sacri Romani Imperii fideles & benè meritos, liberalis existat, ad illos tamen munificencie dexteram liberalius dignatur extendere, quos pro ejusdem Imperii honoribus, commodis & profectibus fama celebris fervencioribus studiis insudasse testatur. Cum itaque Magestati nostre pro parte venerabilis Pauli Frisingensis Episcopi Principis & devoti nostri dilecti devote supplicatum extiterit, quatenus sibi & Ecclesie sue Frisingensi omnia privilegia, literas, gratias, libertates, jura, donaciones, concessiones, & indulta, que, & quas à Divis Romanorum Imperatoribus, sive Regibus Predecessoribus nostris, à nobis & Imperio obtinuisse noscuntur, approbare, ratificare, innovare, confirmare, ac de innata nobis clemencia, & Imperialis potestatis plenitudine, de novo concedere dignaremur, Nos igitur predictorum nostrorum Predecessorum vestigiis inherere cupientes, prefatis justis ac racionabilibus supplicacionibus benignius inclinati, ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis, & intemerate Virginis Matris ipsius nec non consideracione multiplicium virtutum, meritorum, ac approbate fidei & devocionis constancia, quibus idem Episcopus Frisingensis, apur nostram Celsitudinem rerum experiencia docente, multipliciter commendatur, sibi & Ecclesie Frisingensi, supradicta, universa & singula privilegia, literas, gratias, libertates, jura, donaciones, concessiones & indulta ipsis à Divis Romanorum Imperatoribus sive Regibus Predecessoribus nostris data, facta & concessa, seu datas factas & concessas, quibuscunque eciam specialibus vocabulis designari valeant in omnibus suis modis tenoribus punctis & clausulis, prout de verbo ad verbum sunt scripta seu scripte, data seu date, facta seu facte, concessa seu concesse ac si tenores seu nomina singulornm forent inserta presentibus, eciam si de his jure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, prout racionabiliter & providè processeruur, auctoritate Imperiali, & ex certa nostra sciencia, approbamus, ratificamus, innovamus, ac de novo concedimus, & de singulari nostre benignitatis gracia & Imperialis potestatis plenitudine tenore presencium confirmamus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis, ratificacionis, innovacionis, de novo concessionis & confirmacionis paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire, sub pena centum Marcarum auri puri, quas ab eo, qui contravenire presumpserit, irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem fisco Imperialis nostre Camere, residuam verò partem injuriam passorum usibus applicari, signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris Invictissimi & gloriosissimi Boemie Regis. Testes hujus rei sunt Venerabilis Arnestus Sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopus, Johannes Olomucen. Johannes Luthomuschlen. Sacre Imperialis Aule Cancellarius, & Albertus Swerinen. Ecclesiarum Episcopi. Illustres Rudolfus Saxonie Dux Sacri Imperii Archi-Marescallus, Johannes Marchio Moravie, Bolco Suidnizen. Bolco Opulien. & Kazmyrus Teschinen. Duces. Spectabiles Burchardus & Johannes de Rez Comites, ac nobiles Czenco de Lypa supremus Regni Boemie Mare-

Marescallus, & Camerarius, Jesco de Warthemberg dictus de Wessel Burgravius Pragensis, Sbinco de Hazemburg & Buxo de Wilhartiz, Magistri Imperialis nostre Camere, & alii quàm plures nostri & Imperii Sacri Principes, Nobiles & fideles, presencium sub Imperialis Magestatis nostre sigillo testimonio literarum. Datum Prunne, Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Sexagesimo, Indictione tredecima, V. Kalend. Maij Regnorum nostrorum, Anno quartodecimo, Imperii verò sexto.

Cor[um] per Milizium de Chremsir

Cancellarius:—

NUM. CCLXXVI.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus Divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus & Boëm. Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presencium universis. Imperatorie Magestatis generosa sublimitas tanto amplioribus laudibus decoratur, quanto gratiosius benignitatis sue donaria fuderit in subjectos. Et licet innata virtutis clemencia generaliter erga quoslibet bene meritos, quos Imperii Sacri latitudo complectitur, liberalis existat, ad illos tamen Imperialis munificentia dexteram liberalius dignatur extendere, quos pro ejusdem Imperii honoribus, commodis, & profectibus procurandis operum testatur effectus, ferventioribus studiis insudâsse. Sanè pro parte venerabilis Pauli Frisingensis Episcopi, Principis & devoti nostri dilecti oblata nostro culmini petitio continebat, quatenùs quoddam privilegium, quòd celebris memorie Divus Otto quondam Romanorum Imperator Predecessor noster Ecclesie Frisingensi, ejusque Episcopis olim concessisse dinoscitur, nec non omnia in eo contenta benignitate Cesarea sibi & eidem Ecclesie Frisingensi approbare, ratificare, confirmare, & innovare gratiosius dignaremur, cujus quidem privilegii tenor per omnia sequitur in hec verba:

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quàm & futurorum industria, qualiter nos consensu & consilio Episcoporum &c. vid. Tom. I. par. I. pag. 192.

Nos igitur prefati Principis nostri sincere puritatis ardorem, & alia multiplicia probitatis & virtutum merita, quibus Celsitudinem nostram & Sacrum Romanum Imperium attentâ studuit hactenus diligencia specialiter venerari, nostre mentis oculis clarius intuentes, ipsius supplicacionibus ob omnipotentis Dei ac gloriose ac intemerate Virginis Marie Genitricis ejus laudem, gloriam & honorem, nec non illum, quem ad dictam Frisingensem Ecclesiam semper gessimus & habemus sincere devocionis affectum, benignius inclinati, presertim, cum

juste petentibus non sit denegandus assensus, dictum privilegium, prout superius verbaliter est expressum, nec non omnia & singula in eo contenta animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed sano Principum, Baronum & Procerum nostrorum, & Imperii sacri fidelium accedente consilio de certa nostra sciéntia Imperiali auctoritate approbamus, ratificamus, auctorizamus, & prefatis Episcopo, successoribus suis, ac Ecclesiæ Frisingensi per omnia de novo concedimus, innovamus, & eciam presentis scripti patrocinio graciosius confirmamus, statuentes, & hoc Imperiali Decreto valituro perpetuè sancientes, quod privilegii supradicti virtute dictus Paulus Frisingensis Episcopus, & sui in eadem Ecclesia successores, perpetuis temporibus, universis & singulis in ipso contentis uti, frui, gaudere, & potiri, merumque, mixtum & absolutum Imperium in talibus habere possint & valeant, cum emergentibus, dependentibus & connexis. Non obstante, si tam dictus Paulus Frisingensis Episcopus, quàm sui in eadem Ecclesia Predecessores dicto privilegio, seu graciis & juribus in ipso contentis in totum vel in aliqua sui parte quibuscunque causis urgentibus actenus non sint usi, vel si propter negligenciam talia in dissuetudinem abierint, que eidem Episcopo & Ecclesie sue Frisingensi predicte nullum volumus generari posse seu quomodolibet importare debere prejudicium, vel jacturam, sed potiùs quòd supra scriptum privilegium cum omnibus & singulis sententiis, punctis & clausulis suis, per nos, sicut premittitur, ratificatum, approbatum, confirmatum & de novo concessum inviolabilis roboris perpetuam obtinere valeat & debeat firmitatem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc nostræ ratificationis, approbationis, innovationis, concessionis & confirmationis paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario sub pena centum Marcharum auri purissimi, quam eum, qui contra facere præsumpserit, toties, quoties contra factum fuerit, eo ipso incurrere, & ab ipso irremissibiliter exigi volumus, ac ejusdem pene medietatem Imperiali ærario sive fisco, residuam verò partem dicto Episcopo Frisingensi, & suis Successoribus Episcopis ibidem decernimus applicari. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Karoli quarti Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Boemie Regis. Testes hujus rei sunt venerabiles Gerlacus Moguntinensis per Germaniam, Wilhelmus Coloniensis per Italiam Sacri Romani Imperii Archi-Cancellarii Archi-Episcopi. Illustres Rupertus Comes Palatinus Reni, Archidapifer Bavarie Dux, Rudolfus Saxonie Dux Archi Marescallus, & Ludovicus Romanus Marchio Brandemburgensis Archi-Camerarius Sacri Romani Imperii Principes Electores. Venerabiles Arnestus Pragensis Archiepiscopus, Albertus Herbipolensis, Johannes Argentinensis, Johannes Luthomuslensis Sacre Imperialis aule Cancellarius, Leupoldus Bambergensis, Johannes Olomucensis, Theodricus Myndensis, Gerhardus Spirensis, Bertoldus Eystetensis, Gerhardus Nuwenburgensis, Albertus Swerynensis, Theodricus Wormaciensis, Marquardus Augustensis, Johannes Gurcensis, Petrus Curiensis & Henricus Lubucensis Ecclesiarum Episcopi. Illustres Otto Brandemburgensis & Lusacie Marchio, Fridericus & Wilhelmus Marchiones Misnenses, Adolffus, Stephanus, & Fridericus Bavarie, Barnym & Kazmirus Stetinensis, Bolko Swydnicensis, Bolko Münsterbergensis, Bolko Falkembergensis, Henricus Glogoviensis, Wenceslaus Legnicensis, Ludowicus & Henricus Bregenses, Nicolaus Opaviensis, Przymlaus Teschinensis & Bolko Opuliensis Duces Principes. Spectabiles. Burchardus Magdeburgensis Imperialis Curiæ Magister, Fridericus. Nurembergensis Burggravii, Eberhardus & Ulricus de Wirtemberg, Johannes & Burchardus de Rezz, Henricus & Wilhelmus de Montfort, Henricus Guntherus Johannes Henricus & Guntherus de Schwarzburg, Johannes de Nassaw, Wilhelmus de Katzenelbogen, Otto de Ortenburg, Ulricus de Helffensteyn, & Eberhardus de Wertheim Comites. Johannes & Ulricus Lantgravii de Lutemberg. Nobiles Craffto & Gotfridus de Hohenloch, Gozo de Brunecke, Fridricus de Heydecke, Tymo de Koldiz, Petrus, Jodocus

&

& Ulricus de Rosemberg, Jesco & Benestius de Wartemberg, Lupoldus de Landsteyn, Borso & Slawco de Resemburg, Fridricus & Theodricus de Schomburg & quàm plures alii nostri & Imperii fideles, presentium sub Imperialis nostre Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum Nuremberg, Anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo primo, Indictione XIII. Septimo Idus Aprilis, Regnorum nostrorum anno sexto decimo, Imperii verò septimo.

Num. CCLXXVII.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus divina favente Clemencia Romanorum Imperator semper Augustus & Boëmie Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore presencium universis. Imperatorie Magestatis generosa sublimitas tanto amplioribus laudibus decoratur &c. *ut in Instrumento immediatè precedenti.* Cujus quidem privilegii tenor per omnia sequitur in hec verba.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Conradus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Si erga domus Dei nostre liberalitatis Munificentiam piis incitati studiis ostenderimus, & oportuna &c. vid. Tom. I. Par. I. pag. 223.

Nos igitur prefati Principis nostri sincere puritatis ardorem, & alia multiplicia probitatis & virtutum merita, quibus Celsitudinem nostram & Sacrum Romanum Imperium attenta studuit hactenus diligentia specialiter venerari &c. *omnia ut suprà.*

Num. CCLXXVIII.

ICh Heinreich der Part Purger ze Munichen vergich offenlichen an disem Brief für mich, und für alle mein Erbn alln den, die in sehent, hörent, oder lesent, umb den Prugkzol ze Munichen, der iärlichen gilt acht, und vierzich pfunt Municher pfening, den mir der Erwirdig mein gnädiger Herr Byschobf Pauls ze Freisingen mit dez Capitels ze Freising rat, willn, und gunst versezt hat umb fünf hundert pfunt Municher Pfening oder - - zwen gut haller für ainen pfennich, die mir mein vorgenanter Herre Byschobf Paull schuldich worden ist von dez Gotzhaus wegen ze Freising sichtiger notdurft mit dem beschaiden, das ich den vorgenanten zoll niessen und einnemen sol in aller der weis, als in mein vorgenanter Gnädiger Herre Byschobf Pauls innen gehabt und genossen hat. Ist getädingt und geredet worden, wan mich oder mein Erben mein vorgenanter Herr, oder sein Nachchomen ermanent mit funf hundert pfunt guter Municher pfening oder zwen gut Häller für ainen pfening der Münsse, die dan gib, und gäb ist, vierzehen tag vor sand Jörgen tag, oder vierzehen tag darnàch, das ich dan oder mein Erben dem vorgenanten meinem Gnädigen Herren Byschobf Pauls ze Freisingen oder seinen nachchomen den vorgenanten Prugkzoll wider zelösen geben sullen umb die vorgenante fünf hundert pfunt Municher pfening an alles verziechen, widerred, und hindernusse. Und darumb zu ainer gewishait han ich Im zu mir unverschaidenlichen ze rechten Porgen gesezt Heinrichen den Rudolfen ab dem Anger, und meinem Aydem Heinrichen den Pütrich baid Purger ze Munichen, mit der beschaiden, ob ich In, oder mein Erbn die vorgenante losung des egenanten Prugkzolls ze Münichen in dhainen weg, oder mit dhainerley sachen verzügen, wie das chomm, nämen sie des schaden, des si umb recht und redlich geweisen mögen, den sullen wir In ich vorgenanter Heinrich Patt oder mein Erben, oder wir vorgenante Porgen baid sampt In allen abtun gar und gänzlich an allen Irn schaden. Mit urkund dis

briefs In mit unsern Insigeln besigelt geben dez Eritagh an sand Andres tag nach Christes gepurt dreuzehenhundert iar, darnach in dem ain und sechzigisten iar.

Num. CCLXXIX.

Ich Wernher von Fünsing, und Ich Elspeth sein ehelich Hausfrau, veriehen für uns, und für alle unser Erben offentlichen an dem Brief allen den, die ihn ansehent, hörent, oder lesent, das wür mit verdachten mueth und mit gueten willen ze München in der Statt, da die Ehrsamben Herrn bey waren, in haintz Rudolpfs Haus, Herr Johannes der Chamerberger Thumb Probst ze Freysing, Herr Wernher der Härinckh Dechant daselbst, und ander Chor-Herrn ain michel thail geschafft und gemacht haben aus unserem aigen gueth gelegen ze Obern-Neüching, das unser rechten aigen ist, ain pfund Münchner pfening ewiger und lediger gült, oder für ieglichen pfening zwen gueth und gab haller in das werkh und in das liecht hintz unser Frauen ze Freysing, alsodas in dasselb pfund gelt iährlichen und ewiglichen gefallen sol ohn allen abgang und gepresten auf Sant Michels tag, vor aller gült, die das obgenannt gueth getragen mag. Vnd hat auch der Obrist Custer ze dem Thumb, oder sein Ambtmann vollen gewalt, den Mayr, der auf dem oben genannten gueth gesessen ist, oder wer es nun hat, oder banet, ze benöthen, und ze pfentten ohn als recht, als ein ieglich Herr umb sein gült pfentten und benöthen soll. Wir sollen auch in das oben genannt pfund ewigs gelts vertigen ohn allen ihren schaden, als des Landes und der Grafschafft recht ist, datinn das obgenannt guet gelegen ist. Vnd daryber ze einem wahren vrkhund gib ich oben genannter Wernherr von Fünsing In den brief versigelten mit meinem aigen anhangenten Insigl. Darunter ich Elspeth sein Hausfrau und all unser Erben verbinden mit vnsern treuen alles das stäth haben, und auch volführen, das oben geschriben stehet. Des seind zeig und tädinger gewesen der Erberg Ritter Herr Ruprecht der Chärgel, Eberhart und Perchtolt die Neüchinger, und ander Erberg leuth genug. Das ist geschehen, da man zalt von Christes geburth dreyzehenhundert Jahr, darnach in dem zway und sechzigisten iahr an Sant Matheus tag des heyligen zwelffbotten.

Num. CCLXXX.

Anno Domini MCCCLXV. indictione tertia Pontificatus Sanctissimi Patris Domini Vrbani divina providentia Papæ quinti dedicata est hæc Ecclesia Parochialis unà cum altari principali Sancti Petri Apostoli vicesima VII. die mensis Aprilis, hoc est, in depositione Sancti Ruperti cum maxima solempnitate per Reverendum in Christo Patrem Dominum Paulum venerabilem Episcopum Ecclesiæ Frisingensis, astantibus, & sibi cooperantibus Venerabilibus Patribus & Dominis Domino Hainrico Eglinger in Tegernsee, Domino Alberto in Päwrn, Domino Stephano in Ebersperg, & Domino Vlrico in Weihenstephen Abbatibus dictæ Diœcesis, & in crastino prædicti festi dedicata sunt duo altaria eiusdem Ecclesiæ, videlicet altare Sancti Leonhardi, & altare trium Regum per eundem Dominum Episcopum Frisingensem. Translatæ sunt autem Dedicationes prædictæ ad petitiones Friderici Decani, & Hainrici Mäwsl præpositi dictæ Ecclesiæ & aliorum civium per supradictum Reverendum Patrem Dominum Paulum Episcopum Frisingensem, & celebratur singulis annis, Templi quidem dedicatio celebratur in Dominica post festum Nativitatis Beatæ Virginis proxima antiquum iuxta ritum: dedicatio autem altaris Sancti Leonhardi in Dominica *Judica me Deus*. & dedicatio trium Regum feria 2da proxima post Pentecostes.

Con-

Continentur autem in ara principali reliquiæ subnotatæ. De ligno Sanctæ Crucis. de lapide super quem natus est Dominus, de præsepio Domini. de vestibus Domini. de lapide super quem sedit, quando divisit quinque panes. de pane, quo satiavit Dominus quinque millia hominum. de calvariæ loco, ubi passus fuit Dominus. de sepulchro Domini. de lapide, ubi ascendit. & de statua, ad quam ligatus fuit. Item reliquiæ Sanctæ Mariæ Virginis de lacte, de lecto & de sepulchro Sanctæ Mariæ Virginis. Item apostolorum: de Sancti Petri. de ossibus eiusdem. & de lapide loci, ubi Beatus Petrus flevit & se abscondit. Johannis Baptistæ. Johannis Ewangelistæ, Sancti Pauli. Andreæ. Jacobi maioris. Bartholomæi. Thomæ & Sancti Mathiæ. Item reliquiæ Sanctorum Martyrum. Stephani Prothomartyris: Laurentii. Sigmundi. Erasmi. Christophori. Emmerami. Felicis & Adaucti. Cosmæ & Damiani. Cassiani, Theodori, Achatii & sociorum eius. Sixti Sebastiani, Anastasii. Chrysogoni, Saturnini, Dionysii, Ambrosii, Vdalrici. Martini. Remigii, Leonhardi, Silvestri, Lamperti, Augustini, Nicolai, Erhardi, Egidii & Sancti Gangolffi. Item sanctarum Virginum: Margarethæ, Katharinæ, Praxedis, Agathæ, Barbaræ, Oriliæ, Vrsulæ, undecim millium Virginum, Julianæ, Agnetis, Claræ, Mariæ Magdalenæ, Christinæ, & Beatæ Kunigundis. Et plures reliquiæ & pulveres reliquiarum. quarum tituli ex vetustate & igne fuerunt consumpti. Omnibus verè pœnitentibus, contritis & confessis, qui dictam Ecclesiam in singulis sui Patroni, & B. Mariæ Virginis, ac omnibus aliis infra scriptis festivitatibus, videlicet Natalis Domini, Circumcisionis, Epyphaniæ, Parasceves, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis & Corporis Christi, Inventionis & exaltationis Sanctæ Crucis. Sancti Michaëlis Sanctorum Petri & Pauli, & omnium aliqrum Ewangelistarum, & quatuor Sanctæ Ecclesiæ Doctorum. in festo omnium Sanctorum, commemoratione animarum, dictisque Dedicationibus, nec non diebus seu festis, quorum reliquiæ in altari principali continentur, & per octavas omnium festivitatum prædictarum octavas habentium: singulisque diebus Dominicis & festivis causa devotionis, orationis, & peregrinationis accesserint: seu qui Missis, Vesperis, Matutinis, Prædicationibus cæterisque divinis officiis interfuerint, vota persolverint, vel ad fabricam, & luminaria manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius confisi suffragiis septuaginta tres Archiepiscopi, & Episcopi accedente consensu dicti Domini Emichonis Diœcesani & suorum successorum hanc summam indulgentiarum, videlicet Duo millia nongenti viginti dies criminalium & quinque millia. CCC. & XL. dies venialium de iniunctis eis pænitentiis misericorditer in Domino relaxarunt. Insuper Reverendus Pater & Dominus Paulus Episcopus Frisingensis de consecratione Ecclesiæ & Altaris, ut præmittitur, per eum facta LXXX. dies indulsit, & donavit. . . . quod omnes litteræ indulgentiarum, quæ datæ sunt ante consecrationem dicti Domini Emichonis per ignem fuerunt destructæ, & ideo eorum summa ignoratur.

Num. CCLXXXI.

Nos Dietricus Dei gratiâ Episcopus ecclesiæ Salon. in spiritualibus Reverendi Domini Domini Pauli venerabilis ecclesiæ Frising. Episcopi, vicarius generalis profitemur, & constare cupimus universis præsentem cedulam inspecturis, quòd nos ex licentia & mandato venerabilis antedicti Domini Pauli, ecclesiæ Frising. Episcopi IIII. Kal. Novembris capellam intra muros ecclesiæ in Rot, noviter constructam, in honore Sancte & individue Trinitatis, omniûmque Sanctorum, & undecim millium Virginum, cooperante Spiritûs Sancti gratiâ consecravimus, ipsûmque monasterium Rotense cum omni sepultura, & capellam eidem Monasterio annexam, unà cum ecclesia parochiali in Velkyrchen, ipsius-

ipsiusque reconciliavimus sepulturam, & ob instanciam memorati Domini Prælati in Rot, III. Kal. Novembris capellam in alpibus, per ipsum funditùs & noviter constructam in honore sancti Aniani confessoris, & undecim millium Virginum consecravimus cooperante nobis septiformi Spiritûs gratiâ, concedenres omnibus Christi fidelibus, prænotatas ecclesias visitantibus hanc gratiam XL. dies criminalium, & LXXX. venialium, qui omnibus contritis & confessis ipso dedicationis die, & patrociniis ipsorum, omnibusque solemnitatibus præcipuis, videlicet Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Pasche, Pentecostes, Ascensionis, & dierum Rogationum, Johannis Baptiste, & omnibus solemnitatibus Mariæ Virginis, & beatorum Apostolorum omnium, omniúmque Sanctorum devotè confluentibus, de omnipotentis Dei gratia misericorditer in Domino relaxantur. In cuius rei evidentiam præsens instrnmentum, sigilli nostri munimine fecimus communiri. datum & actum anno Incarnations Domini M. CCC. L. XXIII. III. Kalendas Novembris.

Num. CCLXXXII.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Digna exauditione vota personarum ecclesiasticarum divinis laudibus dedicatarum benevolo nos convenit favore prosequi, ac ipsorum necessitatibus occurrere provisionis gratia congruente. Sanè petitio pro parte dilecti filii Bertoldi de Fraunberg Decani Ecclesiæ Frisingensis nobis nuper exhibita continebat, quòd fructus & redditus & proventus Decanatûs ejusdem Ecclesiæ, quæ dignitas curata existit, sunt adeò tenues & exiles, quod Decanus ipsius Ecclesiæ, qui est pro tempore, non potest ex eis onera sibi incumbentia supportare, nec statum tenere condecentem. Quare pro parte dicti Decani fuit nobis humiliter supplicatum, ut pro supportatione onerum hujusmodi parochialem Ecclesiam in Aufkirchen Frisingensis diocesis præfato Decanatui unire auctoritate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd Venerabilis frater noster Paulus Episcopus Frisingensis, qui nobis super hoc humiliter supplicavit, præmissa asserit, fore vera, & proinde dicto Decano paterno compatientes affectu, ac volentes ipsum propterea favore prosequi gratioso, hujusmodi supplicationibus inclinatl dictam parochialem Ecclesiam cum omnibus juribus & pertinentiis suis eidem Decanatui auctoritate prædicta in perpetuum incorporamus, annectimus, & unimus; ita quòd cedente vel decedente Rectore ejusdem parochialis Ecclesiæ, qui nunc est, aut Ecclesiam ipsam quomodolibet dimiserit, liceat eidem Decano per se vel alium seu alios corporalem possessionem dictæ parochialis Ecclesiæ auctoritate propria apprehendere & nancisci, ac etiam retinere, omnésque fructus, redditus & proventus ipsius parochialis Ecclesiæ in usus proprios ad supportationem onerum prædictorum convertere & etiam deportare, Diœcesani loci & cujuslibet alterius licentia vel assensu minime requisitis, reservata tamen de ipsius parochialis Ecclesiæ fructibus, redditibus & proventibus supradictis pro perpetuo Vicario inibi Domino servituro congrua portione ad ipsius Diœcesani arbitrium taxanda & etiam constituenda, ex qua idem Vicarius possit congruè sustentari, jura Episcopalia solvere, ac alia sibi ratione dictæ Ecclesiæ incumbentia onera supportare, non obstantibus felicis recordationis Urbani Papæ V. Prædecessoris nostri & aliis constitutionibus Apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquis super provisionibus sibi faciendis parochialibus Ecclesiis aut aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales aut generales Apostolicæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetraverint. etiamsi per eas ad inhibitionē, reservationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum, quas litteras & processus ad dictam parochialem Ecclesiam volumus non extendi, sed nullū per hoc eis quoad assecutionem parochialium Ecclesiarum aut beneficiorum alio-

rum

IN nomine Domini Amen. Nos Johannes Grünwallder, Decretorum Doctor, Canonicus, ac Reverendi in Christo Patris & Domini, Domini Nicodemi Episcopi Ecclesiæ Frisingensis in Spiritualibus Vicarius Generalis, notum facimus præsentium inspectoribus universis, quòd anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo nono, Indictione septima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Martini Divinâ providentiâ Papæ quinti anno tredecimo, die Veneris, vicesima quinta Mensis Novembris, horâ Completorii vel quasi venerabilis, ac circumspectus Vir Dominus Johannes Tulbekch Decretorum Licentiatus, Judex ac Sindicus Capituli Frisingensis, nec non Præpositus Sancti Viti extra muros Frisingen. Ecclesiarum, in nostra, nec non Notarij nostri Publici, testiúmque subscriptorum præsentia personaliter constitutus quandam litteram in pergameno conscriptam, & Sigillis tribus totundis de cera tubea communi ceræ impressa in pssulis pergamenis pendentibus sigillatam ac signo manuali Illustris Principis & Domini, Domini Ludovici Comitis Palatini Reni Bavariæ Ducis & Comitis Mortaniæ &c. solito & consueto signatam, sanam, integram & illæsam ac omni prorsùs vitio & suspicione carentem exhibuit & produxit ad videndum, legendum, examinandnm & diligenter perspiciendum, in cujus verò literæ sigillo primo videlicet apparuit imago Virginis tenentis in manu dextra galeam duabus alis extensis ornatam, & in medio alarum imago Leonis, in sinistra verò manu habens Clipeum armorum illustrium Principum Bavariæ Ducnm seu Domûs Bavaricæ. Circumscriptio eiusdem sigilli erat talis. Ludovicus Dei gracia Comes Palatinus Reni Bauatiæque Dux &c. In secundo verò Sigillo apparuit Clipeus armorum prædictorum, & super Clipeum galea duobus cornibus ornata, inter quorum cornuum medio apparuit similiter figura Leonis Circumscriptio verò talis erat. S. Ernesti Ducis Bauariæ. Tertium autem Sigillum habuit similiter clipeum armorum Domûs seu Ducum Bauariæ, & super clipeum galeam alâ extensâ ornatam, & circumscriptio ejusdem erat talis. Sigillum Wilhalmi Ducis Bauariæ. Cujus quidem Litteræ tenot sequitur, & est talis.

WIr Ludweig von Gots genaden Pfalzgraf bey Rein, Herzog in Beyrn, und Graf zu Martany &c. Wir Ernst und Wilhalm gebrüder auch von denselben Genaden Pfalzgrauen bey Rein, nnd Herzogen in Beyrn &c. Bekhennen für uns, all unser Erben und nachkomen offenlich mit disem brief. Als ein Anzal von den Prælaten, Grauen, Herren, Rittern, Knechten und Steten in nidern Bayren ainen Rechtlichen spruch zwischen vnser gethan haben umb die Erbschafft des niderlandts, umb unser alt Krieg, auch wie unser Landtschafft zu Obern Beyrn versorgen sullen, damit Sy bey allen ihren Genaden, Freyhaiten, Ehren, Rechten, und guten Gewohnhaiten beleiben, als ihn die von nnsern Voruodern verbrieft, nnd verschriben sind, darauf unset Genädigister Herr der Römisch &c. Kunig mit sein ains Vrtail ausgesprochen hat, als daß seinet Kunichlichen Maiestet besigelt Vrtail brief klarlichen ausweiset, also haben wir mit wolbedachtem mntt, guettem willen, und Rat angesechen solich getrew dienst, groß verderben und bechnmmernuss, als all die unsern Geistlich, und weltlich im obern Lannde zu Beyrn mit uns gelitten, und gethan habend auch vnsers Genedigisten Herren des Römischen &c. Kunigs spruch auch der Landtschafft in Nider Beyren spruch, auch nach erkantnuss der fünff und zwainzig Mann, den wir völligen gewalt darüber geben haben mit unsern Brief und Sigeln, und haben unsrer Landtschaft in Obern Beyren versprochen bey unsern gnaden, ehren und trewen für uns, all unser Erben und nachkomen Ihn, und allen ihren Erben, und

nachkomen, das wir Sy ewigkleichen sullen und wellen genedigkleichen behalden und beleiben lassen bey allen ihren Genaden, Ehren, Freyhaitten, Rechten, und guten Gewohnhaiten, als ihn die von unsern voruodern verbrieft, und verschriben sind sammenlich oder sunderlich, Geistleich oder weltlich, niemandt ausgenommen, noch hindangesatzt, die kreftigen, bestätten und newen wir ihn mit disem Brieff mit allen den puncten, Artikeln, Ehren, und Rechten, die an den Brieffen begriffen, und verschriben sind, also dass ihn, allen ihren Erben und nachkomen die von uns, allen unsern Erben und nachkomen ewigkleichen stätt, ganz, und vnzerbrochen beleiben sullen, vnd dass auch wir, all unser ambtlewtt, viztumb, Richter und schergen darzu halden wellen, das sy Ihn all Ihr brieff, Ehre und Recht stätt behalten, die Ihn von vnsern Vornodern verschriben sind, wär aber, das iemandt von uns, oder unsern Ambtleütten darüber beswärt wurd, der, oder dieselben sullen uns des erindern, und fürbringen, durch si selb, oder unser Räth erkantnus abthun, der zum minsten fünff fein sullen unser Landtlewt in ainem moneid nach ihrem ersten erindern und fürbringen, des sullen sie sich genügen lassen, und auf das, das Ihn all obgeschriben artikel ewigklich stätt gehalten werden, erlauben und gepieten wir unserer obgenanten Landtschaft in obern Bayren, Geistlichen uud weltlichen, das si sich zu einander verpinden sullen und mugen getrewlich an einander zehelffen, und des wider zu stehn, so lang, wis das Ihn von uns oder unsern Ambtlewtten darumb genug geschicht. Des zu vrkund geben wir obgenante Fürsten allen Prælaren, Grauen, Herren, Rittern, Knechren, Stetten, Märgkten und gemainigkleich aller Landtschaft Geistlichen und weltlichen in Obern Bayrn den brief mit vnser Herzog Ludweigs hand gezaichnet, und unser aller dreyer anhangunden Insigel versigelt, der geben ist an Pfingstag nach sand Gallen tag nach Christi geburd vierzehenhundert, und darnach in dem newn und zwainzigisten Jahre.

Post cujus quidem litteræ exhibitionem, receptionem, & diligentem inspectionem nobis & per nos, ut præmittitur, factam, præfatus Dominus Johannes Tulbeck nobis debita cum instantia supplicavit, quatenùs dictam litteram ex certis causis coram nobis expositis transsumi, transcribi & exemplari hujusmodique transumptum, transcriptum, sive exemplum auctorizare, & sic auctorizatum sub manu Notarii nostri publici, cum appensione sigilli Vicariatûs Episcopi Frisingensis decernere & concedere dignaremur. Nos itaque Johannes Grünwallder Vicarius præfatus, attendentes petitionem hujusmodi fore justam & rationi consonam eidem annuimus, facientes dictam litteram cum præsenti transumpto sive transcripto per Notarium nostrum publicum subscriptum diligenter collationari de verbo ad verbum, & examinari, qua sic collationata & examinata invenimus hoc præsens transsumptum cum ipsa littera originali in omnibus & per omnia, nihil addito, diminuto seu obmisso concordare. Idcircò hujusmodi transsumptum sive Vidimus auctorizamus & approbamus volentes & præsentibus, quantum de jure possumus, decernentes, quòd ipsi transsumpto seu Vidimus in omnibus & per omnia tam in judicio quam extra ubicunque locorum, sicut originali litteræ prædictæ fides plenaria adhibeatur, super hujusmodi auctoritatem nostram, & decretum interponentes. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes litteras nostras, seu præsens publicum Instrumentum hujusmodi transsumptum seu Vidimus in se continentes seu continens per Nos decretum exinde fieri & per Notarium nostrum subscribi & publicari, sigillique Vicariatûs Episcopi Frisingensis jussimus appensione communiri. Dat. & Act. Frisingæ in stuba maiori domûs Schönegk, sub anno, Indictione, Pontificatu, die, mense, & hora, quibus supra, præsentibus honorabilibus & discretis Viris Georgio Frey & Ulrico Prosperger Clericis Augustensis & Frisingensis diœcesium, testibus ad præmissa vocatis & requisitis.

Signum

Signum Notarij. Et ego Johannes Kastner de Monaco Clericus Frisingensis diocæsis publicus Sacri Romani Imperij auctoritate Notarius, quia dictæ litteræ exhibitioni, productioni, petitioni, auscultationi, & decreti interpositioni omnibúsque alijs & singulis, dum sicut præmittitur, per præfatum Dominum Johannem Grünwalder, & coram eo fierent, & agerentur, unà cum prænominatis testibus præsens Interfui, eáque sic fieri vidi & audivi. Idcircò de mandato ejusdem Venerabilis Patris præsentes litteras, sive præsens publicum Instrumentum, hujusmodi transsumptum seu Vidimus in se continentes, sive continens, & per alium fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, signóque & nomine meis solitis & consuetis unà cum appensione Sigilli Vicariatûs Episcopi Frisingensis consignavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium præmissorum.

L. S.
Vicariatus.

Num. CCCXXIX.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter amen. Sigismundus Dei gratià Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex. ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præsentium universis. Inter cæteras solicitudines, quibus assiduè circumvolvimur pro pace & quiete universorum ditioni nostræ subditorum procuranda, illa nobis occurrit potissima, ut Prælatos & Ecclesias Sanctas Dei, in cujus manibus cor Regis dependet, & cujus miseratione vivimus, & regnamus, nedum in suis libertatibus & juribus conservemus, sed & suppressos relevemus, & defectuosos etiam specialibus prærogativarum antidotis clementius restauremus. Tunc enim Divinæ Majestati nos gratos reddimus, dum Ministris & Ecclesijs suis opem conferimus, & respicimus eorum indigentias, & pro hijs transitorijs ac caducis mercedem meremur Indubiè æviternam. Sane pro parte Venerabilis Nicodemi Frisingensis Episcopi, Principis & devoti nostri dilecti Majestati nostræ humiliter extitit propositum, qualiter sui Prædecessores Episcopi, & Ecclesia Frisingensis à Prædecessoribus nostris, & potissimè ab illustrissimo Principe Ottacharo Bohemiæ Rege, Duce Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ Domínóque Carniolæ &c. privilegiati fuerint, datúmque sit eis atque concessum per totum prædium in Lack dictum, quod in Carniola situatum existit, ad ipsam Ecclesiam dinoscitur pertinere, utpote in opido Lack foro, ac universis bonis, seu possessionibus, videlicet tam Lengenfeld, Otro Lack, quàm Drashis cum Monte Sanctæ Margarethæ, & alijs omnibus ad idem prædium spectantibus cultis & incultis Judicium provinciale, scilicet homicidij, vulneris, effusione sanguinis, rapinæ, furti, super violencia, oppressione Virginum & Mulierum, confractione domorum & alijs causis criminalibus quibuscunque perpetuis temporibus possidendum, & sine aliqua angaria, perangaria, seu exactione fruendum, salvo & sub hac conditione, quòd annis singulis in die beati Martini legitimis Dominis Carniolæ pro tempore existentibus, aut eorum Capitaneis, sive vices gerentibus in Carniola seu partibus eisdem, duodecim Marchas Laybacensium denariorum nomine pensionis dicti provincialis Judicij de opido & prædio in Lack & Lengenfeld persolvant, eo pacto, quòd Domini Carniolæ in prædictis causis nullum sibi judicium assumant, neque ipsi, aut Successores eorùm hæreditarij, seu alij legittimi, seu Capitanei ab ipsis Dominis, quicunque fuerint, pro tempore substituti, per se, vel ipsorum subditos Judices, præcones seu officiatos alios, quocunque nomine censeantur, super memoratis bonis, possessionibus, & hominibus in prædio Lackh nullam jurisdictionem, seu actio-

actionem judiciariam in aliqua causarum prædictarum exercere præsumant, sed ipsis Episcopis Frisingensibus, & Successoribus eorum, qui pro tempore fuerint, plena sit facultas, potestas & licentia libera in prædictis opido, & possessionibus prædij in Lackh causa hujusmodi judicij exercendi eligere, & electum constituere seu præficere Provincialem Judicem, quem suis, hominúmque suorum inibi degentium commoditatibus noverit expedire eundémque mutare & destituere pro eorum beneplacito voluntatis. Supplicatúmque fuit nostræ Regiæ Majestati, quod cùm ipse Nicodemus Episcopus, & Ecclesia Frisingensis sint in præfatorum prædij & Judicij Provincialis possessione, quatenùs ipsis de benignitate Regia hujusmodi ipsorum libertates & jura confirmare, ratificare & innovare gratiosiùs dignaremur. Nos verò considerantes petitionem præfati Episcopi fore consonam rationi ad honorem Dei & gloriosæ Virginis Mariæ Patronæ Frisingensis Ecclesiæ, intuitúque servitiorum, quæ præfatus Episcopus nobis & Sacro Imperio quotidie exhibet, & exhibere paratus est temporibus affuturis, præfato Episcopo & Ecclesiæ Frisingensi, animo deliberato, sano fidelium nostrorum accedente consilio, & ex certa scientia præfatum Provinciale Judicium per Prædecessores nostros, & signanter Ottakarum Regem concessum, uti præmissum est, confirmamus, ratificamus, & Imperialis potestatis plenitudine innovamus, decernentes supradictum Provinciale Judicium, ac jura, libertates & exemptiones ipsius, uti de verbo ad verbum præmittuntur, in omnibus suis punctis, sententijs, & clausulis perpetuam obtinere roboris firmitatem, quódque ipse Episcopus, & Successores sui, ac Ecclesia Frisingensis illis per omnia perfrui debeant, & gaudere, supplentes de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine absque præjudicio alieno omnem defectum, si quis reppertus fuerit quomodolibet in præmissis. Mandantes universis nostris ac sacri Imperii subditis cujuscunque statûs, gradûs, seu conditionis existant, quatenus præfatum Episcopum, Successores suos & Ecclesiam Frisingensem in huiusmodi libertatibus & juribus non impediant, seu molestent, quin potiùs eos circa illa efficaciter manuteneant & defendant, prout nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam voluerint arciùs evitare, præsentium sub nostræ Majestatis sigillo testimonio litterarum. Dat. Nurembergæ Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo, die vigesima quarta Mensis Augusti. Regnorum nostrorum Anno Hungariæ &c. quadragesimo quinto, Romanorum vigesimo secundo, Bohemiæ duodecimo.

Ad mandatum Domini Regis Joannes Episcopus Zagrabiensis Cancellarius.

Num. CCCXXX.

EUgenius Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Rationi congruit, & convenit honestati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superveniente obitu literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Dudùm siquidem pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ S. Andreæ Frisingensis, fel. recordationis Martino Papæ V. prædecessori nostro exposito, quod fructus, redditus & proventus Decanatui ipsius Ecclesiæ, qui curatus, & dignitas inibi non tamen principalis est, adeo tenues & exiles existetent, quod de illis qui ultra tres Marchas argenti, secundùm communem æstimationem non valebant annuatim, Decanus eiusdem Ecclesiæ pro tempore existens, & cuius electio dicto Decanatu vacante ad eosdem Capitulum de antiqua & approbata, nec non eatenùs observata consuetudine pertinebat, iuxta ipsius dignitatis exigentiam commode sustentari,

statúm-

statumque suum decenter tenere non poterat, & propterea frequenter, dum Decanatus ipse vacaret difficulter aliquis reperiretur, qui illum vellet acceptare, dictus prædecessor volens super his oportunè providere, præfatorum Capituli in ea parte supplicationibus inclinatus, videlicet sub dato diei V. Kalendas Novemb. Pontificatus sui anno undecimo, cum singulis personis idoneis, quas successivè per huiusmodi Capitulum in Decanos dictæ Ecclesiæ, quotiens decanatus ipse deinceps vacaret, eligi seu assumi, nec non dictum decanatum ritè assequi contingeret, ut cum illo quodcunque beneficium Ecclesiasticum curatum seu aliàs incompatibile, etiam si parochialis Ecclesia foret, quod tempore suæ electionis seu assumptionis huiusmodi forsitan obtineret, aut postea aliàs sibi commodè conferretur, retinere liberè & licite valerent generalis Concilii, & quibusvis aliis Apostolicis constitutionibus nec non Ecclesiæ prædictæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate Apostolica de speciali gratia dispensavit, usque ad beneplacitum Apostolicæ sedis huiusmodi dispensatione duratura. Proviso quod Decanatus & beneficium huiusmodi debitis interim non fraudarentur obsequiis, & animarum cura in beneficio, si qua illi immineret, ac in Decanatu prædictis nullatenùs negligeretur. Ne autem de dispensatione huiusmodi pro eo, quod super illa dicti prædecessoris eius superveniente obitu litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, volumus & eadem auctoritate decernimus, quòd præsentes literæ ad probandum plenè dispensationem huiusmodi ubique, sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datæ Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringintesimo tricesimo, quinto Idus Martii, Pontificatus nostri anno primo.

NUM. CCCXXXI.

Wir Nicodem von Gottes gnaden Bischone ze Freysingen bekennen sit uns und unser nachkommen Bischoue daselbst, dass wir angesehen, aigenlich bedacht und vleissgleich pebeget haben die andacht und guten willen, so die Christengelaubigen Menschen unserm Gottshauss hie ze Freysingen bebeisen an dem, das si daselbst von menigen ennden mit andacht besuchen und ir steür und opfer von irem leibleichem gut zu hilf und fürdrung darzu thun und raichen, dass untzher ain Guster ze Freysingen ingenomen und gewandelt, noch iemant dauon ein solich wissen, als pillich wer, gemacht oder getan hat, dass nu hinfür solch opfer steür und hilf sodann zu dem benantem unserm Gottshauss von andacht der glaubigen beschehen werdent, gehandelt, und gepraucht werden, als das der dienst dess almechtigen Gottes der Junckfrauen Mariæ und des heiligen Bischoue sant Corbinian, sunder des heiligen Künigs und Martrer sannt Sigmund der in den benanten unserm Gottshaus besunderlich geeret wirdet, und alles himelisches hers lob und ere dauon gemeret und der glaubigen Menschen andacht geprüft und gefürdert werden. Darumb so habn wir wol bedechtlich und mit rat wissen und willen der Ersamen unser besunder lieben in Gott Niclasen des Gumpenberger die zeit Thumb-Probst, Heinrich des Judmann die zeit Dechant und des Capitels unsers benanten Gottshaus nemblich mit gunst wissen und willen des Ersamen unsers besunder lieben in Gott Caspars des Menndorffer Korherren und die zeit Guster des oftgenanten unsers Gotshaus die hernach geschriben stuck und ordnung gesezt und gemacht, sezen und machen die wissentlich

lich mit dem brieff hinfir ewiglich alſo ſtet und unzerbrochen zebleiben. Am erſten ſezen und orden wir, das all ſolch opfer hilf und ſteür, ſo die Criſtgelaubigen zu dem benant unſerm Gottshaus bringen, raichen, ſenden oder ſchaffen und da laſſen, es ſey in gelt, wax oder ander war, wie di genannt ſey und auch rent, nuz und gilt und all ander zuuelle, ſo dann von alter her in die Guſterey deſſelben unſer Gotthauſs beſunderlich oder gemainleich geſtift, geordent, und geuallen ſein, wie die all genant oder wo di gelegen ſint, die ein Guſterer daſelbſt ingenommen hat mit ſambt allen ſamungen, ſo dann in unſerm Biſtume zu dem Pau oder ſunſt zu unſerm benanten Gottshaus geſchehen hinfir ewigleich von einen Guſter der zu zeiten bey unſerm genanten Gottshaus iſt, treulich und vleiſigleich innpracht und ingenomen, und dann mit wiſſen und in gegenwurtigkaite unſer ſelbs oder unſer nachkomen, oder der die wir aus unſer Pfaffhaide dazu an unſer ſtatt, und di das benant Capitl von ſein wegen dazu ſchaffen in die Reſervation gelegt werden treülich on abgang, doch die Neüſtift und die klaine dienſt hindan geſezt, als hernach aigenleich berüert iſt. Item das der ordnung vleiſſigleich nachgangen wirdt, ſezen und ordnen wir und wellen, das die benant Guſtrey hinfir allweg ainem Korherren unſers benanten Gotthaus der ein pfründ ruleich inne hat vor uns, unſern nachkomen verlihen ſol werden, und ſoll auch dann derſelb Korherre, den wir die alſo verleihen, mit ſein ſelbs Perſon ze Freyſing wonnleich ſizen, und ſolchem ſeinem ambt vleiſigleich und treüleich obſein und das verweſen, nemblich das der antlas des Gottshaus ierleich zu der Kirchweyh und wann der lauf gemain iſt, vleiſsligleich verchundet und gefürdert werde nach notturfft, und des geleichen in allen Pfarrkirchen durch unſer Biſtumb auf dem lanndt, das alles derſelb Guſter mit brieſen, die wir und unſer nachkommen oder unſer Vicari zu zeiten an unſer ſtatt fürderlich darzu geben ſollen und wellen, und mit boten und andern notturften ze rechter zeit beſtellen ungeuerlich. Item das die reſervation und die ſtok der Kirchen der iegleichs mit dreyn ſchloſſen beſchloſſen werde, und der dreyen ſchlüſſel ſo zu den 3. ſchloſſen gehörent, ainer bey uns und unſern nachkommen, oder den aus unſerer Pfaffhaid den wir das von unſern wegen beſelhen. Der ander bey dem Capitel und der dritt bey dem Guſter, der dann iſt, beleiben und ſein ſullen, alſo wenn des notuſft beſchicht, das ſi dann mit einander die reſervation und ſtök aufſchlieſſen, und was dann geſallen und verhanden iſt, nichts hindangeſezt mit einer gewiſſen zu ſich nemmen, und das alles es ſey gelt oder war wie das genant iſt gleich auf 3. thail ſlachen und der einen dem Guſter der dann iſt, ledigleich vorhin in ſein aigenſchaft in antwurten und ubergeben, und von den andern 2. thail demſelben Guſter ſouill zu handen geben, damit er die Kirchen mit liecht und anderen notturſten orntleich und genzleich mug ausrichten, und was dann yber ſolch ausgeben an demſelben 2. thail uberlauft, in die Reſervation legen und dem Gottshauſs auf kunſtig notturft ſüllen behalten und bewaren treülich und ungeuerde. Item das ein ieder Guſter ze zeiten alle iahr ſich ſchikhen ſoll mit ſeiner raitung zutun zu dem neüen iahr als wenn uns unſern nachkommen oder den aus unſer Pfaffhaid die wir an unſer ſtatt darzu ſchaffen und dem Capitl füegleich ſey zwiſchen dem neüen iar und ſant Pauls ſeiner bekehrung darnach künftig ſolch raittung von im zenemmen und im das zewiſſen tun, das er zedann die genzleich von allen innemmen und ausgeben, ſo er dann getan hat, tun ſoll on verziehen und waigerung. Item von der kleinen dienſt und neün ſtüfft wegen, ſo ze zeiten geuallen und beſchehen. ſezen und ordnen wir, das all ſolch dienſt und neü ſtifft hinfür ledigleich einem Guſter, der dann iſt, geuallen, und in kein thailung noch raittung nicht kommen ſollen. Item wir melden auch und wellen, das die obgeſchriben ordnung die lehenſchaft der benanten Guſterey nicht berüeren noch vercheren ſoll in kainer weis ſunder als die von alter einem ieglichen Biſchoue ze Freyſing ledigleich zughört hat

nu

nu hinfir ewigleich bey nns und nnsern nachkommen Bischouen ze Freysingen sunderleich und ledigleich sein und beleiben soll on des benanten unsers Capitels und menigleichs widerred und irrung, und das die obgeschriben unser ordnung hinfir ewigleich stet und unzerbrochen beleib, haben wir die in dem gegenwurtigen brief geschriben und begriffen lassen, und mit unser selbs und der benanten des Capitels und des Gusters anhangenten insigl besigelen und bekreften haissen. Der geben ist ze Freysingen am sambstag nach pfingsten nach Cristi gepurdt vierzehenhundert iar und darnach in dem zway und dreysigisten iare.

NUM. CCCXXXII.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter amen. Sigismundus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præsentium universis. Inter Reipublicæ curas, quibus cot nostrum quotidiana solicitudine pro subditorum salute distrahitur, ad illud præcipuè aciem nostræ mentis convertimus, & sedulum destinamus affectum, qualiter venerandas Ecclesias & Principes Ecclesiasticos pijs protegamus desiderijs ac libertates eorum continuò benignitatis favoribus foveamus, nunc novas libertates & gratias largiendo, nunc pro qualitate temporum veteres renovando. Sanè accedens nostræ Majestatis præsentiam Venerabilis Nicodemus Episcopus Frisingensis, Princeps, & Consiliarius noster devotus dilectus, nobis humiliter supplicavit, quatenùs sibi & suis Successoribus ac Ecclesiæ suæ Frisingensi præfatæ omnia & singula sua jura, gratias, libertates, possessiones, immunitates, donationes, indulta, litteras & privilegia, quæ & quas à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus Prædecessoribus nostris, ac à nobis & alijs Principibus & Christi fidelibus obtinuisse noscuntur. Et signanter quædam privilegia Serenissimorum Principum Dominorum felicis memoriæ Romanorum Imperatorum Conradi ac Karoli quarti genitoris nostri carissimi, prædecessorum nostrorum, præfatis Ecclesiæ & Episcopis Frisingensibus data & concessa, ac datas & concessas de solitæ nostræ benignitatis clementia approbare, ratificare, innovare, de novo concedere & confirmare gratiosiùs dignaremur, quorum quidem privilegiorum tenores de verbo ad verbum sequuntur in hunc modum.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præsentium universis. Imperatoriæ Majestatis generosa sublimitas &c.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Conradus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Si erga domus Dei &c.

Nos igitur Sigismundus Romanorum Imperator, attendentes intemeratæ devotionis constantiam, quibus dicti Nicodemi Episcopi Frisingensis Antecessores Sacrum hactenus venerarunt Imperium, ac ipse Episcopus nos & Imperium solerti studio venerari non desinit, potissimùm quidem, quòd hujusmodi petitionis series de fonte emanat rationis; Ideò animo deliberato, non per errorem aut improvidè, sed sano & maturo præhabito consilio, & ex certa nostra scientia supra inserta privilegia, ac omnia in eisdem contenta de verbo ad verbum, prout jacent, nec non omnia & singula alia ipsorum privilegia, litteras, jura, libertates, gratias, immunitates & indulta, concessiones & donationes ipsi Nicodemo Episcopo & suæ Ecclesiæ Frisingensi supradictis à Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris prædecessoribus, ac à nobis, & alijs Principibus & Christi fidelibus concessa & donata, ac datas & concessas, ac si tenores omnium de verbo ad verbum præsentibus essent inserti, ratificamus, innovamus, auctoriza-

mus, approbamus, de novo concedimus, & auctoritate Imperiali præsentibus confirmamus gratiose. Decernentis & expresse volentes ea & eas obtinere perpetuò roboris firmitatem, quòdque idem Episcopus & Ecclesia Frisingensis eisdem uti & gaudere debeant liberè & quietè, impedimentis quibuslibet procul motis. Mandamus igitur universis & singulis Principibus Ecclesiasticis & sæcularibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Advocatis, Officialibus, Proconsulibus & Consulibus, quarumcunque Civitatum, & aliorum locorum communitatibus, & Rectoribus eorumdem, cæterisque nostris & Imperii Sacri subditis & fidelibus dilectis, ne supra dictum Episcopum, ejus Successores, & Ecclesiam præfatam in supra tactis gratiis, libertatibus, juribus, privilegiis, nostràque præsenti confirmatione & ipsorum effectu impediant, perturbent, molestent, vel inquietent, aut ipsos impediri, turbari, molestari vel inquietari per quoscunque, quocunque quæsito colore permittant, quin potius ipsos in præmissis manuteneant, & fideliter defendant, sub indignationis nostræ & Imperii Sacri pæna gravissima, & prout pænas in privilegiis ejusdem Episcopi & Ecclesiæ Frisingensis expressas, nec non pænam quinquaginta marcharum auri puri volnerint arciùs evitare, quas contra faciens totiens, quotiens contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Imperiali nostro ærario, sive fisco, residuam verò partem dicto Nicodemo Episcopo ac Ecclesiæ suæ, vel ipsorum Successoribus irremissibiliter decernimus applicandas. Præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis sigillo testimonio Litterarum. Dat. Ulmæ anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, die vicesima mensis Junii Regnorum nostrorum Anno Hungariæ &c. quadragesimo octavo, Romanorum vigesimo quarto, Bohemiæ quarto decimo, Imperij verò secundo.

Ad Mandatum Domini Imperatoris D. Caspare Cancellario referente Petrus Kalde Præpositus Northusensis.

Num. CCCXXXIII.

Sigismundus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Boemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex. Notum facimus omnibus tenore præsentium universis, qualiter veniens ad nostræ Majestatis præsentiam venerabilis Nicodemus Episcopus Frisingensis Princeps, Consiliarius noster devotus dilectus nobis humili cum instantia supplicavit, quatenus sibi & suæ Ecclesiæ quandam litteram sigillatam sigillo pendenti Illustris quondam Henrici Comitis Palatini Reni & Ducis Bauatiæ de anno Domini Millesimo ducentesimo octnagesimo quarto Ecclesiæ & Episcopo Frisingensi super certis bonis & juribus ejusdem Ecclesiæ datam approbare & confirmare dignaremur. Cujus quidem litteræ tenor per omnia sequitur, & est talis.

Nos Henricus Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavariæ tenore præsentinm profitemur, quòd universa feoda &c.

Nos verò attendentes hujusmodi supplicationem præfati Nicodemi Episcopi fore consonam rationi, & habentes etiam benignum respectum ad grata fidelitatis obsequia, quibus ipse nos & Sacrum studet honorare Imperium, animo deliberato,

berato, sanóque fidelium nostrorum accedente consilio, & de certa nostra scientia eidem Nicodemo Episcopo & Ecclesiæ Frisingensi præscriptam litteram in omnibus suis punctis, clausulis & articulis, prout de verbo ad verbum jacet, ac supra scribitur, quantùm dignè possumus, auctoritate Cæsarea approbamus, & tenore præsentium gratiosiùs confirmamus, decernentes eam perpetuò obtinere roboris firmitatem. præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Ulmæ anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, die vigesima Mensis Junij, Regnorum nostrorum anno Hungariæ &c. quadragesimo octavo Romanorum vigesimo quarto, Boemiæ quarto decimo, Imperii verò secundo.

Ad Mandatum Domini Imperatoris D. Casparo Cancellario referente Petrus Kalde Præpositus Northusensis.

Extra.

R^ta Marquardus Brisacher.

NUM. CCCXXXIV.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter amen. Sigismundus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis. Ad hoc summi dispositione præsidij principalis Monarchiæ obtinuimus principatum, ad hoc Sacri Romani Imperij suscepimus diadema, ut si ad alia extrinseca nos sollicitudo provocet assidue ad ea tamen, quæ statum felicem & quietum, ac incrementum jurium, gratiarum & libertatum nostrorum & Imperii Sacri venerabilium Principum Spiritualium, ac Ecclesiarum eorumdem respiciunt, tanto intendamus uberius, quanto nostrum præ cœteris mundi Principibus solium magnificentiùs erexit cœlestis providentia Creatoris. Sanè pro parte Venerabilis Nicodemi Episcopi Frisingensis, Principis, Consiliarij, ac devoti nostri dilecti oblata Celsitudini nostræ supplex petitio continebat, quatenus de solitæ nostræ benignitatis clemencia ipsum Nicodemum & Ecclesiam suam Frisingensem, eorúmque subditos homines, res atque bona in nostram atque Imperii Sacri protectionem tuicionem & Salvaguardiam gratiosè suscipere, ac eis universa & singula sua privilegia, gratias, immunitates, libertates, jura, dignitates, indulta, concessiones, donationes, emptiones & litteras Episcopis Frisingensibus, qui pro tempore fuerunt hactenus, & ipsi Nicodemo à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris prædecessoribus, ac à nobis, & alijs Principibus & Christi fidelibus, & à Serenissimo divæ memoriæ Conrado, Ludowico & Karolo Romanorum Imperatoribus & Regibus datas & concessas, & obtentas, nec non data, & concessa, ac laudabiles consuetudines, usus, observantias, possessiones, jurisdictiones, judicia, homines & bona sua de innata nobis benignitatis clementia ratificare, approbare, innovare, & confirmare gratiosiùs dignaremur. Nos igitur, qui nostrorum, & Imperii Sacri Principum, & præsertim venerandarum Ecclesiarum nobis & Imperio subjectarum profectus & commoda promovere desideramus assiduè, prædictis supplicationibus tanquam rationabilibus favorabiliter annuentes præfatum Nicodemum, & prædictam Ecclesiam suam Frisingensem unà cum eorum subditis hominibus rebus atque bonis in specialem nostram & Imperij sacri protectionem, tuicionem & salvaguardiam auctoritate Romana Cæsarea, & ex certa nostra scientia recepimus, ac vigore præsentium recipimus gratiosè, eisque omnia & singula sua privilegia, gratias, immunitates, libertates, jura, judicia, jurisdictiones, possessiones, bona, & homines, indulta, concessiones, donationes, emptiones, laudabiles consuetudines, usus, & observantias, & litteras, quas & quæ

fui prædecessores Episcopi Frisingenses, ac etiam ipse Nicodemus à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris prædecessoribus, ritè & rationabiliter obtinuerunt in omnibus suis tenoribus, punctis, clausulis, articulis, sententiis, & expressionibus, prout scripta, seu scriptæ sunt, ac si tenores omnium & singulorum præsentibus de verbo ad verbum forent inserti, animo deliberato, non per errorem, aut improvidè, sed sano Principum, Baronum, Nobilium, Procerum, & fidelium nostrorum accedente consilio, ac de certa nostra scientia gratiosè ratificavimus, innovavimus, & confirmavimus, ratificamus, approbamus, innovamus, & tenore præsentium auctoritate prædicta gratiosiùs confirmamus. Decernentes & volentes expressè, ea omnia & singula perpetuis temporibus obtinere inviolabiliter roboris firmitatem, supplentes nihilominus omnem defectum, si quis in præmissis, vel eorum aliquo ratione solennitatis obmissæ, dubia interpretatione sententiarum, aut verborum, seu alio quovis modo compertus fuerit, de prædicta scientia nostra, ac de plenitudine Romanæ Imperatoriæ potestatis, nostris tamen & Imperii sacri, ac aliorum quorumlibet juribus semper salvis. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc nostræ ratificationis, approbationis, innovationis, confirmationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam, & pœnas in antedicti Nicodemi & Ecclesiæ privilegijs, atque litteris expressas & contentas eo ipso se noverit incursurum. Præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Ulmæ Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, die vigesima mensis Junii, regnorum nostrorum anno Hungariæ &c. quadragesimo octavo, Romanorum vigesimo quarto, Boemiæ quarto decimo, Imperii verò secundo.

Ad mandatum Domini Imperatoris D. Caspare Cancellario referente Petrus Kalde Præpositus Northusensis.

Extra
Rta

Marquardus Brisacher.

Num. CCCXXXV.

WIr Niclas von Gumpenperg Tumprobst vnd gemainiglich das ganz Capitel der Tumstifft ze Freysingen bekennen ainträchtiklichen mit dem brieff allen den er fürkumbt alls von solcher irrung vnd zwitracht wegen, darin wir vnd dy beschaiden Hanss Smidinger vnd Wolfgang Seier gegen ein andergewest sein wie vnd in welcher mass dieselb irrung gewesen ist nichts aussgenomen biss auf datum dess brieffs. Derselben irrung vnd zwitracht sein wir ganzlich beliben bei den Hochwirdigen vnd Geistlichen Herrn dem Abbt zu Tegernsee Conraden dem Abbt zu Rot vnd bei den edlen vnd vesten Vlreichen Kamerauer Ruprechten Spilberger Peter Weichinger vnd Peter dem Neühinger in solcher beschaiden wie sy dy sach zwischen vnser legen oder sprechen, dass wir das getreülichen vnd freüntlichen halten sullen vnd wellen an all aufszug vnd waigerung das geloben wir mit vnsern treuen in krafft dess Brieffs. Vnd ob aber wür das prächen vnd nicht hielten so wärn wir dem benanten Smidinger vnd Seier vmb all ir zuspruch vnd schaden verfallen vnd was wir mit In daryber kriegten oder rechtatten das geben wir In an aller stat behabt vnd gewunen. Vnd vns vnd vnsern helffern an aller stat vnrecht vnd verlorn. Dess zu vrkund geben wir den obgenanten spruchleüten den brieff mit vnsers Chorgerichts anhangenten insigel besigelt der geben ist nach Christi geburd vierzehenhundert vnd in dem vier vnd dreissigsten iaren am freütag nach dem heilligen Ostertag.

Num.

Num. CCCXXXVI.

Venerabiles & eggregij Domini, fratres & amici dilecti. Percepimus ex relatione venerabilis nobis fidelis dilecti Domini Michaelis Capellani nostri & Decani vestri, qualiter Ecclesia vestra in honore & sub vocabulo Sancti Andree Apostoli dudum consecrata existat, ac tamen de reliquijs ejus ipsam Ecclesiam vestram penitus carere cognoscat. Cùm autem nos unum brachium unà cum pluribus alijs reliquijs ad nostram Capellam trium Regum magnis laboribus & expensis deducere curaverimus, & eedem reliquie per fide dignas & honestas personas, ac etiam certas litteras sint approbate; Idcirco ad instantes preces jam dicti Domini Michaelis, qui nos cottidie impulsavit, & ob vestri respectum, transmittimus vobis de brachio Sancti Andree unam peciam in superiori parte ossis, quod fuit in brachio cum duabus parvis particulis, que inde fregerunt, quas propria manu abscisimus, & sigillo nostro proprio sigillavimus, rogantes, ut ipsas partes honorificè suscipere, & devotè honorare velitis, ac etiam Deum pro nobis orare curetis, quod utique vice versa pro vobis in orationibus nostris attentiùs facere volumus in effectu. Datum in Brixina vicesima prima Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, quadringentesimo tricesimo sexto.

Ulricus Dei gratia
Episcopus Brixinensis

Manus propria
cum sigillo.

Num. CCCXXXVII.

Wir Johanns Grüenwalder Lerer geistlicher Rechten, Vicari zue Freisingen, und Dechant zue Sand Peter ze Munichen bechennen offenbar mit dem Brieue für uns und unser Nachkommen. Als die fürsichtigen weisen Ludwig Pötschner der Jünger, Burger daselbs, unser Pfarman, Kathrei sein elichew Hausfraw, und Hanns Krapff von Mittenwald, sein Swager, für uns kommen sind, und an uns gebracht habend, wie sye ganzen und vesten willen haben, Gott dem Allmächtigen, der werden Junkfrauen Marie, und allem hymlischen Here zue lob und zue eren, In, Iren vordern und nachkommen, und allen gelaubigen Selen ze hilff und ze troust ain ewigew tägliche Mess auf Sand Annen altar in der egenanten vnserer Kirchen zue S. Peter, mit sambt der gült, die dann gagenwürtichlichen darzue gehoret, ze stifften, und auch die erberchlichen ze begaben und fürsehen, damit sye ewichlichen on abgang löblichen gehalden und volbracht werde. Doch das sy, Ir leyblich erben und nachkomen die lehenschafft, das mon ze latin nennet Jus patronatus, derselben Mess und Stifft haben, und bey In beleibe, vnd habend uns gar mit vleiss und diemuetichlichen gebetten, unsern willen und gunst darzue zegeben, und In solichs zu vergünnen. Also haben wir angesehen und gemerket solich chlain gült und grossen abgangk, so der egenant Altar lanng zeit gehabt hat, auch Ir erberg und redlich bette, und daz wir auch wol schuldig sein, den Gotzdinst, als verer wir mügen, zefürdern und meren. Vnd darumbe so haben wir mit Rat und güetter betrachtung, damit der Gotzdienst gefürdert und gemert werde, den obgenanten Ludwigen, Hannsen, und Kathrein, Iren leiblichen erben und nachkomen unsern gunst und willen zu solicher obgenanter Stifft zetuen und volfüeren gegeben,

ben, und geben auch wissentlich in crafft des Briefs, also und mit der beschaiden, wan ze schulden kombet, datz der altar und Mess ledig wirdet, und auch iezo zu erst, sullen sye, Ir erben und nachkomen, doch altzit allain der eltist, uns und unsern nachkomen Dechanden zue Sand Peter, ainen erberen wolgelounten briester fürweisen und presentiren, nach auswaisung gaistlicher ordnung, und uns bitten, denselben darzue zebestätten, als gewönlichen ist, den wir und unser nachkommen danne güetlichen und günstlichen darauf bestätten sullen, lauter durch Gottes willen, als sich wol zimbet und gebürdet. Des zue urchunt geben wir den brieue mit unserem anhangenden Insigel besigelt, an Sambstag vor Sand Jacobs tag des heiligen zwelfboten. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tricesimo nono.

NUM. CCCXXXVIII.

Ad Synodum Frisingensem de Verbis Evangelistæ: Ascendens Jesus in Naviculam transfretavit, & venit in civitatem suam.

REverendissime Pater. Sedis huius Præsul alme, Sacra Frinsingensis Synode, singuli quoque Patres in Christo, Abbates reverendi, Doctores egregii, venerabiles Præpositi, præcolendi Prælati, honorabiles populorum Pastores, cæterique quibuscunque dignitatum, meritorumve insigniti, Domini mei ac Patres præstantissimi. Convenientibus nobis in unum in nomine Domini, tractaturis de his, quæ ad Dei laudem, & Ecclesiarum opportunitatem pertinent, provisuris, auditoris, acturis, & facturis. Dominum & Magistrum nostrum, unigenitum Dei filium, omni propulsa dubietate, præsentem esse certissimè credamus.
Math. 18. Non enim efficacia carere potest promissionis eius verbum illud. *Ubicunque duo*
Math. 24. *vel tres in nomine meo congregati fuerint, ego ero in medio eorum:* dicente eo: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Ad hunc Patres optimi dirigite mentes, huius imploremus auxilium, quo sine nullum ritè fundatur exordium: quatenus ipse nostram ascendens naviculam, sic regat, ita dirigat, taliter salvet, ut nullis marinis obstantibus turbarionibus, synodalium actuum efficaci exequutione salutis ad portum transfretemus, sed & mihi quæso non sufficienti cogitare aliquid ex me quasi ex me, patres colendissimi, gratiam postulantes intervenite: ut & idem Dominus noster JEsus Christus naviculam meam ascendens, defectum meum supplendo, opus quod cœpi, nobis omnibus ut profit ad salutem, terminare dignetur: quatenus in Domino gloriantes, Apostolicum illud eulogium verè dicere valeamus: *sufficientia nostra ex Deo est.* quod ut
2. Cor. 3. facilius impetremus, thronum gratiæ, Dei genitricem, virginem scilicet Mariam fiducialiter adeamus, & eius patrocinium mentalibus lachrymis exigentes imploremus: ut ea quasi navicula mediante, quam Jesus ascendit sua in incarnatione,
Psal. 80. nobis transmittatur, quò promissio illa Divina verificetur, qua dicitur: *Dilata os tuum, & ego implebo illud.* quod ut fiat ipsi offeramus illud ave supra modum suave: Voce suppressa, sed affectu prægrandi dicentes: AVE MARIA GRATIA PLENA.

Ascen-

Ascendens Jesus in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem suam. *ubi suprà.*

REverendissime pater, sacráque Frisingensis Synode: Septuplex nobis occurrit *septuplex*
mystica navicula, qua ascensa unigenitus Dei filius transfretavit, & venit in *mystica na-*
civitatem suam. Est quippe navicula una pretiosa nimis, benedicta scilicet na- *vicula*
tura Christi, quam Dominus Jesus suam per incarnationem ascendit, ut eius of- *prima*
ficio carnis ad unionem perveniret, quam anima mediante credimus eum as-
sumpsisse (ut testatur hoc Augustinus) unde navicula illa mediante ad carnem *De agone*
veniens transfretavit & venit in civitatem suam. Est navicula secunda eiusdem *christiano:*
Christi innocentissima humanitas, qua mediante Ipse conceptus in virginem ve- *altera mysti-*
lut aliam suam in civitatem veniens transfretavit. Est & tertia navicula virgo sci- *ca navicula.* *tertia.*
licet Maria, quam Dominus Jesus, cùm eius in utero conciperetur, ascendens
transfretavit, ut hunc in mundum velut suam ad civitatem veniret. In propria
enim venit, & sui eum non receperunt. Hac de navicula accipi potest, quod de *Joan. 1.*
muliere forti sapiens cecinerat, cum diceret: *facta est quasi navis institoris de longè* *proverbiorũ*
portans panem suum. Est quoque navicula quarta, crux scilicet Christi gloriosa, quam *ultimo cap.*
ipse sua passione ascenderat, & ea mediante transsfretavit, & venit in limbum pa- *quarta na-*
trum, civitatem suam, quam tunc fluminis impetus lætificavit. Est insuper na *vicula* *Psal. 45.*
vicula quinta, Ecclesia Christi militans, aut quævis fidelium congregatio. Sicut *quinta*
enim mane transeuntibus nulla est salus, nisi in navi: ita mundum illum itine-
rantes, nisi Ecclesiæ filii fuerint in fide, spe, & charitate, salutem nullam conse-
quentur. Hanc naviculam puto Paulum significasse cum diceret: *Nisi hi in navi* *Actor. 27.*
manserint, vos salvi fieri non potestis. Est denique navicula sexta, ipsa charitas, per *Sexta.*
quam Spiritus Sanctus mentem humanam inhabitans, quasi super aquas ferri vide-
tur, nisi etenim humana mens aqua foret, nequaquam Scriptura diceret: *pravum*
est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Est demùm navicula septima *Hier. VI.*
pœnitentia sacramentalis, per quam quasi secundam per tabulam post naufragi- *Septima &*
um, Christo per gratiam suam eam ascendente, transfretantes venimus in civi- *postrema*
tatem suam, sanctam scilicet Ecclesiam. Hæc de naviculæ in bono acceptæ enu- *mystica na-*
meratione dicta sufficiant. posset etiam naviculæ nominatio enumerari per ali- *vicula.*
quam ipsius acceptionem in malo, de qua ipsius acceptione est etiam illud:
In spiritu vehementi conteres naves Tharsis. Sed quorsùm ista? Ad propositum *Psal. 47.*
igitur revertentes, omnibus naviculis aliis omissis, quintam duntaxat prosequa-
mur. Sed valde mihi verendum est, ne, dum bona, quæ novi hac de congre- *Quinta, quæ*
gatione, in medium produco, in laudando largus plus, quam satis est, adulatio- *synodalis,*
nis vitio reprehendar. Et rursùs, dum vitia detestor, quibus fortè congregatio- *naviculæ*
nis huius personæ nonnullæ vel reæ habentur, vel suspectæ: non ut oportet verba *prosequutio.*
modificando (cum lingua in lubrico sit posita) divini contemptus reus fiam: ve- *Lingua ho-*
ritate dicente: *qui vos spernit, me spernit.* qui enim in verbo non offendit, hic *minis in lu-*
perfectus est vir. Occurrit vulgati proverbii consilium: *Parcè lauda, parcius vi-* *brico est.* *Lucæ 10.*
tupera. Inter utrumque igitur, quantùm valeo, medius iter agam. Confido *adagium.*
nempe, sacra Frisingensis Synode, de tui pro me apud Deum interventus efficacia.
Supplebis etiam, non dubito, meos de tua dignatione defectus. Sic itaque tibi
comendatus, cœtus colendissime, iam te Dominicam naviculam mihi videor ascen-
disse. Lætus igitur proficiscar ascendens *hoc mare magnum & spaciosum manibus ope-* *Psal. 103.*
rationes facturus in aquis multis. Ascendam illic usque ad cælos, & contemplabor *Psal. 106.*
bona tibi collata, cœtus optime: Opera Domini visurus, & mirabilia eius in pro-
fundo, tuam videlicet quæ spectant dignitatis ad excellentiam, quæ (quantum
ad propositum sufficit) in sex punctis mihi visa sunt contineri: scilicet in institu- *Laus sive mi-*
tionis electione, in administrationis auctoritate, in exellenti sublimatione, in sin- *rabilia syno-*
gulari educatione, in pretiosi commendatione & in tui luminosa irridatione. *di Frisingensis* *in sex pun-*
Quan- *ctis.*

primus punctus. Quantum ad primnm de electione Apostolum audi de te quid dicat, tuam nempe
personam induens, inquit: *Elegit nos ante mundi constitutionem.* Et veritas ipsa
Ephes. 1. Joan. 15. dicit: *Ego vos elegi de mundo.* De secundo autem, scilicet de Administrationis
Alter punctus. autoritate Dominus inquit: *quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in*
Math. 16. *cœlis. & quodcunque solveritis super terram, erit solutum & in cœlis.* Tertium autem,
Tertius punctus. scilicet excellens sublimatio, sic persuadetur. Officiorum dignitas sumi debet penes suorum actuum dignitatem, & actuum dignitas penes dignitatem obiectorum.
Sed qnod est obiectum sacro sancto corpore Domini nostri Jesu Christi dignius?
Quis huius vitæ exterior actus sublimior, honorabilior & delectabilior esse potest
Sacramenti Dominici corporis confectione aut contrectatione? Vnde Beatus Ber-
In tractatu de dignitate sacerdotali. nardus: *Credimus*, inquit, *quia non est potestas post Deum sicut potestas vestra. Stupet*
cœlum, miratur terra, contremiscit homo, reveretur plurimum angelica celsitudo. Et paulo
post: *Hæc est verè cumulata gloria, hæc est verè cœlestis indulgentia, hæc est super-*
excellens gratia, sacerdotem suis manibus Deum tenere, & aliis dando porrigere. Hæc
Quartus punctus. ille. De quarto, scilicet de singnlari educatione, audi Dominum ad te loquen-
Numeri 8. tem, cum in veteri testamento dicit: *Non habebitis partem inter eos, ego pars &*
hæreditas vestra in medio filiorum Israël. Quid enim est aliud victus tuus, sacra
Synode, nisi quod divina inspiratione homines non tibi, sed Deo obtulerunt, &
punctus quintus. in præsenti adhuc offerunt? Pro quinto antem, quod est pretiosi commendatio,
est advertendum, quod ad pretiosa & chara, sicut sunt thesauri, & cætera similia,
homines multùm solent esse soliciti. Vnde quàm sint talia eorum in æstima-
tione pretiosa, ex nullo melius, quam ex diligenti cordis appositione ad talia
Math. 6. perpendi potest: *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Sed Deus ad animam humanam in tantùm cor apponit, ut hoc beatus Job non immerito admi-
Cap. 7. rari cogeretur. Vnde dicit: *Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis*
erga eum cor tuum? An non thesaurus tibi videtur, pro quo proprio filio suo non
Rom. 8. pepercit Deus? pro nobis enim omnibus tradidit illum. Nihil certè aliud repe-
ries in universo mundo, pro quo mori dignatus sit. Ecce Angelns sicut homo
peccavit, sed non Deus redemit eum, sed animam humanam. Illam autem si
pretiosam tuæ curæ commisit, hanc certè si perierit tua de manu requisiturus est:
Ezech. 33. dicente eo: *Sanguinem autem eius de manu tua requiram.* De sexto, scilicet de
Sextus & postremus punctus. luminosa irradiatione Dominum audiamus dicentem: *Vos autem dixi amicos, quia*
omnia quæcunque audivi à patre meo, nota feci vobis. non autem taliter fecit omni
Psal. 147. *nationi, & iudicia sua non manifestavit eis.* Hæc omnia beatus Petrus brevi ser-
In canonica epist. 1. c. 2. mone complexus est. *Vos*, inquit, *estis genus electum* (ecce electio quòad pri-
mum) *Regale sacerdotium* (ecce administratio quòad secundum) *gens sancta*
(ecce snblimatio, qnòad tertium) *populus acquisitionis* (ecce educatio quòad
quartum) *ut virtutes eius annuncietis* (ecce pretiosi commendatio, quòad quin-
tum) *qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.* (ecce illuminatio quo-
Psal. 8. ad sextum) Age itaque gratias, cœtus optime, ei qui *omnia subiecit sub pedibus*
Psal. 81. *tuis*, te verò nulli. *Deus enim stetit in Synagoga Deorum*, id est in Synodo Sacer-
dotum: in medio autem eorum non aliquis Regum terræ, non Angelus, non
Archangelus, non Principatus, non Potestas, non deniqne Virtus aut Domina-
tio, nec demùm de Cherubin aut Seraphin spiritus aliquis, sed Deus ibi dijndicat.
1. Cor. 6. Si hoc modicum est tibi, audi quod maius est. *An nescitis*, inquit Apostolus,
quoniam Angelos iudicabimus? eapropter vos Sancti Dei vocabimini sacris in litteris,
Psal. 44. non solùm Principes terræ, nt ibi: *Constitues eos Principes super omnem terram.*
Psal. 46. Aut *Principes populorum*, ut ibi: Principes populorum congregati sunt cum Deo
Abraam. Sed sæpe Angeli, ut apud Malachiam Prophetam, ubi dicitur: *La-*
Cap. 2. *bia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent de ore eius: quin Angelus Do-*
mini exercituum est. Quod fortè adhuc modicum esset, nisi etiam nomen illud,
quod est super omne nomen, tibi communicâsset: ut videlicet etiam te Deum
Psal. 46. dignaretur appellare, ut ibi: *Dii fortes terræ vehementer elevati sunt:* Et ego
dixi:

dixi: *Dii estis, & filij Excelsi omnes.* unde & Moysi dictum legimus: *Ego te con-* *Psal. 81.*
stitui Deum Pharaonis. Taceo de singulari superexcellentique privilegio illo, quo *Exodi. 7.*
te quasi divinæ maiestatis aliquali omnipotentia honoravit, ut non solo nomine,
sed etiam re ipsa Deus esse merearis: cùm scilicet auctoritatem tibi communi-
cavit miraculum illud grande faciendi, ut quoties tu volueris & quocunque, de *Miraculum*
cœlo ad terram & ad te Deum quasi trahere possis & queas in Sacramenti, cor- *Sacerdo-*
poris scilicet & sanguinis Dominici confectione. Perpende, si possis, an maius *tum.*
sit cœlum & terram & omnia, quæ in eis sunt, creare de nihilo, vel panem &
vinum in corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi transsubstantiare? Et
hanc tamen actionem sic mirabilem, tantamque virtutem requirentem, tibi ut-
cunque dignatus est communicare. Nonne hac actione omnipotenti virtute qua-
dam te dotavit, & præ creaturis aliis imo præ ipsis Spiritibus Angelicis dignifi-
cavit? Sic ecce per te quasi quandam per navem in mirabili ista actione & Sacra-
menti confectione de cœlorum regno in hanc lachrymarum vallem transfretando,
transire dignatur velut de *gente in gentem*, & *de regno ad populum alterum*: ut sic *Psal. 104.*
facta sis, sacra synode, quasi navis institoris de longè (quia de cœlo) portans pa- *Prov. 31.*
nem suum (quia Christum in Sacramento Altaris). Hæc sunt Patres optimi, quæ
cœlum ascendentes perspeximus: Nunc autem aliquando descendemus usque ad *Descensus*
abyssos, ut videamus mirabilia in profundo, abominationes scilicet pessimas, for- *ad vitia cle-*
nicationes, negligentias, scandaláque plurima & cætera similia. Illic nempe *re-* *ri* *Psal. 103.*
ptilia, quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis. Illic negociorum se-
cularium naves pertransibunt. Draco etiam ille, superbiæ scilicet Tyrannus,
quem Dominus formavit, id est formari permisit, ad illudendum ei, in die sci-
licet retributionis, cùm fiet quod scriptum est: *Qui se exaltat humiliabitur.* Il- *Lucæ 14.*
lic videbis *quomodo obscuratum* sit *aurum, mutatus color optimus*, & aurum versum *Thren. 4.*
in scoriam. Jam enim *refriguit charitas multorum, & abundavit iniquitas*: iam *Matth. 24.* *Jacobi 2.*
fides sine operibus mortua est. Intramus quidem Ecclesias, Missas facimus & audi-
mus, de Christo loquimur, de christiano seu clericali nomine gloriamur. Sed
quid hæc omnia? Profectò nihil nisi tunica Joseph, id est exterior appatatus: *Genes. 37.*
filium autem, id est cordis debitam intentionem fera pessima devoravit. Non
est enim veritas non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum *Osee. 4.*
& mendacium furtum & homicidium inundaverunt: & sanguis sanguinem tetigit.
Jam heu experientia cognoscimus præsentia esse tempora illa periculosa, quæ olim *Deploratio*
Apostolus prædixit esse ventura. *Erunt*, inquit, *homines se ipsos amantes, cupidi, elati,* *nostrorum*
superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine *temporum.* *2. Timo. 3.*
pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi,
tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem speciem pietatis, vir-
tutem autem eius abnegantes. Quod autem hæc omnia nostra accidant de culpa *Perditio no-*
tam in Clero quàm in populo, mihi fortè dicenti non crederetur. Audiamus *stra ex nobis*
ergo magnæ autoritatis virum Chrysostomum Salvatoris nostri in Hierusalem ve-
nientis ingressum in templum tractantis. *Hoc erat*, inquit, *boni medici, ut ingres-* *Chrysosto-*
sus ad infirmam civitatem salvandam, primùm ad originem passionis intenderet. Nam *mus.*
sicut de templo omne bonum, sic & omne malum procedit. Quemadmodum *Ex templi*
medicus quando primùm ingreditur ad infirmum, statim de stomacho eius in- *hominibus*
terrogat, & eum componere festinat: quia si stomachus sanus fuerit, totum cor- *bonum exo-*
pus validum erit: si autem dissipatus fuerit, totum corpus infirmum est. Ita si *ritur & ma-* *lum.*
Sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret: si autem corruptum fuerit,
omnium fides marcida. & paulo post: *Vere*, inquit, *quemadmodum cum videris ar-* *Idem autor.*
borem pallentem, foliis marcidam: intelligis, quia aliquam talpam habet ad radicem.
Ita cum videris populum indisciplinatum & irreligiosum, tunc cognosce, quia sacer-
dotium non est sanum. Hæc ille. Ecce naves istas videmus ad abyssos descenden-
do, hoc nostro tempore illic pertranseuntes. Non utique sunt illæ, quas Domi-
nus ascendat, sed quas confringat & conterat: dicente Psalmista: *In spiritu vehe-* *Psal. 47.*

menti conteres naves Tharsis. Caveamus igitur Patres optimi, ne postquam velut navicula Christum ascendentem suam per gratiam accepimus, nostro vitio in navem Tharsensem conterendam convertamur: sed satagamus potiùs, ut nobis mediantibus Christus velut sua navicula transfretaturus suis in membris nostræ curæ commissis veniat in civitatem suam, Hierusalem scilicet supernam: thema nostrum verificaturus, quod erat:

Ubi suprà.

Ascendens Jesus in naviculam, transfretavit & venit in civitatem suam.

Convenientibus itáque nobis in unum PP. optimi, navibus illis, quas Tharsenses diximus, nostra culpa (ut vidimus) huius mundi mare magnum transeuntibus, in spiritu vehementi conterendis est insistendum: ut sic, quod nostra culpa fuit actum, nobis pœnitentiam agentibus destruatur. Quod fieri poterit tripliciter: scilicet satagendo ad debitam subditorum correctionem, ædificando per boni operis actionem, & ad finem dirigendo per salutiferam suasionem. Primum notatur per ipsius Jesu in naviculã ascensionem, cum in themate præmittitur: Ascendens Jesus in naviculam. Secundum per navigationis laboriosam actionem, cùm subditur: Transfretavit. Tertium per finis gaudiosam adeptionem, ubi concluditur: Et venit in civitatem suam. Primum est soliciti Pastoris. Secundum exemplaris operatoris. Tertium experti ductoris, & confirmatoris. Per primum subditi purgantur. Per secundum illuminantur. Per tertium perficiuntur. Pro primo facit quod dicitur: *cùm autem ascendisset in naviculam, cessavit ventus:* quia *imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas.* Ecce purgativa correctio, quòad primum. Ad concordandum secundum accedat quod dicitur apud Lucam: *Sedens de navicula docebat eos.* Ecce illuminativa operatio, quòad secundum. Pro tertii consonantia contendit, quod habetur ibidem, quo dicitur: *Subductis ad terram navibus, relictis omnibus, sequuti sunt eum.* Ecce perfectiva suasio, quoad tertium. Dixi primò, quòd navium contritio, quas non ascendit Christus, fiat satagendo debitam ad subditorum correctionem: quæ notatur cùm in themate præmittitur: *Ascendens Jesus in naviculam.* Eo nempe naviculam ascendente, & ventis & mari imperante, cessavit ventus, & facta est tranquillitas sic correpto impio, recedit à via sua mala: dicente Psalmista: *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* Cessant enim tunc impetus passionum, & fit tranquillitas & pax in corde ipsius, ut fiat iam templum Domini Sanctum. *In pace etenim factus est locus eius.* Hic est effectus soliciti Pastoris & boni, qui animam suam ponit pro ovibus suis, qui intrat in ovile per ostium, non aliunde. Qui quidem ovilis ingressus hic designatur per ascensionem in naviculam. Qui etiam ingressus per ostium fit, si debita fiat intentione, hoc est, ovium ad salutem, ut scilicet Pastoris præsentia ventus cessent tentationum. E contrario mercenarius & neglector, & qui non intrat in ovile per ostium sed aliunde, ventos non sedat, sed suscitat. Videt enim lupum venientem, & fugit, quia mercenarius est. Est autem mercenarius (si beato Gregorio credimus) qui lucris terrenis & commodis inhiat, prælationis honore gaudet, temporalibus lucris pascitur, impenso ab hominibus honore lætatur. Ille ergo videt lupum venientem, & fugit. Lupus autem venit, cùm per sævitiam malorum boni tribulantur. Sed utinam nostri temporis mercenarij non priùs fugerent, quàm lupum venientem viderent. Qui (prô dolor) ad flatum verbi, ad auræ sonitum, ad solas scilicet Tyranni quaslibet minas fugiunt: aut quomodolibet aliter, rationabili aut legitima causa non exigente, suis ab ovibus & Parochiis se absentant. Fugiunt inquam non mutando locum, sed subtrahendo subsidium. Fugiunt quia iniustitiam vident, & tacent: relinquentes

[Marginalia: *Thematis divisio.* — *Matth. 14.* — *Matth. 8.* — *Cap. 5.* — *De primo thematis membro.* — *Ubi suprà.* — *Psal. 15.* — *Psal. 75.* — *Joan. 10.* — *Quisnam sit mercenarius.*]

tes iustitiam, ne perdant pecuniam. Quibus Dominus per Ezechielem dicit: *Non ascendistis ex adverso, nec opposuistis vos murum pro domo Domini.* Sed ubi *13. capite.* quæso hodie, qui se malis & vitiis viriliter opponat, qui publicè peccantes arguat, iustitiam defendat ac faciat? Non sunt (heu) temporibus istis defensores in murum æreum, sed parietes inclinati & maceriæ depulsæ. Non utique tanta *Psal. 16.* foret malorum audacia, nisi viderent Clericorum timiditatem, & dissolutionem *Causa audacia malorum.* Prælatorum. Sed audi, quisquis es ille, qui derelicta non visitas, dispersa non quæris, contrita non sanas, & quod stat non nutris, qui carnes pinguium comedis, Propheticam exprobrationem. Inquit enim: *O Pastor & idolum derelinquens gregem.* *Zacha. 11.* Et quid quæso est Idolum, nisi imago quædam surda & muta, ac *Idolū quid?* ad omne bonum inutilis, & tamen in alto posita rei alicuius speciem gerens & locum occupans, divini cultûs tolerans exhibitionem? Vnde rectè Prælatus ne- *Prælatus sogligens* gligens idolum dicitur: quia vice Dei positus honorem accipit, sed surdus est ad *cors idolum rectè vocatur.* clamorem pauperum, miserorum, & mutus ad verbi Dei prædicationem. De quibus Scriptura dicit: *Canes muti, non valentes latrare.* Nonne vobis videtur Pa- *Esa. 56.* stor ille huiusmodi negligentiis suis Dominum sua de navicula non tam verbo quàm facto repellere, ac ipsi dicere: *Domine exi à me, quia peccator ego sum?* *Luca 5.* Terreat itàque nos Patres, sententia terribilis quæ dicit: *Maledictus qui facit opus* *Hier. 48.* *suum negligenter* (ut dicit una translatio, nostra tamen habet, fraudulenter.) Surgat itàque qui dormit, solicite gestutus gregis sibi commissi curam. *Meminerit* *Roma 13.* *quia hora est iam nos de somno surgere.* Et instet opportunè importunè, arguat, *2. Tim. 4.* increpet, & obsecret in omni patientia & doctrina. Sed quis sapiens ut custodiat hæc & intelligat misericordias Domini. *Vir etenim insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Quia impiè agent impii, neque intelligent omnes impii. *Psal. 91.* Porro docti intelligent, docti inquam non solo intellectu illustrati, sed affectu in- *Daniel. 12.* flammati: qui non tam viderunt, quàm gustaverunt quoniam suavis est Dominus, quem sentiunt suam in naviculam ascendisse. Et tantum de principali primo. Dixi secundò quòd naves Tharsis conteri possint ædificando per boni ope- *De altero thematis membro.* ris actionem: quæ notatur cùm in themate subditur: *transfretavit.* An non bona actio erat, quòd Jesus sedens de navicula docebat eos? Annon hoc faciens *Luca 5.* lux in tenebris luxit? & quia ipsius actio nostra fuit instructio: ideo luceat lux *De exemplari Doctrina Pastorum.* nostra coram hominibus, ut videant nostra bona opera, ut non solo nomine, sed etiam reipsa simus lux: dicente Domino: *Vos estis lux mundi.* Et ad quid lux nostra lucere debeat ostenditur, cum dicitur: *Vt videant vestra bona opera,* *Matth. 5. ibidem.* *& glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* ubi notatur subditorum ædificatio. Vnde & Dominus nobis hoc expressius significare volens, dicere dignatur: *Vos* *eodem loco.* *estis sal terræ.* Nostra nempe doctrina & vita bona condiri debent oves nobis subiectæ, ne vitiorum sorde putrescant & fœteant. Prô dolor, sal illud in mul- *De Pastoribus scandalizantibus.* tis evanuit hodie, & adeò est infatuatum, ut vel condire, vel à corruptione præservare nihil queat. Quoniam nostri temporis clerici sunt heu, affectu erudeles, affatu mendaces, habitu seculares, gestu incompositi, victu luxuriosi, actu impij & sub vacuo sanctitatis nomine sancti nominis derogant disciplinæ: ita ut iam sit *Sacerdos sicut Populus.* Laici quippe clericos videntes sibi conformes in vanitate, *Osee 4.* iniquitate, & malitia, audientesque eorum verba malitiæ *ad excusandas excusa-* *140. Psal.* *tiones in peccatis,* quibus dicunt: Homines sumus sicut vos non valentes resiste- *Salis, id est clerici infatuatio ex duobus accipitur.* re: sibi putant consimiliter licere. Porrò salis infatuationem ex duobus accipimus. Primo ex populi fœtore. Si enim nos, qui spirituales sumus, melius condiremus, melior utique ab eis famæ nostræ procederet odor. Sed quia malo exemplo nostro fœtere fecimus odorem nostrum coram eis, cogimur etiam sentire fœtorem eorum, & omne malum de nobis audire. Impletum est itaque illud Esaiæ vaticinium: Interfecti eorum proiicientur, & de cadaveribus ascendet *34. cap.* fœtor, & tabescent montes â sanguine eorum. Interfecti quippe proiiciuntur, dum â Prælatis de animarum morte nihil curatur, sed de cadaveribus fœtor ascen-

dit, & tabescunt montes, quando subditorum malitia etiam Presbyteros inficit & confundit Prælatos: ut tam in propria, quam in ipsorum salute deficiant. Secundo salis infatuationem cognoscimus ex eius conculcatione. *Matth. 5.* De sale namque infatuato veritas dicit, quod ad nihilum valet ultrà, nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus. *Psal. 122.* Anne conculcatio sit, quod tam multùm repleti sumus despectione. Facti quippe sumus in proverbium & derisum omni populo opprobrium abundantibus, & despectio superbis: *Horror sacerdotij.* Ut iam ferè quilibet horreat sacerdotium, nisi in quantum quis dives esse cupit, aut præbendam pinguem habere desiderat. *Matth. 5.* Et unde ista, nisi quia sal non sumus: vel si sumus sal, infatuatum sumus? Dicit autem veritas, quod si sal evanuerit in quo salietur? Quasi diceret. In nullo. Vis verè ergo salire, cœtus optime, vis condire, vis populum à dicto vitiorum fœtore præservare, quod sal non infatuatum sis oportet. Operemur igitur bonum ad omnes, dum tempus habemus. Terreat terribilis illa sententia. *Gregorius in registro.* Sciant rectores quòd tot mortibus digni sunt, quot perditionis exempla in subditos transmittunt. Simus igitur Christi bonus odor in omni loco, & jam in ipsa navicula nostra Christi exemplo transfretamus. Et tantum quidem dictum sit de principali secundo. *De tertio & postremo thematis membro.* Dixi tertiò quòd navium contritio malarum fieri habeat finis ditectione per salutiferam suasionem. Quod notatur, cum in themate concluditur: *& venit in civitatem suam.* Ecce terminus. Vnum quodque autem tunc est perfectum, cum suum attigerit finem. Hinc est, quòd subductis ad terram navibus, relictis omnibus, sequuti sunt eum, consilium perfectionis exequentes, quo dicitur: *Matth. 19.* *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ babes, & da pauperibus, & veni sequere me.* Perfecti itaqne estote Patres optimi, & iam ipsa perfectionis exequutione alios perficietis. Aperta iam esset nobis via dicendi de Episcoporum & religiosorum perfectione, & de utriúsque status differentia & officio & lapsu: Sed quoniam sermonis ad finem properamus, illa transimus in tempus aliud reservantes. Vnum tamen his duobus de statibus silentio non prætereamus: quoniam si eorum professores, Pontifices scilicet & religiosi tam re, quam nomine, tam opere, quàm verbi professione cultores essent in vinea Domini: mala quæ memoravimus suprà, procul dubio forent pauciora. Nunc verò quia structores sunt nomine, re verò destructores: ideo venerunt super nos mala hæc omnia, ut fit sicut prophetatum est: *Esa. 49.* Venerunt structores destruentes te. *De Ecclesiæ destructoribus lupis & subversoribus.* Nonne structores destruunt, quando Evangelicam viam, quæ arcta est, latam mentiuntur: cùm peccata gravia, ebrietates, comessationes, choreas, adulteria, contentiones, rixas, & cætera huiusmodi milia prætendunt, imo laudant? Vis audire destructores? Quoniam inquit Propheta. *Psal. 9.* *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbavit Dominum peccator.* Clericos nempe communicantes cum laicis in prædictis criminibus non raro vel negate oportet Scripturam seu pervertere, & fortassis errores aut hæreses afferre, & Dei veritatem in mendacium commutare, & aliis bonis viris non communicantibus ob hoc detrahere, si non velint tam apertè confundi, & velut desperati reputari. Sunt & alij destructores, qui raptores, usurarios, falsarios, incendiarios, sodomitas, & quantumlibet magnis peccatis immersos, nullam quandoque in eos autoritatem habentes, pro modica pecunia, vel exiguo prandio, aut solo favore consequendo promptissime absolvunt, levissimas ponentes pœnitentias, & maximas Indulgentias: sicque de facilitate veniæ incentivum præbent delinquendi. Contra quos *23. capite.* apud Ezechielem dicitur: Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Quæ quidem verba idem Ezechiel exponens subdit, ut caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis: ut interficerent animas, quæ non moriuntur: vt vivificarent animas, quæ non vivunt: mentientes populo meo credenti mendaciis. Et infra subditur: Mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quoniam ego non contristavi: &

& confortastis manus impij, ut non reverteretur à via sua mala, & viveret. Nescio quid apertius dicere possem nostrum ad propositum, quàm illa Prophetæ verba. Tales non utique sunt Pastores boni, imo nec mercenarii. Sed in vestibus ovium venientes Dominicum ad gregem, intrinsecùs latitant lupi rapaces, devorantes plebem Domini sicut escam panis. Quid putatis ego de gregibus agitur, *Psal. 13.*
si lupi Pastores fiunt? Hæc sunt, PP. optimi, quæ in unum convenientes in nomine Domini eradicare debemus. Videamus itaque, ut gratia Dei in nobis vacua non sit, neque in vanum eam accipiamus: negligentias emendemus, *1. Cor. 15.*
scandala vitemus, mala quantùm possumus impediamus: ut sic per huius mundi mare transfretantes, quilibet ex nobis veniat in civitatem suam, Hierusalem scilicet supernam. Quod nobis præstare dignetur Dominus noster Jesus Christus, nostram hanc præsentem naviculam ascensurus AMEN.

NUM. CCCXXXVIII. *b.*

CONCILIUM FRISINGENSE.

In causa Ecclesiasticarum Constitutionum, tempore Nicodemi de Scala Episcopi celebratum, anno Domini MCCCCXL. sub Eugenio Papa IV.

TITULI CAPITULORUM.

PRÆFATIO.

AD laudem & gloriam Dei omnipotentis, salutem quoque gregis nobis crediti. Nos Nicodemus eiusdem gratia Episcopus Frisingensis, una cum venerabilibus fratribus nostris sincere dilectis, Nicolao Præposito, Henrico Decano, totóque Capitulo ecclesiæ nostræ Frisingensis, nec non venerabilibus Patribus, honorabilibúsque nobis Christo dilectis Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, ac universo Clero nostræ Diœcesis, nobis in hac sacra synodo assistentibus ad coërcitionem excessuum, reformationémque morum, diligenti ac matura deliberatione præhabita, infra scriptas constitutiones & statuta ex causis rationabilibus solemniter & communiter edidimus, & præsentibus promulgamus, sub pœnis quoque in eis contentis præcipimus inviolabiliter observari, & ut infra continetur, in anno bis publicari.

CAPITULA

I.

QUia pastorali solicitudini incumbit, subditis providere, ne ab ignotis seducantur, quos nonnunquam percepimus retroactis temporibus abjectos, & quod detestabilius est, facinorosos, inhabiles circa Divina, se ingesisse in animarum pericula & scandula plurimorum: districtè sub excommunicationis pœna præcipimus & mandamus universis nostræ Diœcesis Prælatis, Decanis, ecclesiarum rectoribus, plebanis & vice-plebanis, ne de cetero aliquem alienæ Diœcesis, seu ignotum etiam peregrinum se pro Presbytero, seu in sacris constituto gerentem, ad ipsorum consortium, Sacramentorum & Sacramentalium administrationem, vel alias ad regimen quoquo modo admittant, nisi desuper literis nostris aut Vicarij nostri patentibus aut aliis legitimis documentis fuerint certificati.

II.

NE quisquam Laicus vexetur per inanem citationem laboribus & expensis, statuimus & præcipimus omnibus Judicibus Ecclesiasticis nostræ Diœcesis, ne lajcos quoslibet ad audiendum sui citent vel evocent, nisi causam citationis exprimant nominatim & expresse, quæ ad forum pertineat Ecclesiasticum de jure vel consuetudine; nec citatum super aliis causis quam in citatorio expressis respondere compellant. Quoniam frustra forent judiciorum strepitus & diffinitiones, si non fierent earundem exsecutiones, statuimus & sub excommunicationis pœna mandamus omnibus & singulis nostris subditis, quod tam nostra, quam aliorum nostrorum Judicum jussa, præcepta, mandata, sententias, & processus, cuiuscunque continentiæ aut tenoris, firmiter sibi destinata devote recipiant, & fideliter exsequantur, nuncios eorundem benevole acceprent, ad vindictam vel offensionem nullatenus prodeant; per proprium sigillum, si habuerint, in signum exsecutionis celebratæ literas ipsas una cum subscriptione muniant & consignent: si quis autem contemptor vel neglector fuerit in aliquo præmissorum, ad præfatam

tam pœnam, & nihilominus parti læsæ teneatur ad resarciendum expensas, & damna pariter & interesse, præmissa nostra taxatione vel Judicum eorundem, à quibus prædicta emanarunt, & hoc quantum in litem fuerit iuratum.

III.

QUia privilegium fori ecclesiæ est imediatè à jure Divino, quandoquidem nec consensus, nec tolerantia excusare potest, animarum periculis providere volentes, statuimus, & universis Christi fidelibus nostræ Diœcesis districtè præcipiendo inhibemus, ne quemquam Clericum, aut personam Ecclesiasticam, capitulum aut Collegium quodcunque ad judicium forense trahant: Judicibus quoque forensibus, ne quemquam eorundem coram se experiri cogant. Alioquin tam actor quam Judex sententiam excommunicationis ipso facto incurrant. In qua ipses & ipsorum plebanos, dum in scriptis legitime requisiti fuerint, similiter sub eadem excommunicationis pœna volumus illico excommunicatos publice denunciari, numquam ad absolutionis beneficium admittendos, donec parti læsæ super injuriis & expensis taliter irrogatis caveant vel satisfaciant competenter, secundum æstimationem & declarationem legitimas, coram nobis vel Judice Ecclesiæ nostræ rite faciendas. Salvà nihilominus exactione pœnarum in constitutionibus aliis super hoc per sedem Apostolicam & in Concilio Provinciali promulgatarum.

Inhibemus, & sub pœna excommunicationis interdicimus omnibus Christi fidelibus, Clericis & lajcis nostræ Diœcesis, ut nullus ipsorum contra dictum Salvatoris & sacros Canones sine jussu nostro aut Vicatij nostri speciali, præter Judices Capituli nostri Archidiaconi in Raëttnbuch per Archidiaconatum ibidem, de causis matrimonialibus diffiniat aut agnoscere præsumat.

Licet illorum qui occulte Dei judicio afferunt, lepræ morbo percussi separatio à communione hominum majoribus gradibus Ecclesiæ dumtaxat secundum expertorum medicorum examen sit credita; frequenti tamen querelarum assertione percepimus, plures innocenter separatos, alios separandos toleratos: præsenti statuto sub excommunicationis pœna inhibemus, quod nullus deinceps nostræ Diœcesis Clericus vel Lajcus quocumque modo vel forma quemquam sua temeritate audeat judicare leprosum, vel ab hominum separare communione. Sed universis & singulis sub nostra Diœcesi degentibus districte præcipimus, quod suborta fama contra quemquam, quod lepræ morbo percussus sit, talem nostræ aut Vicarij nostri transmittat audientiæ, tamquam ad Sacerdotem Leviticum per nos aut Vicarium nostrum amplius examini Medicorum subjiciendum pro experimento, an rumori veritas suffragetur: hoc tamen, nisi casus adeo sit indubitatus, quod tergiversatione nequeat occultari; puta, cum infirmus apertè profitetur, quod manus Domini tetigerit eum.

IV.

QUia Clericorum est, in seipsis implere voluntatem Domini, & lucere per honestam conversationem, qualiter alios oportet in domo Domini conversari, sacra Synodo approbante statuimus, volumus & mandamus, universos Clericos nostræ Diœcesis, Præpositum, Beneficiatos, & in sacris constitutos honeste, clericaliter, & devote se exhibere: a crapula & ebrietate abstinere, mitras caudatas penitus dimittere, cingulos & monilia auro & argento vel alio metallo excessivè ad modum Lajcorum splendentia abjicere omnino & vitare: vestes non rubei nec viridis coloris deferre desuper clausas, sic quod superior aliis supereemineat, ut inferior nequeat maximè in summitate apparenter videri: biretum capiti superpositum cum caputio humeris imposito portare ipsis in publico deambulantibus.

Con-

Contrafacientes vero, ultra pœnam juris communis, per suspensionem à perceptione fructuum beneficiorum fabricæ applicandorum, secundum quod protervia meruit, & excessus, arctius debere per nos aut Vicarium nostrum puniri.

Item inhibemus omnibus Clericis supradictis, ne in publico vel alibi præsentibus Laicis tabernas intrent, nisi in itinere constituti, vel alia ex causa rationabili: nec ludos inhonestos, maxime taxillorum exerceant, nec talibus intersint. Contrafacientes vero pœna juris communis & ad arbitrium nostrum aut Vicarij nostri puniri volumus & mandamus.

Item statuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut nullus Clericorum maxime Beneficiatorum, Cauponem vel tabernarium hospitem sibi constituat continuum in domo habitationis suæ, aut potum venalem negotiationis causa exponat publice, aut vendat. Permittimus tamen domos Prælatis & Monasteriis pro hospitalitate rationabiliter introducta, & secundum permissum regulæ & juris communis. Contrafacientes arbitrio nostro aut Vicarii nostri, arctius puniri volentes.

Ne Redemptoris Domini nostri Jesu Christi patrimonium inutiliter consumatur, aut in usus temporales exquisitis diabolicis suggestionibus expendatur, de quo potius pauperum necessitatibus est subveniendum: statuimus, ne Clerici maxime Beneficiati quacunqne dignitate præfulgeant, Mimis, Joculatoribus, Histrionibus, Buffonibus, Galliardis seu hominibus artis ludicræ, prætextu nuptiarum, militiæ vel alterius similis causæ, quidquam largiantur.

V.

Volumus concubinatum evitari sub pœnis Decreti sacri generalis Concilii Basiliensis: quas pœnas nna cum pœnis juris commnnis contra inobedientes exsequi præcipimus & mandamus. Tenor autem præduli Decreti sequitur per omnia in hæc verba:

Sacrosancta generalis Synodus Basileensis in Spiritu Sancto legitime congregata universalem Ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam.

Conc. Basil. Sess. XX. Quicunque Clericus cuiuscunque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiamsi Pontificalis vel alterius præeminentiæ existat, qui post hnjus constitutionis notitiam, quam habere præsumatur per duos menses post publicationem ejusdem in Ecclesiis Cathedralibus, quam ipsi Diœcesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus Concubinarius, à perceptione fructuum omnium suorum Beneficiorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertet. Nec non & huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse innotuerit, mox suus superior admonere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat. Quod si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publice resumpserit; jubet hæc sancta Synodus, ut ipsum omnibus suis Beneficiis omnino privet; & nihilominus hi publici concubinarij, usquequo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestámque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumdam honorum, Dignitatum, Beneficiorum, vel officiorum sint inhabiles. Qui si post dispensationem recidivo vomitu ad huiusmodi concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis

fationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi ad quos talium coërcitio pertinet, eos, ut prædictum est, punire neglexerint; eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quam in illo pro concubinatu modis omnibus digna privatione animadvertant. In conciliis enim Provincialibus & Synodalibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum vel alia condigna pœna severiter procedant. Et si hi, quorum destitutio spectat ad summum Pontificem, per concilia Provincialia aut suos superiores propter publicum concubinatum comperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ipsi summo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscunque Capitulis Generalibus & Provincialibus quoad suos servetur, pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concubinarios statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt non solum hi, quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in jure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla possit rergiversatione celari, notorius exsistit: sed & qui mulierem de incontinentia suspectam vel infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem habentes pecuniarios quæstus à concubinariis percipere non erubescunt, patiendo eos in tali fæditate sordescere: sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto omnino compositionis aut spe alicujus quæstus talia quovis modo tolerent aut dissimulent: alioquin ultra præmissam negligentiæ pœnam, duplum ejus quod propterea acceperint restituere ad pios usus omnino teneantur & compellantur. Ipsas autem Concubinas seu mulieres suspectas Prælati modis omnibus curent à suis subditis etiam per brachij sæcularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere. Qui etiam ex tali concubinatu procreatos filios apud patres suos cohabitare non permittant. Jubet insuper hæc sancta Synodus, ut etiam in prædictis Synodis & Capitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat diligenter. Injungit præterea omnibus sæcularibus viris, etiamsi regali præfulgeant Dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum quocunque quæsito colore Prælatis, qui ratione officij sui adversus suos subditos pro hujusmodi concubinatu procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege Divina prohibitum sit, & sub peccati mortalis pœna necessario evitandum, monet omnes laicos tam uxoratos quam solutos, ut similiter à concubinatu abstineant. Nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet, & ad aliam mulierem accedit. Qui vero solutus est, si continere nolit, juxta Apostoli consilium uxorem ducat. pro hujus autem Divini observatione præcepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis tantis remediis cum studio laborent.

VI.

PEriculis animarum, quæ cunctis opetibus præferuntur, desiderantes occurrere, statuimus, volumus, & sub pœna privationis beneficij mandamus, ut omnes habentes Ecclesias, quibus animarum cura est annexa, personaliter in eisdem residéant, aut infra hinc & festum sancti Michaëlis proxime futurum nos aut Vicarium nostrum legitime doceant, quare in eisdem personaliter residere non debeant, nec teneantur. Quia Beneficium datur propter officium, statuimus quod quicumque Canonicus Ecclesiæ nostræ Cathedralis aut alterius Collegiatæ nostræ Diœcesis, per se vel alium officium suum, quod exhibere debet in ordine quocunque secundum consuetudinem Ecclesiasticam hactenus observatam per unam septimanam continuam neglexerit quacumque de causa vel occasione, decem libras denariorum usualis monetæ ad fabricam eiusdem Ecclesiæ solvere teneatur. Si vero minus quam per unam septimanam neglexerit, eamdem pœnam proportionaliter secundum ratam temporis persolvere teneatur. Si quis vero per se-

eandam septimanam, ut prædicitur, neglexerit, à perceptione fructuum & redituum præbendæ quam obtinet in Ecclesia, penitus sit suspensus, donec pœnam solverit integraliter superius expressam. Qui autem per tertiam neglexerit septimanam, ad nullum actum Capitularem, nec ad aliquod stipendium præbendale admittatur, donec de pœna satisfecerit memorata, nec non ad arbitrium nostrum, sicut alias sibi duxerimus adjungendum, puniatur.

VII.

QUia in tantum quorumdam processit ambitio, ut non duo vel tria, sed plura perhibeantur habere Beneficia: de consilio venerabilium Fratrum & Patrum nostrorum hoc emendari cupientes, statuimus, & sub pœna privationis Beneficiorum mandamus, ut omnes & singuli Clerici nostræ Diœcesis incompatibilia de jure Beneficia retinentes, nobis aut Vicario nostro infra hinc & festum Sancti Michaëlis dispensationes super hoc obtentas indicent & ostendant. Inhibemus quoque sub eadem pœna, ne quisquam Clericorum plures quam unum teneat Vicarium, nisi evidentis necessitatis causa aliud sibi à nobis vel Vicario nostro fuerit indultum.

VIII.

NE per receptionem Canonicorum præbendis non vacantibus alienæ mortis votum turpiter ingeratur, statuimus, ut de cetero nullus recipiatur in Canonicum Ecclesiæ nostræ Cathedralis, nec alicuius alterius Collegiatæ nostræ Diœcesis, nisi vacaverit præbenda, quæ illi qui assumitur in Canonicum, assignetur: alioquin receptio in contrarium facta nulla sit ipso facto, nisi facta fuerit de licentia nostra speciali.

IX.

QUia non omnibus liquent canones contra alienationes rerum monasteriorum & Ecclesiarum, jurium prohibitiones publicando, omnino inhibemus omnibus Abbatibus, Prioribus, Præpositis, & aliis Prælatis ac Clericis universis tam sæcularibus quam regularibus, sub pœna privationis administrationum ipsorum ne de rebus Ecclesiarum vel Monasteriorum suorum alienationes sine licentia legitima faciant perpetuas quocumque titulo, gratuito vel oneroso: nec etiam res temporales insignes aut notabiles præter juris formam & licentiam secundum eamdem obtentam *a)* quocumque alienare præsumant: statuimus & irrefragabiliter diffinimus, quod in qualibet Parochia plebanus, assumtis sibi duobus honestioribus subditis suis, quorum quilibet habeat clavem unam, & ipse tertiam, omnia quæ devotione fidelium ad fabricam Ecclesiæ, luminaria vel ad alias utilitates fuerint deputata, diligenter colligat & conservet, & his usibus impendat, ad quos sunt deputata. Volumus etiam, quod nec tales sibi adjuncti, nec alij Procuratores Ecclesiarum qualescumque de rebus Ecclesiæ præter scitum Plebani quidquam disponant, ut res ipsa suspicione careat; & non detur occasio subtrahendi res Ecclesiarum. Volumus & sub excommunicationis pœna præcipimus, quod Plebani & assumpti sibi ad hoc officium seu Ministerium exsequendum, loci Decano semel in anno quolibet plenam teneantur reddere rationem. Quem rationes huiusmodi sub eadem pœna tam solicite quam attente sub his testimoniis, exigere volumus & recipere, atque anctoritate nostra sub memorata pœna inhibere Plebanis & Ecclesiarum Procuratoribus, ne res Ecclesiarum nomine Vaccarum vulgariter *Immer Küe*, vel alias quovis quæsito colore sub specie usuræ mutuent, aut quomodolibet locent.

a) forte quomodocumque.

Statui-

Statuimus, ut nullus Ecclesiasticus vel sæcularis cuiuscumque status & conditionis fuerit, Ecclesiarum vacantium aut Clericorum decedentium bona rapiat, dissipet aut invadat, quocunque quæsito colore. Contrafacientes, decedens Ecclesiastica careat sepultura: vivens autem cum tota familia sua ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec ablata restituerit universa.

Item simili pæna carentiæ sepulturæ decedentium, & ingressus Ecclesiæ vivorum prohibemus Lajcis, ne de sepulturis dandis se intromittant, nec campanas vel ad Divinum cultum deputata contra voluntatem Plebanorum quocumque modo, præsertim ad profana & religioni Ecclesiasticæ adversa contrectent, aut per mansionarios Ecclesiarum pertractari mandent auctoriabiliter contra sacros canones, nec in Ecclesiis & rebus earumdem quidquam statuant, vel quomodocumque ordinare præsumant.

X.

INsuper præsenti Constitutione duximus inhibendum universis Clericis nostræ Diæcesis, ne suspensos patibulo, decollatos, vel alios qnalitercunque per sententiam morti traditos, in torneamentis, ludis, publicis spectaculis, aut alias occisos, vel subito defunctos, qui non eodem anno confessi, vel alias in mortalibus peccatis morte præventi fuerint, vel non receperint Eucharistiæ sacramentum; nisi de consilio sacerdotis duxerint abstinendum, tradere præsumant Ecclesiasticæ sepulturæ absque licentia nostra aut Vicarij nostri super hoc petita diligentius & obtenta: nihilque pro concessione huiusmodi exigatur neque recipiatur, nisi voluntarie offerant, sed dumtaxat sibi salarium competens solvatur.

XI.

MUlti sæcularium interdum in detestationem cleri temeritate propria decimas, quas omnium Dominus solvi præcepit, servitio suo mancipatis subtrahere non verentur, in animarum suarum grande periculum. Ideoque cunctis Prædicatoribus & Confessoribus, religiosis & sæcularibus præcipimus, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus in prædicationibus & confessionibus subditos suos studiosius moneant, & inducant, quod memores salutis animarum decimas ipsas omninm terræ nascentium sine diminutione integre; personales vero, secundum laudabilem consuetudinem persolvant, si pænas damnationis æternæ voluerint evitare.

XII.

QUia religiosos, qui per religionem sponte assumptam Deo dicati sunt, puriores decet honestatis & vitæ nitore clarere, ut Deo possint salubrius famulari: Quapropter præsenti constitutione irrefragabiliter duximus statuendum, ut universi Abbates, Præpositi, Priores, Decani, ceterique Monasteriorum Professi nostræ Diæcesis, monastica & regulari vigeant disciplina: regulamque eis à sanctis Patribus institutam, secundum quod sacrorum statuta Canonum edocent, præsertim tria ordinis substantialia, videlicet abdicationem proprietatis, obedientiam, & continentiam, cærimonialiaque religionis secundum sanctam regulam & diffinitiones Sanctorum Patrum diligentius studeant in omnibus observare. Si quis autem prædictorum suæ salutis immemor promissorum exstiterit violator seu neglector, secundum eamdem regulam & diffinitiones Patrum pæna condigna puniatur.

Quoniam nednm in viris, sed etiam in Mulieribus Deo devotis vigere debet religio sancta & vita monastica secundum regulam suæ Professionis & Patrum sanctorum

ctorum diffinitiones ; immo tanto cautius tenentur Prælati & alij eis præfecti vigilare, quanto fragiliores noscuntur : statuimus, volumus, & mandamus, quod omnes Prælati quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, & alij quicumque Monachi & non Monachi nostræ Diœcesis, quibus etiam à Deo devotarum mulierum cura est commissa, easdem paterne, pie & solerter secundum suam regulam & Patrum diffinitiones ad observantiam regulæ & Monasticæ vitæ inducant, informent, & compellant juxta officij debitum : diligenter etiam vigilent, ne in receptione alicuius ipsarum quidquam per symoniam exigatur : negligentes vero & non reformantes, cuiuscumque religionis fuerint, maxime de ordine sancti Francisci, qui triplicem regulam sive modum sanctæ vivendi declaravit, districta animadversione judicij punire non tardabimus. Insuper constitutionem Bonifacij Papæ octavi super clausura monialium editam, quæ incipit, *periculoso*, cum effectu exsecutioni demandari volumus & mandamus.

Quia nonnunquam sub specie religionis surgunt sectæ, nec non conventiones pestiferæ juribus inimicæ: præcipimus & mandamus cunctis Ecclesiarum rectoribus nostræ Diœcesis, quod omnes viros & mulieres infra terminos suarum Parochiarum degentes sub specie religionum non approbatarum & communium in vita accepta, in communi vita popularium discrepantes requirant, quod infra mensem à sua requisitione ipsos informent, cujus religionis sint, & suæ vitæ ac status approbationem. Quod si non fecerint, ipsos teneant in omni obedientia parochiali, sicut alios Parochianos ; & nobis aut Vicario nostro eosdem nihilominus denuntiare non omittant.

XIII.

Quamvis Patroni & Advocati sint in subsidium Ecclesiarum admissi, sæpe tamen hoc tendit ad noxam & oppressionem, ut inde sentiant detrimentum, quod à defensione nascitur institutum : & infra constitutione præsenti sancimus & volumus, quod tam Patroni quam Advocati Ecclesiarum, cuiuscunque præeminentiæ aut status fuerint, gratia permissa, & antiquis juribus ipsis & eorum progenitoribus in Institutione prima, seu cum ipsi ad Advocatus à principio per eos ad quos pertinuit, suscipiebantur, deputatis, penitus & omnino stent contenti, & pro posse suo statum, honorem & res Ecclesiarum requisiti fideliter tueantur, & defendant. Item si patronus plures filios aut hæredes dereliquerit, omnes illi succedant in stirpem & in locum defuncti : ac nihil plus exigant, extorqueant vel recipiant, quam ei debebatur, in cujus locum & jus successerunt: & nihilominus, sicut defunctus, Ecclesiam defendere teneantur. Si quis vero in extorsione aut receptione juris Advocatiæ modum excesserit memoratum, aut patronatus occasione, jure suo privetur, & nihilominus sicut raptor, & spoliator Ecclesiæ puniatur.

XIV.

Quamvis res Ecclesiasticæ non ad alium quam pium usum in quem ordinatæ sunt, expendi debeant, salva sedis Apostolicæ auctoritate ; quidam tamen Prælati, & alij Clerici plus timentes terrenam quam Divinam offendere Majestatem, non verentur Lajcis Ecclesias quantum in eis est facere tributarias. Et infra : sub excommunicationis pœna inhibemus universis Prælatis & Clericis nostræ Diœcesis, ne novam * steuram, aut quamvis aliam exactionem Laicis solvere præsumant, non habita super hoc superioris sui licentia speciali & expressa.

Item inhibemus omnibus Clericis nostræ Diœcesis sub pœna jam dicta, ne aliquis eorum Decano aut Archidiacono sine nostro aut Vicarij nostri mandato, collectam & exactionem solvere præsumat.

XV.

XV.

CUpientes affectum devotionis argumentari mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & volumus omnes sacerdotes, qui parochiis præsunt, singulis diebus Dominicis aquam & sal benedicere, ac eosdem una cum toto Clero ad ipsas Ecclesias spectante horis consuetis ante Missarum solemnia processionaliter circumire. Ut autem populus ad huiusmodi processiones invitetur, omnibus vere pœnitentibus, confessis, & contritis, ipsam processionem devote sequentibus, ac illis qui hujusmodi processionibus libenter interessent, sed quominus intersint custodia bonorum suorum, infirmitate aut alio legitimo impedimento detinentur, sub fiducia Divinæ pietatis de thesauro Ecclesiæ quadraginta dies indulgentiarum de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus, & easdem indulgentias per rectores supra dictos volumus exhinc publicari.

XVI.

VOlumus, & in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, ut nullus Divina Missarum solemnia sine luminibus celebrare præsumat: nec hostiam ante consecrationem in altum quoquo modo elevare, ne adorando hostiam non consecratam populum idololatriam committere contingat.

Item statutum Concilii Provincialis Saltzburgensis præsentibus nostris Statutis inserendum duximus, cujus tenor sequitur in hæc verba: Item statuimus ut „ si quis Clericus vel Laicus utriusque sexus existat, ausus sit præsumptione damnabili publice prædicare, aut occulte docere, credere & tenere, quod sacerdos „ in mortali peccato existens non possit conficere corpus Christi, seu sic ligatus „ non possit absolvere vel ligare suos subditos à peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur. „ Quem errorem hujus sacri Concilij approbatione damnamus; anathematizamus, & penitus reprobamus; cum Sacræ Scripturæ dicat auctoritas quod sive bonus sive malus fuerit minister, per utrumque Deus effectum gratiæ confert: non enim quæ sancta sunt coinquinari possunt, nec ipsa sacramenta per hominum malitiam profanari. Unde sacerdos, quatumcumque pollutus existat, Divina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctorum contagiorum exsistunt. Licite ergo à quocunque sacerdote ab Ecclesia tolerato Divina *a*) ministeria audiantur, & alia recipiantur Ecclesiastica sacramenta. Damnatione simili reprobamus quorumdam opinionem erroneam, asserentem, Episcopum, Presbyterum, seu sacerdotem curatum non posse solvere Presbyteros fornicarios à fornicationis reatu propter votum castitatis: inhibentes ne quisquam de cetero prædictam opinionem sub pœnis prædictis docete, tenere, ac dogmatizare quoquo modo præsumat publice vel occulte. Adjicimus quoque ut nullus in Diœcesi nostra ad prædicandum sive annunciandum verbum Dei admittatur, nisi missus sit, & de missione sua constiterit sufficienter.

a) *forte* mysteria.

Cupientes ac volentes indulgentias de corpore Christi per Dominum nostrum sanctissimum, Dominum Eugenium Papam quartum concessas publicari, tenorem earumdem præsentibus inseri mandamus, qui sequitur, & est talis:

Eugenius Episcopus, servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

EXcellentissimum corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi sacramentum, quod appropinquante Passionis ejus hora Dominus ipse signo præcipui, quo nos dilexit, amoris salubriter instituit, *b*) eiusdem commemorationem sanctissimam jugi mentis exsultatione contemplantes, ad hoc inter singulos huiusmodi merca-

b) *forte*, eiusdemque.

mercatos sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus; ut illi condignis assurgentes laudibus, sua frequentia ad ipsius venerationem sacramenti corda dirigant; & eo quo corporalis habetur præsentia Salvatoris viatico fructus vitæ complectentes æternæ, cœlestia conscendant, ipsum qui nobis se in edulium tribuit, perpetuo conspecturi. Sane dudum piæ memoriæ Urbanus Papa IV. prædecessor noster, ad orthodoxæ corroborationem & exaltationem fidei digne & laudabiliter statuens, ut de tanto sacramento præter illam, quæ dietim in Ecclesia fieret, annuatim memoria solemnior & specialior haberetur: & ad celebrandum ejus tam excelsum tamque gloriosum festum quintam post octavas Pentecostes feriam designans, ac Christi fideles quoslibet ad colendum illud donis spiritualibus animare volens, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui matutinali officio festi ejusdem in Ecclesia, in qua etiam illud celebraretur, interessent, centum: qui vero Missæ, totidem; & qui in primis ipsius festi matutinalibus vesperis, similiter centum; qui autem in secundis, totidem; illis vero qui primæ, tertiæ, sextæ, nonæ & completorii horarum officiis, pro qualibet ipsarum quadraginta: iis autem qui per octavas ipsius festi matutinalibus vesperis, Missæ, aut prædictarum horarum officiis interessent, singulis octavarum ipsarum diebus similiter centum. Et subsequenter felicis recordationis Martinus Papa V. etiam prædecessor noster fideles eosdem ad impertiendum pro veneratione sacramenti hujusmodi potiora reverentiæ & devotionis exercitia firmare cupiens, singulis ex iis vere pœnitentibus & confessis, qui & quoties in ipsius sacramenti profesto jejunium, vel loco ipsius aliud pium juxta consilium bonorum confessorum opus fecerint, etiam centum: & qui præmissis in Ecclesiis, in quibus illa celebrari contingeret, officiis interessent, nec non Episcopis & aliis Prælatis superioribus, qui dictis officiis libenter interessent; sed quo minus eis in ipsis Ecclesiis interesse possent, pro conservandis suarum dignitatum juribus & aliis tunc legitime impedimentis, pro matutinali ducentos, & pro Missæ officiis totidem, ac pro qualibet vesperarum etiam ducentos; reliquarum vero, videlicet Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ & Completorii festi, octuaginta: rursus autem in quibuslibet octavarum diebus pro singulis matutinalium Missarum & Vesperarum, similiter centum; nec non reliquarum horarum officiorum hujusmodi, quadraginta. Illis præterea, qui processiones, in quibus ipsum vivificum sacramentum dicto festo juxta præfatarum ritus Ecclesiarum deferretur, continuo secuti forent; ac quibuslibet in festo ac octavarum diebus hujusmodi pro pace & tranquillitate Ecclesiæ Missas devote celebrantibus, pro singulis ipsarum, nec non aliis in eodem festo Eucharistiæ sacramentum devote sumentibus, etiam centum singulis annis profesto vice qualiber eis, qui dum corpus Dominicum communicandis deferetur infirmis, illud cum incenso luminari præcedendo vel sequendo venerarentur, similiter: & qui tunc illud alias devoti secuti forent, etiam quinquaginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer relaxamus. Ac etiam ipse Martinus Prædecessor noster, quod in festo & diebus octavarum hujusmodi in terris & locis Ecclesiasticis, quavis autoritate suppositis interdicto, pulsatis campanis, januis apertis, & alta voce excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis, ut ocius reconciliari studerent, admissis; & illis qui causam vel occasionem hujusmodi interdicto dedissent, altari tunc nullatenus appropinquantibus; Missæ & officia præmissa licite celebrari possent, auctoritate Apostolica duxit concedendum. Nos vero, quos interim ad summi Apostolatus apicem Divina Clementia provexit, etiam pro frequentiori hujusmodi veneratione sacramenti summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter impertiri; nec non relaxationes & concessiones prædictas Apostolici robore muniminis ipsorum notioni fidelium committentes, præmissis per eundem Martinum Prædecessorem, ut præfertur, relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendos addicimus per præsentes: & insuper universos Patriarchas, Archi-Episcopos, Episcopos & aliarum Ecclesiarum Prælatos monemus & hortamur in Domino, & eis per Apostolica

lica

lica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, & in remissionem peccaminum injungimus, ut per se vel alios eorum subditos per singulas suarum Civitatum & Diœcesis Ecclesias *a*) in Dominicam feriam & * festum pridem proxime præcedente, salutaribus ad venerationem potissime sacramenti hujus monitis & exhortatione præsentium quorum etiam tenor inter matutinales festi, nec non dierum octavarum huiusmodi lectionis recitentur, litterarum continentiam & effectum publicare & insinuare procurent: ut eiusdem sacramenti suffragante mysterio, subditi & fideles ipsi spiritualium gratiarum uberiori fulciantur augmento; & ab illo qui se pro ipsis immolavit hostiam, post hujus vitæ cursum ad gloriam perducantur æternam. Verum quia difficile foret huiusmodi literas singulis exhiberi, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto manu publica & sigillo alicuius Episcopalis vel superioris Ecclesiasticæ curiæ munito, tamquam præfatis, si originaliter exhiberent literas, plena fides exhibeatur, & perinde stetur, ac si originales litteræ forent exhibitæ vel ostensæ.

a) *fortè* in Dominica feriam & festum præ-dictû præcedente &c.

Datæ Romæ, apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo tricesimo tertio, VII. Kalendas Junij, Pontificatus nostri anno tertio.

XVII.

Baptismus cum summa reverentia celebretur, maxime in distinctione & prolatione verborum in quibus sacramenti virtus exsistit, his scilicet verbis: ***Ego baptizo te in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti.*** Doceant igitur sacerdotes tam mares quam fœminas, in necessitate debere parvulos baptizare eadem forma in suo idiomate, & quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare: & si sacerdotes super hoc diligenter inquirentes debitam formam in baptismo invenerint, quod factum est, approbent; suplentes circa baptizatum, quoad unctionem olei in pectore & in scapulis & crismatis in vertice, quod à Lajcis est omissum. Si autem in baptizato debitam formam non invenerint observatam, non differant pueros baptizare.

XVIII.

Item præcipiendo mandamus, ut secundum constitutionem Lateranensis Concilij, Eucharistia, Chrisma & Oleum sanctum sub fideli custodia & reverentia debita clavibus adhibitis conserventur: ne possit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia & nefanda exercenda. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, ultra juris communis pœnas, in libra ceræ ejdem Ecclesiæ solvenda & applicanda puniatur. Et si per ejus pigritiam aliquod nefandum inde contigerit, ejusmodi subiaceat ultioni, juxta nostram aut Vicarij nostri ordinationem & delicti quantitatem. Sacramentum etiam Eucharistiæ singulis mensibus ad minus semel renovari præcipimus, aut pluries secundum locorum exigentiam & opportunitatem.

In plerisque etiam Ecclesiis Mappæ, Palæ, Corporalia, & alia vestimenta Divino cultui deputata tam inculta & immunda relinquunt, quod interdum quibusdam sunt horrori, contra statutum Concilij generalis: universis Custodibus, Sacristis, & Ecclesiatum rectoribus districte præcipimus, quatenus omnia vestimenta, ornamenta ac vasa supradicta per ipsos munda & nitida conserventur; corporaliáque pluries infra annum juxta casus exigentiam per Clericos mundentur. Si quis vero in transgressione huiusmodi statuti culpabilis fuerit, usque ad condignam satisfactionem ab officio suspendatur.

XIX.

XIX.

STatuimus & præcipimus univerſis Chriſti fidelibus noſtræ Diœceſis, utriusque ſexus, ne quisquam eorum clandeſtinis Deſponſationibus aut occultis matrimoniis interſit. Præcipimus inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ univerſis Eccleſiarum plebanis, quod poſtquam ipſis conſtiterit, pro certo & probabili fama, aliquos clandeſtine contraxiſſe, ipſos ſtatim ad publicandum in facie Eccleſiæ aut jura ſua proſequendum coram Eccleſiaſtico Judice per ſubtractionem ſacramentorum, extra tamen neceſſitatis articulum cogere non poſtponant.

XX.

DIſtricte præcipiendo interdicimus, ne quisquam Sacerdotum pro reconciliatione pœnitentium, aut pro adminiſtratione alicuius Sacramenti vel aliquorum Sacramentalium, paciſcatur de ſibi danda pecunia, nec aliquo alio æquivalenti pro eodem. Sed volumus diſpoſitis absque dilatione pro tempore & loco congruis, adminiſtrari & exhiberi ſecundum ritum Eccleſiæ. Verum, quod rationis & juris explorati exſiſtit, quod ſocij Paſſionum ſint pariter, & ſocij conſolationum, permittimus expoſt exigi etiam cum imploratione officij Judicis quantitatem in talibus conſuetudine debitam, ad quam Laicos hortamur, & quantum de jure eſt adſtringimus & compelli volumus.

Item inhibemus ſub pœna privationis officij, ne aliquis Sacerdotum quemquam notorie delinquentem accepta pecunia vel alio commodo temporali pœna condigna corrigere prætermittat.

Item interdicimus & diſtricte inhibemus, ne quisquam Clericorum, cujuscumque ſtatus fuerit, cenſum de aliquo Beneficio, aut pecuniam vel emolumentum aliud, ex pacto quocumque nomine anticipandæ penſionis, vel alio quocumque quæſito colore augeat, vel quemquam augere compellat. Contrafacientes, tam dantes quam recipientes, duplum quam dederint vel acceperint nobis *a*) remiſſibiliter ſolvere teneantur: nihilominus juxta arbitrium noſtrum aut Vicarij noſtri arctius punientur.

a) forte irremiſſibiliter.

Item volumus ſtatutum Concilij generalis Conſtantienſis, & conſtitutionem de Symonia editam publicari, ut in fine: quoniam contra transgreſſores eiusdem diſtrictius, Deo dante, procedemus. Cujus ſtatuti tenor ſequitur per omnia in hæc verba.

Martinus, &c. &c.

MUltæ contra Simoniacam pravitatem ab olim factæ ſunt conſtitutiones, quibus morbus ille non potuit exſtirpari. Nos volentes de cetero, ut poſſumus, attentius providere, ſacro approbante Concilio decernimus, quod ordinati ſimoniace ab executione ſuorum ordinum ſint eo ipſo ſuſpenſi: Electiones autem, Poſtulationes, Confirmationes, & quævis proviſiones ſimoniacæ Eccleſiarum, Monaſteriorum, Dignitatum, Perſonatuum, officiorum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ ſint ipſo jure, nullumque per illos jus cuiquam acquiratur; nec promoti, confirmati, aut proviſi faciant fructus ſuos; ſed ad illorum reſtitutionem, tamquam inique ablatorum percipientes, teneantur. Statuimus inſuper, quod dantes & recipientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiamſi Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

XXI.

XXI.

QUamvis Judæi, qui sanguinis Christi vindictam in se receperunt, ubi servire Christianis, aut se laboribus nutrire parati sunt, benignitate Ecclesiæ misericorditer tolerentur; ipsi tamen gratia sancta & tolerantia non contenti, orthodoxorum Religionis Christianæ facultatis usuris exhauriunt, laqueos offensionis ingerunt & petram scandali; in qua defensione & adjutorio aliquorum culpabilium Lajcorum detestabilius foventur.

Hinc statuimus districte præcipiendo, quod Judæi in nostra Diœcesi non permittantur fenerari, nec uti famulis Christianis. Nullus quoque Christianus domos ad habitandum eisdem ad exercendum fenus locet: nec permittatur eis communio maxime ad frequentem visitationem Christianorum, præterquam in casibus præmissis, ne eorumdem peccatis revolvantur. In die Pentecostes fenestræ & ostia clausa teneantur toto die. In diebus autem lamentationis & Dominicæ Passionis in publicum minime prodeant: cum salutaris hostia ad infirmos deputatur, caveant omni diligentia, ne contra Christianam fidem, Beatam Virginem, vel Sanctos alios, contumeliosa verba proferant: nec permittantur cum simplicibus disputare de fide; ne callidis sermonibus corda percutiant simplicium. Nullus cum eis edere præsumat, aut balneari, aut medicinas ab eis capere. Si quis vero Judæorum in his culpabilis repertus fuerit, eidem communio Christianorum denegetur. Quod si quis Judæorum mulierem cognoverit Christianam, pro tanto facinore viginti libras denariorum usualis monetæ Domino loci, in quo scelus hoc perpetratum fuerit, irremissibiliter solvere teneatur. Ad hoc per captionem rerum & personæ, nec non aliis oportunis remediis compellendus. Idem, si Christianus, quod detestabilius est, propter periculum partus, cognoverit Judæam. Et si Judæus satisfacere pœna pecuniaria nequierit, carcerali custodiæ mancipetur afficiendus, donec scandalum sopiatur. Christianus quoque ad Judæam accedens * ultimam dictam mulctam, excommunicationis pœnam, absolutionis beneficium à nobis vel Vicario nostro meruerit obtinere.

XXII.

USurarum voraginem detestantes, inhibemus omnibus Christi fidelibus nostræ Diœcesis tam Clericis quam Lajcis; ne pecunias ad usuras mutuent, aut in impignorationibus ultra sortem aliquid ex pacto recipiant, nec emptiones detestabiles faciant, aut alios quoslibet actus usurarios exerceant. Quod si quis contra fecerit, ultra pœnas juris communis & Concilij Provincialis Salzburgensis, subjaceat solutioni decem libras denariorum usualium irremissibiliter solvendarum ad fabricam Ecclesiæ, aut in usus pauperum, juxta nostrum aut judicantis nostri nomine arbitrium, convertendos; Inhibemus insuper sub Excommunicationis pœna universis Prælatis, Decanis, Plebanis, & ceteris quibuscumque religiosis & sæcularibus, ne aliquem dictis criminibus manifeste reum, satisfactione non præmissa, ad quam tamen eosdem induci volumus, modis possibilibus Ecclesiasticæ tradant sepulturæ.

XXIII.

VOlumus & mandamus statutum divæ memoriæ Guidonis Legati de latere per nostram Diœcesim promulgari & publicari: quo cavetur, quod quicumque personam Ecclesiasticam vulneraverit enormiter, captivaverit, vel occiderit, ipso facto ea quæ ab Ecclesia nomine feudi, jure censuali, vel in Emphyteusin, aut alias quocumque nomine teneat, perdat penitus & amittat, in utilitatem Ecclesiæ convertenda. Adjicimus quoque, quod in illa Parochia, in qua Canonicum Ecclesiæ Cathedralis capi contigerit vel detineri, vel alium in Dignitate vel Personatu seu Clericatu constitutum, donec liberetur & absolvatur, cessetur generaliter à Divinis, salva satisfactione eidem debita impendenda.

XXIV.

QUia nonnulli Sacerdotes sæculares vel religiosi in pœnitentia frena laxare, & extra terminos sibi positos auctoritatem in casibus superioribus reservatis præsumere ausu temerario referuntur; sub Excommunicationis pœna inhibemus, ne quisquam sacerdotum, regularis vel sæcularis nostræ Diœcesis, quemcunque sibi confitentem in casibus Sedis Apostolicæ de jure vel consuetudine reservatis absolvere præsumat, nisi habito desuper ejusdem Sedis indulto, & mandato speciali; nec etiam in casibus similiter de jure aut consuetudine Episcopo reservatis absolvere attentet: præsertim excommunicationis majoris vinculo inodatum, hæreticum, judæum, fautorem alterius eorumdem, Lajcum prædicatorem, aut Auditorem ejus, spoliatorem alicujus dotis Ecclesiasticæ, aut * Sacerdotes, maxime in agone laborantes, aut temerarium occupatorem bonorum Ecclesiæ, depopulatorem agrorum, vinearum & hortorum, incestuosum, fornicatorem cum sacra moniali, homicidam etiam casualem: publicantem confessionem sibi factam, peccantem contra naturam aut cum brutis; sacrilegum, incantatorem seu incantatricem præcipue cum sacramentis, sacramentalibus vel ossibus mortuorum: prolis oppressorem, etiam à casu incendiarium, commercia habentem cum Judæis, maxime in usuris: propinantem, ementem aut vendentem venenum, præsertim in machinationem mortis proximi, dæmonem invocantem, cudentem falsam monetam, utentem scienter auro vel argento falso, cogentem Christianum dare ad usuram, blasphemum nominis Christi vel Sanctorum, falsum testem, coeuntem cum Judæa, obligatum ad vagas restitutiones, nec quemquam alium enormibus criminibus irretitum, non habita à nobis desuper commissione speciali & expressa.

Item volumus sub eadem pœna, omnes confessores absolvendo uti ad minus istis verbis: Ego absolvo te à peccatis tuis & restituo te sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti.

Inhibemus insuper sub Excommunicationis pœna, districte præcipiendo, ne quisquam Sacerdotum religiosus vel Sæcularis nostræ Diœcesis non habita desuper Sedis Apostolicæ aut nostra seu Vicarij nostri speciali licentia, se intromittat de distributione rerum male acquisitarum, incertarum & vagarum.

Quia ex pastorali solicitudine incumbit Prælatis suorum subditorum vultum intrinsecus agnoscere secundum talentum sibi creditum; statuimus propterea, volumus, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut omnes Abbates, Præpositi, Decani, Archidiaconi nostræ Diœcesis, specialiter non exempti nobis aut Vicario; omnes vero Sacerdotes inferiores suis Decanis, Monachi suis Abbatibus vel Præpositis, qui per Præpositos soliti sunt gubernari, sua peccata confiteantur, nisi alicui ipsorum à superiore nostro, aut nobis, seu Vicario nostro, de spirituali indulto aliud sit concessum.

Abuso-

Abusionibus quæstorum viam præcludere cupientes, statuimus, volumus & mandamus, quod hi, qui præsunt Ecclesiis nullum quarumcumque occasione litterarum petere vel colligere eleemosynam permittant, nisi litteris eorumdem prius diligenter perspectis; & nostris aut Vicarij nostri, quibus appareat quod suæ litteræ sint veræ, ac eorumdem anctoritas adhuc duret, seu non exspiraverit. Quo comperto, nulla portione recepta, exacta vel requisita, ab eodem pro eleemosyna petenda admittatur. Quod si qui contra fecerint, triplum restituere teneantur ad usus, quibus eleemosynæ sunt deputatæ remissione colligentium minime profutura. Nec tunc, præter id, quod in litteris continetur exhibitis, aliquid proponere populo permittantur. Hortamur præterea universos & singulos nostræ Diœcesis Lajcos, ne quæstores vel collectores huiusmodi in eleemosynis colligendis quoquo modo perturbent, aut impedire præsumant.

Præcipimus insuper & mandamus omnibus Prælatis, Rectoribus & Vicariis Ecclesiarum, sub excommunicationis pœna, quod omnes falsos quæstores, qui non exhibebunt per omnia sanas litteras, detineant captivos, ipsosque nobis aut Vicario nostro transmittant vel denuntient quantocius poterunt pro demeritis puniendorum, taliter quod exemplis eorum ceteri similia facere pertimescant.

XXV.

PRæcipimus & in virtute sanctæ obedientiæ inhibemus omnibus nostræ Diœcesis jurisdictioni Præsidentibus, ne quemquam Clericum vel Lajcum pro culpa vel contumacia excommunicent, sine scriptis & monitione canonica non præmissa.

Quoniam juris apices non omnibus innotescunt ad uberiorem Sacerdotum instructionem & salubrem informationem, qualiter Sacerdotes interdicti tempore se gerere debeant, & habere; præsenti declaramus statuto; quod interdicti tempore tam ab homine quam à jure prolati, tam sani quam infirmi sunt ad remedium paterne admittendi, nisi fuerint interdicti & excommunicati, vel quorum dolo, culpa, consilio, favore aut auxilio latum exstitit interdictum; Quibus tantum viaticum & baptisma parvulorum conceduntur. Nullus inungatur, vel tradatur Ecclesiasticæ sepulturæ, præter Clericos, qui servaverunt interdictum; nisi tales sint, qui nominatim excommunicati, interdicti vel suspensi fuerint. Qui vero Clerici non fuerint huiusmodi sententiis innodati, sine pulsatione campanarum a) constantibus quibuscumque solemnitatibus cum silentio tumulentur. a) *forte* cessantibus. Insuper Sacerdotes populum habentes, sine scrupulo conscientiæ, semel in hebdomada viros & mulieres possunt ad Ecclesiam convocare, nec non ipsis exponere verbum Dei: Mulieres post partum non inthronizentur cum solemnitate psalmi & orationum: nuptiæ sic non benedicantur: nec aqua benedicta populus solemniter aspergatur. Singulis diebus Missæ in Ecclesiis celebrentur & alia quævis Divina officia, sicut prius; submissa tamen voce, januis clausis, omnino quibuslibet excommunicatis & interdictis, ac omnibus aliis, nisi super hoc privilegium exhibeant speciale, exclusis: ministris altaris dumtaxat exceptis, campanis non pulsatis: bini & insimul tres horas canonicas simul legere possunt, ita quod foris seu extra Ecclesiam nullatenus andiantur. In Festivitatibus vero Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, ac Assumptionis Beatæ Virginis gloriosæ à vesperis vigiliarum earumdem usque ad vesperas earumdem festivitatum inclusive, campanæ pulsentur, januis apertis alta voce Divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis; sic tamen quod illi, propter quorum excessum interdictum huiusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinguent: nec in illis Festivitatibus sepeliantur corpora mortuorum, neque vivis & sanis illis diebus Sacramentum Eucharistiæ ministretur. Præterea inhibemus, ne in Ecclesia non consecrata, vel à jure vel ab homine interdicta, vel exsecrata

per humanum injuriosum sanguinem, vel semine humano & uxurio polluta, nullatenus Divina celebrentur.

Item Decreta sacri generalis Concilij Basileensis de excommunicatis certo modo non vitandis. de interdictis non leviter ponendis decretata, & per nationem Germanicam acceptata, per Diœcesim nostram cupientes publicari, tenores eorumdem præsentibus nostris statutis & constitutionibus duximus inserendos, qui sequuntur per omnia in hunc modum:

„ Ad vitandum scandala ac multa pericula, subveniendúmque conscientiis „ timoratis, statuit hæc Sancta Synodus, quod nemo deinceps à communione „ alicujus in Sacramentorum ministratione vel receptione, aut aliis quibuscum- „ que Divinis, vel extra, prætextu cujuscumque sententiæ aut censuræ Ecclesiasti- „ cæ, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab homine vel à jure generaliter pro- „ mulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum „ observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio vel censura huiusmodi fuerit „ in vel contra personam, Collegium, universitatem, Ecclesiam vel locum cer- „ tum, à Judice publicata vel denunciata specialiter & expresse: aut si aliquem „ ita notorie sententiam excommunicationis constiterit incidisse, quod nulla pos- „ sit tergiversatione celati, aut aliquo juris suffragio excusari: nam à communio- „ ne illius abstineri vult, juxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi „ excommunicatos, suspensos, interdictos seu prohibitos, non intendit in aliquo „ relevare, nec eis quomodolibet suffragari. Quoniam ex indiscreta interdicto- „ rum promulgatione scandala multa consueverunt evenire, statuit hoc sancta „ Synodus, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa aut locus, Ecclesiastico „ supponi possit interdicto, nisi ex causa seu culpa ipsorum locorum aut Dominii, „ seu Rectoris vel officialium. Propter culpam autem seu causam alterius cujus- „ cumque privatæ personæ, huiusmodi loca interdici nequaquam possunt aucto- „ ritate quacumque ordinaria vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excom- „ municata ac denunciata, seu in Ecclesia publicata; ac Domini seu Rectores „ vel Officiales ipsorum locorum auctoritate Judicis requisiti, huiusmodi perso- „ nam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non ejecerint, aut ad „ satisfactionem compulerint: qua etiam post biduum ejecta recedente vel sa- „ tisfactione mox Divina resumi possunt: quod etiam in pendentibus locum „ habeat.

Pridem Reverendissimus Pater, & Dominus noster, Dominus Joannes Sanctæ Sedis Saltzburgensis Archiepiscopus nobis intimare curavit, quod nupet in diæta Moguntinensi indicta per illustrissimum Principem, & Serenissimum Dominum nostrum, Dominum Albertum, Romanorum, Bohemiæ, Hungariæ, &c. &c. Regem, Oratores eiusdem Domini Regis, nec non aliqui sacri Imperii Principes Electores propriis in personis, alij vero ac etiam totius Germanicæ Nationis Metropolitani per suos Oratores convenientes, inter diversos tractatus ibidem præ manibus habitos, decreta edita in sacra Basileensi Synodo, cum certis tamen restrictionibus, modificationibúsque, temporum qualitatibus, ac dictæ Germanicæ Nationi ac comodis, concorditer acceptarunt. Quapropter nos hortando requisivit, quatenus dicta decreta, per Diœcesim nostram reverenter publicare, exsequi, & observari mandaremus, sicut præfertur restricta & modificata. Nos vero mandatis superioribus obedire, veluti tenemur, volentes, dicta Decreta, sicut & præmittitur, acceptata, cum quorumdam ex iis qualificationibus, & modificationibus, præsentibus nostris statutis duximus quoad ipsorum initia adjungenda: mandantes quatenus omnes & singuli utriusque status homines nostræ Diœcesis, quorum interest, ea fideliter observent sub pœnis in eisdem contentis. Et primo decretum per sacrum Constantiense Concilium factum, & per sacrum Basileense Concilium renovatum, de auctoritate & potestate sacrorum generalium Conciliorum, temporibus & modis eadem convocandi & celebrandi, quod

quod est primæ Sessionis, & incipit: Frequens generalium Conciliorum celebratio agri Dominici præcipua cultura est, &c. &c. Iterum decretum de electionibus duodecimæ Sessionis, quod incipit: Sicut in construenda domo præcipue est Architectoris cura. Sed quia lex sic clare non *a*) tendi potest, quin aliquam possit recipere dubitationem, petitum est quatenus sacrum Concilium declarare dignetur quod Electiones Pontificum & Abbatum fiant servata forma in hoc Decreto tradita; quodque in ceteris inferioribus dignitatibus electivis quibuscumque sufficiat modus & forma juramenti in eodem Decreto expressi. Ceterum statuere dignetur sacrum Concilium, quod promovendus per Papam secundum quamdam clausulam huius Decreti, quæ incipit, Nisi ex magna, &c. &c. remittatur consecrandus aut benedicendus ad suum superiorem immediatum; si forsitam talis promovendus fuerit præsens in Romana Curia: quod tamen nihilominus remittatur, ut huiusmodi suo immediato Superiori præstet debitum juramentum; quodque etiam Confirmatio Electionum fiet per immediatum Superiorem, ad quem spectat jus confirmandi: & si ipse sine causa rationabili confirmare distulerit, seu recusaverit, mediatus Superior adiri poterit. Insuper quod etiamsi contingat provisionem per Sacrum Concilium Domino Papæ non fieri, nihilominus Electiones secundum formam hujus Decreti & supra declaratam valeant fieri, & robur obtineant; neque propterea, quod sibi per sacrum Concilium provisum non fuerit, quovis modo valeant impediri. Item Decretum decimæ quintæ Sessionis, de Conciliis Synodalibus & Provincialibus observandis, quod incipit: Pridem hæc Sancta Synodus quoddam, &c. &c. Item Decretum decimæ nonæ Sessionis, de Judæis & Neophytis, quod incipit: Salvatoris nostri Jesu Christi sequens vestigia, &c. &c. Item omnia saluberrima Decreta vicesimæ Sessionis, quorum primum disponit de publicis concubinariis, & incipit: Quicumque Clericus cuiuscumque, &c. &c. Secundum, de modo communicandi his, qui dicuntur excommunicati, suspensi, vel interdicti, & incipit: Ad vitandum scandala &c. &c. Tertium, de modo & forma ponendi interdictum in loco, & Divina resumendi & incipit: Ut lites citius terminentur &c. &c. Similiter omnia Decreta vicesimæ primæ Sessionis, quorum primum tollit annatas. Circa hoc tamen dignetur sacrum Concilium declarare, quod non intendit per hoc Decretum prohibere, quando licite exigatur & solvatur, si quid tempore receptionis Beneficiati solitum sit solvi fabricæ vel pro ornamentis Ecclesiæ, vel simili casu, ad usum tamen Divini cultus, & non ad privatum commodum personarum convertendum. Secundum Decretum vicesimæ primæ Sessionis disponit de pacificis possessoribus non molestandis, & incipit: Quicumque non violentus. Tertium docet, quomodo Divinum officium sit in Ecclesia celebrandum, & incipit: Si quis Principem sæculi. Quartum ostendit quo tempore debet quis esse in Choro, & incipit: Qui in matutinis. Quintum, qualiter extra Chorum horæ Canonicæ sunt dicendæ & incipit: Quoscumque etiam &c. &c. Sextum, de his qui tempore Divinorum vagantur per Ecclesiam, & incipit: Quicumque in Ecclesia. Septimum, quod tabula pendeat in Choro, & incipit: Ut cuncta in Domo Dei ordinate, &c. &c. Octavum, quod in Missa impleatur Credo, & quod non basse legatur Missa, & incipit: Abusum aliquarum Ecclesiarum. Nonum, de pignorantibus cultum Divinum, & incipit: Abusum etiam illum cultui Divino &c. &c. Decimum, de Capitulis tempore Missæ non tenendis, & incipit: Prohibet hæc Sancta Synodus. Undecimum, de spectaculis non faciendis in Ecclesia, & incipit: Turpem etiam illum, &c. &c. Similiter Decretum de numero & qualitate Cardinalium, de quo in vicesima tertia Sessione, & incipit: cum summo Pontifici, &c. &c. Item Decretum eiusdem vicesimæ tertiæ Sessionis, de electione cassanda, ex qua turbari posset Ecclesia, & incipit: Licet dudum hæc Sancta Synodus &c. &c. Item Decretum eiusdem Sessionis, per quod reservationes tolluntur, & incipit: Et quia multiplices. Circa hæc tamen dignetur sacrum

a) *forte*, tradi.

crum Concilium jus commune renovare, quod propter huiusmodi Beneficia in dicto Decreto sibi reservata conferat infra spatium unius mensis, alioquin Ordinarij conferre valeant, quodque provisi à Papa infra quatuor Menses Ordinariis suam provisionem, sub poena amissionis juris, insinuare debeant. Item Decretum Sessionis eiusdem tollens Clementinam, litteris de probat. & incipit: Licet in Apostolicis &c. &c. Insuper decreta tricesimæ Sessionis de communione sacramenti Eucharistiæ, & incipit: Ut lucidius videatur. &c. &c. Item decretum de collationibus Beneficiorum tricesimæ primæ Sessionis, & incipit: Placuit Divinæ pietati, &c. &c. cum aliis Decretis, de qualificationibus in ordine promovendorum loquentibus. Supplicatur cum sacro Concilio ut declarare dignetur, quod vigore horum Decretorum non intendit tollere inferioribus ordinariis tempus Lateranensis Concilij, quodque ante ipsius lapsum non habeat locum præventio.

XXVI.

QUo hæc statuta non tradantur oblivioni, & ne quisquam ignorantiam valeat allegare, sed ut subditi possint in eis frequentius meditari; sub excommunicationis poena præcipimus & injungimus omnibus Abbatibus, Præpositis, Prælatis, & Decanis, ut transcriptionem prædictorum & copiam totalem ac plenam habeant; & ea bis in anno de verbo ad verbum Abbates & Præpositi, convocatis omnibus Monachis & Canonicis regularibus, & Præpositi seu Decani Cathedralis & Collegiatarum Ecclesiarum, canonicis in unum collectis; Decani vero singuli in Conventu, Collegio seu Capitulo, suis confratribus omnibus, etiam non curatis, accersitis publicent, & perlegant, aut publicari & perlegi faciant. In contrarium, contra huius statuti neglectores seu contemptores inquisitionem habebimus diligentem, poenas exactissime *a*) persecuturi.

a) *forte* prosecuturi.

Acta, conclusa, & approbata sunt hæc à sacra Synodo nostra Episcopali, in ea nobis tunc personaliter præsidentibus, in Aula nostra Episcopali Frisingensi, die Veneris, secundo mensis Septembris, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo. In quorum & rei sic gestæ robur, & testimonium sigillum Vicariatus nostri præsentibus est impressum.

Forma juramenti soliti per testem Synodalem præstari.

EGo N. juro, quod amodo, & antea quidquam novi & audivi, aut postmodum inquisiturus sum, quod contra voluntatem Dei, & totam Christianitatem in ista Parochia, vel in isto meo Decanatu, (si Decanus jurat) factum sit aut futurum erit, si in diebus meis evenerit, cum ad meam cognitionem quocumque modo perveniat, si scio, aut indicatum mihi fuerit, Synodalem esse causam, & ad Ministerium Episcopi pertinere, quod ego nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam, nullatenus celem Episcopo meo, aut ejus misso, cui hoc inquirere jusserit, quandocumque me ex hoc interrogaverit. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia; (si Presbyter est. Alias sic) & illorum sanctorum reliquiæ.

NUM.

NUM. CCCXXXVIII.

SAcro Sancta Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu Sancto legitimè congregata universalem Ecclesiam repræsentans. Ad futuram rei memoriam, &c. Vniversalis Ecclesiæ providentia circumspecta ad ea solicitudine pervigili libenter intendit quæ pro sedandis litibus & jurgiis præsertim inter illos, quos Dominus tanquam præcipuas & sublimes Ecclesiæ Romanæ columpnas prærogativa exaltavit honoris, ac alios Ecclesiarum Prælatos quomodoliber subortis, necnon pacis & concordiæ bono inter eosdem propagando expedire cognoscit, & ad hoc etiam opem & operam impendit efficaces. Exhibita siquidem nobis pro parte venerabilis Nichodemi Episcopi & dilecti Ecclesiæ filii Joannis Symonis, Canonici Frisingensis petitio continebat, quòd cum inter dilectum Ecclesiæ filium Joannem tt. Sancti Martini in montibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem & præfatum Episcopum ptimo super eo quod idem Episcopus olim ad Ecclesiam Frisingensem promotus ex laudo & ordinatione bonæ memoriæ Eberhardi Archi-Episcopi Salzeburgensis pro pacis & concordiæ inter ipsos Cardinalem tunc in iunioribus * constitutum & Episcopum factis ipsum Cardinalem, quem tnne etiam in eisdem junioribus constitutum in suum irrevocabilem in spiritualibus vicarium cum potestate conferendi beneficia certi annui valoris, atque levandi Cathedraticum constituerat, ac illi annuam pensionem ducentorum florenorum Hungaricalium super fructibus dictæ Ecclesiæ, donec ad Episcopalem, aut aliam pinguem dignitatem promotus foret, persolvendam assignaverat, postmodum ipsum Cardinalem post eius assumptionem ad huiusmodi Cardinalatus dignitatem à Vicariatu & perceptione Cathedratici excludendo ac à solutione pensionis huiusmodi cessando, dilectum Ecclesiæ filium Joannem Symonis presbyterum, Licentiarum in Decretis in suum in spiritualibus Vicarium receperat, & ex adverso pro parte eiusdem Cardinalis dilectus Ecclesiæ filius Joannes Tulbeck etiam in decretis Licentiatus vigore certarum literarum â nobis emanatarum Vicarius generalis pro eodem Cardinali in dicto vicariatu deputatus fuerat, diversæ apud nos & Sedem Apostolicam lites & controversiæ subortæ fuissent, & deinde in causa per ipsum Cardinalem Nichodemo Episcopo, & Joanni Symonis præfatis propterea mota quodam monitorio contra ipsum Episcopum emisso & in causa huiusmodi subsequenter ad nonnullos actus iudiciales processo, ac contra præfatum Joannem Symonis quadam citatione pœnali ad partes decreta, inibique executa, & demùm sententia declaratoria pœnarum, decretorum nostrorum, videlicet ut sacri & ambitiosorum ac privationis quibusdam suis beneficiis, scilicet canonicatu & præbenda maioris & præpositura Sancti Joannis Frisingen. de mandato Sanctissimi Felicis PP. V. lata, idem Felix PP. tnnc præmissis litibus dissensibus, & differentiis occurrere, omnemque litium & scandalorum materiam amputare cupiens, de consilio & assensu Venerabilium Sanctæ Roman. * Cardinalium ex certa scientia & Apostolicæ potestatis plenitudine qnaslibet lites per præfatum Cardinalem contra Nichodemum Episcopum ac etiam ipsum Cardinalem, seu dilectnm Ecclesiæ filinm Fridericum Hamerl Clericum Frisingen. diœcesis, aut quoscunque alios contra Joannem Symonis præfatos, tam super beneficiis quàm aliis præmissis, & eorum occasione quomodolibet motas, etiam si in causis ipsis aliquæ interlocutoriæ aut difinitivæ sententiæ latæ extitissent, nec non super Vicarii institutione seu mandato de instituendo, ac etiam conferendo beneficia, sen de illis providendo penitus pro non factis, nullis & cassis haberi voluit, demùm quoque Cardinalem & Episcopum præfatos de eorum consensu ad certam concordiam reduxit, prout in capitulis ac ipsius Felicis PP. literis desuper confectis plenius continetur, & subsequenter pro parte eorundem Episcopi & Joannis Symonis nobis humiliter

* *minoribus.*

* Ecclesiæ.

militer supplicato, quatenus concordiam huiusmodi cum omnibus & singulis suis conditionibus & cautelis, additionibus, capitulis, & modificationibus, aliisque inibi contentis & inde secutis pro illorum subsistentia firmiori rata & grata habere, illáque auctoritate universalis Ecclesiæ etiam ex certa scientia, & de plenitudine potestatis cum suppletione defectuum, si qui in eisdem intervenissent, confirmare & approbare, nec non eosdem Episcopum & Joannem Symonis à quibuscunque sententiis censuris Ecclesiasticis atque pœnis, si quas occasione præmissorum, vel ex eo, quod ipsi ad Gabrielem de Condulmario olim Engenij PP. IV. post ipsius ab administratione Papatus per nos authoritate eiusdem Vniversalis Ecclesiæ factam suspensionem & depositionem contra decreta nostra appellarunt vel eidem Gabrieli suspenso & deposito obedivernnt quomodolibet incurrissent absolvere, & super illis rehabilitare, omnes quoque concessiones & mandata de instituendo aliquem in dicto Vicariatu nec non conferendo beneficia, & de illis providendo, videlicet de canonicatu & præbenda ac præpositura prædictis eidem Friderico, nec non dilecto Ecclesiæ Filio Nicolao Slegel Clerico Patavien. diœcesis de altari Sancti Leonhardi sito in Ecclesia Frisingensi, quæ dictus Joannes Symonis tunc temporis possidebat, prout possidet, ac etiam omnia & singula alia per Cardinalem & Fridericum contra Episcopum & Joannem Symonis prædictos quomodolibet attemptata innovata & facta nulla & irrita fuisse & esse, nullumque effectum sortiri debuisse & debere decernere & declarare, eaque de Registris Supplicationum Bullarum & causarum deleri & cassari mandare, & insuper etiam omnes & singulas causas, lites, & quæstiones inter Cardinalem & Episcopum, nec non Joannem Symonis & Fridericum ac Nicolaum Slegel prædictos, iudicum etiam nomina & causarum status pro expressis habendo, etiamsi in causis ipsis definitivæ vel interlocutoriæ sententiæ latæ & litteræ executoriales desuper expeditæ essent, ad nos advocare & penitùs extinguere, ipsosque Episcopum & Joannem Symonis in statu pristino, in quo videlicet ante attemptata huiusmodi fuerant restituere, & aliàs tranquillitati & quieti partium hinc inde salubriter providere ex Vniversalis Ecclesiæ clementia dignaremur, præfato Cardinali ex adverso replicante eundem Episcopum quandam concordiam per dictum Sanctissimum Felicem PP. V. inter eos aliàs desuper præmissis factam iuxta capitula in ea contenta non observâsse neque adimplevisse, seu illi satisfecisse, & propterea etiam omnia ad statum pristinum, in quo etiam partes ipsæ hinc inde ante dictam concordiam fuerunt, reduci & restitui postulante. Nos igitur attendentes, quod cum Sanctæ Roman. E. Cardinales, qui in supportando Vniversalis & Romanæ Ecclesiæ regimine unà nobiscum & præfato Sanctissimo Felice PP. V. iugi sarcina onera perferre, ac ipsarum Ecclesiarum Prælatos, qui etiam huiusmodi suarum Ecclesiarum quibus præditi sunt, curis intendere habent, deceat ab omni iudiciorum strepitu esse quietos, ac cupientes super his prout nostræ vocationis imcumbit officio ea salubris provisionis adhibere remedia, per quæ quibusvis dissensionum ac iurgiorum amputatis materiis pax & tranquillitas valeant præstante Domino iugiter procurari. Hinc est, quòd matura super his inter nos deliberatione præhabita omnes dissensionum, iurgiorum, quæstionum & differentiarum huiusmodi materias tam inter Cardinalem & Episcopum, quam inter eundem Cardinalem, Fridericum Hamerl, & Joannem Symonis, ac Nicolanm Slegel prædictos communiter & divisim in alterutrum super omnibus & singulis præmissis, & eorum occasione una cum omnibus aliis ab illis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis in iudicium deductis & non deductis quomodolibet subortas & suscitatas, vel quæ suboriri & suscitari possent, quoquo modo sub spe pacis & concordiæ amicabilis, aut remedio iustitiæ terminandas & sopiendas, authoritate Vniversalis Ecclesiæ suspendentes, ac lites & cansas huiusmodi super illis apud nos quomodolibet indecisas pendentes, quarum etiam litium & causarum status nec non iudicum & commissariorum, coram quibus illæ pendere noscuntur nomina & cognomina

præsen-

præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus ab eisdem iudicibus sive commissariis ad nos harum serie literarum advocantes, negotium dissensionum, iurgiorum, quæstionum & differentiarum huiusmodi ad præfatum Sanctissimum Felicem PP. Ut ipse partes ipsas concordet, & pacem inter eas ponat, ac alias disponat, ordinet, ac expediat, prout suæ Sanctitati melius expedire videbitur auctoritate eiusdem Vniversalis Ecclesiæ totaliter remittimus per præsentes. Nulli ergò omninò homini liceat hanc paginam nostræ avocationis & remissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Vniversalis Ecclesiæ se noverit incursurum. Data Basileæ Calendas Junii. Anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

Instrumenta sub Henrico Episcopo XLII.

Num. CCCXXXIX.

Ex Æneæ Sylvii Epistola XXVI.

Ad Casp. Schlickium.

Advenerunt denique literæ Apostolicæ, per Guidonem allatæ, sicut ex Curia * scriptum erat. Has apud me habeo, novem numerò. Sunt in forma plena & sufficienti. Nunc opus est, ut quamtotiùs revertamini, quia, ut spero, possessionem assequimini concupitam.

* Romana.

Num. CCCXL.

Excerpta ex Æneæ Sylvii Epistola LIIII.

Libr. I.

Ad eundem.

. . . . . . Sed jam veniendum est, quo volumus. Binas literas in re Frisingensis Ecclesiæ scripsisti Regiæ Majestati, easque ambas sibi reddidi responsum exigens. Inprimis quid accesserit rescripsi. Secundas præsente Magistro Ulrico in regias manus dedi, quæ mox legendæ Ultico deditæ fuerunt, & vidi Regem in earum dictione satis attentum, qui & hæc verba subjunxit: Consiliarij mei dicunt periculosum esse in hoc negocio quicquam agere, sed oportet nonnunquam etiam cum periculo res aggredi: quod dictum spem mihi fecit possessionis habendæ. Ulricus quoque admodum lætatus est sperans opera sua rem hanc concludi. Ultimo dixit Rex velle se ad concilium hoc deducere: sed quia in crastinum abiturus erat, nihil illic factum est. Scis per hos montes non esse diversoria, ut in urbibus insignibus, nec escarum haberi copiam, Cancellariæque nostræ malum iter patere inter milites: Hoc fecit ut nostri per diem post Regem proficisci vellent. Ego vero timens ne interdum res Frisingensis tractaretur, putansque bonum esse præsentiam meam, ut ambirem Consiliarios & amicitiæ tuæ memoriam facerem, accersito Jacobo & uno familiari, Regia castra secutus sum. Sed nihil in via gestum est, quoniam nusquam rex quievit. At cum essemus in Burgo Judeorum, videns quia consilium tenebatur, commonui regem tui ut memor esset, qui postquam inquit, quieti erimus me commonefacito. Hoc autem infra triduum erit, & sic usque huc producti sumus re infecta. Ego inte-

rim avisamenta nonnulla confeci, quæ Michaël ex latino vertit in Teutonicum, herique Regi obtuli petens, ut in consilio legi juberet, remque Frisingensem expeditioni daret. Conveneram antea Consiliarios, quosque singulatim, & verbis, quæ mihi idonea videbantur, sum allocutus. Sed verum est quod dici solet: bonos consulares malum Collegium. Omnes uno se ore & tuos esse, & causas tuas cordi habere dixerunt. Consiliarij vero præsentes hi sunt: Magister Cameræ, Joannes de Eberstorff, Walterus Zebinger, Leupoldus Aspach. Cæteri absunt. Inter hos res gesta est, legitque Magister Ulricus instructiones quas feci, & quarum copiam cum præsentibus Magnificentiæ tuæ transmitto. Relatus fuit etiam literarum tuarum tenor, sed omnia in vanum transierunt. Hoc enim mihi demum responsum est. Regem impræsentiarum certis ex causis velle supersedere, rogaréque tuam Magnificentiam, ne ægreferat, quia boni respectus esset: mandatumque est Ulrico ut literis regiis te ad Curiam advocet. Hac in causa Frisingensi persuadeo mihi tuam absentiam his in rebus admodum nocuisse, quia præsenti datur, absenti detrahitur. *& post aliqua interjecta:* De Bullis Apostolicis, quas putabas jam esse in Austria nihil subodoro, quod si verum esset jam Henricus me commonuisset. Sed videtur mihi rursus instandum apud Dominum Joannem Caruajal, ut literæ veniant. *rursus post plura.* Tibi autem seorsum scribitur, ut omnino revertaris, quod mihi his rationibus persuasum est. Primum propter Ecclesiam Frisingensem ut interim provideas possessionem habere, quia sequatur postea quicquid velit, res tua in vado erit, quanquam non video, quod hæc Ecclesia manus possit effugere tuas, si velis instare. Nam ut literæ Regum canunt, omnes Eugenio parent, illumque venerantur & colunt. Et impossibile est declarationem adversus eum fieri nisi majus schisma suboriatur. Idcirco perseverare in sententiâ debes & hanc Ecclesiam prosequi quæ tua est, vel Rex ut puto adversus erit dictis suis. Solet enim quod promittit, ratum esse, nec verbum regium facit irritum. Et ob hanc rem venire omnino debes, ne propter absentiam tuam aliquid innovetur per aliquos qui huc dietim veniunt ex Bavaria. Rex præterea multum tui est nunc indigens. Et tunc bonum est servire Principibus cum res præter sententiam eunt. &c. &c. &c.

Num. CCCXLI.

Reverendissimo in Christo Patri, ac Domino, Domino Joanni Sancti Angeli Cardinali Domino suo colendissimo, Æneas Sylvius Poeta Imperialisque Secretarius. S. P. D.

ex epist. 96. . . . . . Obvius fuit nobis apud Sanctum N. ex familia Grunewaldi quidam. En ecce materiam. Cum nomino Grunewaldum, magnum aliquid suspicamini, magnum est hercle. Is obvoluto capite faciéque more gentis contecta, interrogatus est per Joannem meum, cujas esset & unde veniret. Frisingensis sum inquit, & ab Episcopo meo Frisingensi venio. Paulo post à me repertus, itidemque interrogatus, ubi me novit ex Venetiis, inquit, venio, & si ulterius quæris, ex Nurenberga, nec quicquam ulterius respondens, vexato calcaribus equo, festino evasit. Ingessit homo suspicionem cum aliud mihi, aliud Joanni retulisset, nec libenter mihi responderet. Audiveram in via fratrem Cancellarij mortem obijsse, atque hinc conjectatus sum venire hominem sui heri causam promoturum. Dicet hic aliquis, quid tua interest illo mortuo super Ecclesia Frisingensi? Mea nihil, sed Regis interest. Ob quam causam rogo, precor;

cor, obsecro, ne quid innovari permittatis sine literis regiis, nolite Principem offendere, nolite etiam huiusmodi inimico vestro plus credere, quam expediat. Veteres amici semper novis sunt præponendi. Vana est amicitia quam metus facit, non amor. Nescio si vera est mors Frisingensis, quæ dicitur, confingi potest. Si vera est, in oculis regem habere oportet. Sin conficta, & Regem, & Cancellarium. Hos ego V. P. R. quoad possum facio recommissos. Si adest Cardinalis Bononiensis, sibi quoque rem hanc commendarem, qui Regem venerabatur, Cancellarium amabat, & me quoque charum habebat, sed nescio quomodo in assumptione Papæ illum amisimus: multi superbi & insolentes eramus, cum dum in Curia Cardinales, qui nos diligebant, haberemus. Nec enim quicquam erat, quod impetrare tantis promotoribus non possemus. Nam quod vestra prudentia obmittebat, supplebat Bononiensis diligentia. Nunc sola est V. R. P. ubi non proficitis vos, nihil est, quod amplius sperare possumus. Ob quam rem vexabimus amplius nos nec quiescere unquam finemus. Si vultis apud nos, apud Gerse nostram Viennam bene recipi, curate ne quid Romæ contra nos fiat, & omnia quæ petimus fiant, ac deficientis Bononiensis vices supplete. Sed intelligo vos, cavebimus dicitis, nec Almaniam revidebimus. Nam quod legati fuerimus in Germaniam designati, non eo tendit ut veniamus illuc, sed ut pascamus vos verbis, utque vos hinc expelleremus, qui ante pronunciationem legati nolebatis abire. Quis velit in Almaniam venire, Dietas innumeras adire: prædones timere? semper pacem inter homines tractare, qui saxo duriores sunt? & ab aliis jura Ecclesiæ Romanæ petere: quos saciare impossibile est, apud quos nulla honestatis, sed dehonestatis maxima ratio est. Bene atque optime Reverendissimus ille Pater Morinensis deliberavit, qui Provinciam tenuit, nec agrum ille sterilem colere vult, neque illuc ire, unde rarus est cum honore reditus. Sed ille pronunciare voluit cautus & sapientissimus Pater. Nos etiam nominati sumus, non ibimus tamen. Primus sapientiæ gradus fuerat, nolle nominari illum, quia non tenuimus, à secundo non excedimus, qui est non ire. Sic arbitor dicere P. V. Reverendissimam. Sed nihil facitis, nam hoc est quod volunt Almani. Non enim daturus sed recepturus est Legati adventus. Ideoque & si nunquam fiat, non dolebunt. Ipsis provisum est, tuti sunt, in securo sunt. Vos si vendicare jura vultis Apostolicæ Sedis, ut veniatis oportet. Quia si labores fugitis, nihil est quod juvet non venire. Nam literis & petitionibus nostris plus Romæ Paternitatem vestram obtundemus, quam in Germania. Nulla die, nulla hora, nullo momento finemus quiescere Paternitatem vestram. Semper causæ Teutonicæ vos occupabunt. His accedent Hispani, quibus ut morem geratis oportebit, atque hi non precibus, sed minis urgebunt. Nec Veneti, nec Florentini, nec genus ullum Italorum impulsatam relinquent P. vestram. Ibitis Papam rogatum, & nihil obtinebitis. Hoc tormentum est, quo nullum Siciliæ Tyranni durius invenerunt. In tenebrosis aulis cubiculisque vitam inertem felicem ducetis. Quia si Germaniam cito petieritis, nosco naturam vestram, ipsi vos agri saltúsque ferarum inter eundem flumina, lacus, montes oblectarent, & saluberrimus aër. Sed nolo plura dicere, ne cupiditatem nimiam veniendi objectem, qui pro meo commodo nescio ubi magis R. P. vestram esse cupiam Romæ, an in Germania. Valete & me ut sum recognoscite vestrum.

Ex Sena

Num. CCCXLII.

Æneas Sylvius Poeta, Reverendo Patri D. Henrico Schlick electo Frisingensi S. P. D.

Epistola 107.

HEri dum casus, nescio, quis in Curiam me duxisset, Joannes Nieperg literas quasdam Ducis Bavariæ Alberti, sibi & Walthero Zebinger destinatas produxit, Wolfgangóque nostro legendas dedit. In his scriptum erat, Joannem Cardinalem Sancti Martini in Episcopum Frisingensis electum, ac rite confirmatum fuisse, nec aliud sibi obstare ad possessionem adipiscendam nisi Regem & Casparem Sclick, quod sibi injustum tum, tum inhumanum videretur, cum ille jus haberet, Caspar nihil Tituli posset ostendere. Rogabantur ergo illi duo magnisque precibus orabantur, ut Cardinali essent auxilio. Regemque hac infamia liberarent, quem totus orbis injuriari & vim facere Joanni Cardinali cognosceret. Cardinalem verò jam esse propositi regem visere. Sed cum hi duo quasi Regii currus aurigæ forent, rotas volvere deberent, & obviare ne Cardinalem oporteret venire, injurias questum. Hæc ergo partim intellexi, dum legerentur (nam arrigo aures cum Frisingensis Ecclesiam audio nominari) partim vero exposuit mihi Wolfgangus. Nihil illi ad hæc responderunt. Sed id bonam in partem sum interpretatus, quando lectura commissa est nostro. Si quid enim malæ mentis illi habuissent, non permisissent nos hæc scire. Nam qui nocere vult, eos fugiat, qui possunt obsistere: hæ vero literæ cur scriptæ sint, & cujus suasu tanto magis existimare potestis quàm ego, quanto judicium vestrum est ad conjecturam quàm meum sagacius. Mihi non est verisimile, hoc fuisse scriptum, nisi ex hac curia conmonitio processisset. Oportuit namque prius scitum esse qui forent, & apud regem audiri & vestræ partis defensores. Ac mira res ut eadem dies res contrarias tulerit, & nunc mœstitiam, nunc lætitiam dederit. Verum est, quod dici solet: Multa dies variusque labor mutabilis ævi. Retulit in melius nemo diem laudet aut damnet nisi adveniente sero. Hæc mane contigerunt. Sero autem ad me venit tabellarius Apostolicus, qui te quæritans afferre literas tuæ promissionis se dixit. Suscepimus eum omnes gaudio pleni, & in cœna nobiscum habuimus. Is quia non reperit te, statuerat se Viennam venturum latumque literas: Sed amovi sibi hanc mentem retinuique apud me literas * provisionis quæ sunt numero novem, duas clausas ad te remitto & missivas omnes, quæ tum tibi, tum Cancellario diriguntur. Non visum est mihi tutum principales literas majori dimitti periculo. Scitis quia insidiæ sunt, & jam notum erat pluribus in hac curia advenisse nuncium. Satis est tibi has literas in Cancellaria fore. Nam & huc rediture essent cum petenda possessio fit. Literæ plenæ sunt providenturque tibi per reservationem. Et datæ sunt omnes Senis ex die tibi noto. Ego hoc mane id Regi dicam non petens possessionem, quia nihil proficerem, & stultum est petere quod impetrari non potest. Scio hoc reservari in adventum Cancellarii. Sed volo regem sciri nihil falsi per Cancellarium sibi scriptum fuisse de literis. Nunc mihi consultum videtur, ut Cancellario mox scribam, & ut hanc meam Epistolam sibi destines ne quid ignoret, ne vel alium in Curiam mittat nuncium, & ut quam festinanter veniat, puto possessionem haberi posse. Ego literas diligenter asservabo. Non esset forsitan absque usu certum nuncium illi rursus mittere, tu tamen fac ut libet. Et me si quid amplius acturum vis, scribe, quia prona est obedientia mea. Vale optime.

* aliàs promissionis.

Nota.

Plura his simillima in aliis Æneæ Epistolis Lectores eruditi reperient. Nos hæc excerpsimus ex Æneæ epistolis eo ordine, quo sunt typis vulgatæ. Veriorem rerum seriem Lectori relinquimus discutiendam.

Num. CCCXLIII.

In nomine Domini Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto indictione septima die verò lune vicesima prima mensis Decembris hora meridiei vel quasi, pontificatus Sanctissimi in Xsto Patris & Domini nostri Domini Felicis divina providentia pape quinti anno quinto, constitutus personaliter Reverendissimus in Xsto Pater & Dominus Dominus Johannes tit. S. Martini in montibus Sancte Romane Ecclesie presb. Cardinalis Episcopi Frisingensis in mei Notarii publici testiumque subscriptorum presentia habens & tenens in suis manibus quandam papiri cedulam animo & intentione provocandi & appellandi, apostolosque petendi & alia faciendi, prout in ea plenius continetur, quam de verbo ad verbum per me Notarium infra scriptum legi voluit & mandavit, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Coram vobis venerabilibus viris, & te Notario publico tanquam persona autentica hic presente nos Johannes tit. S. Martini in montibus Presb. Cardinalis & Episcopus Frising. animo & intentione provocandi, & appellandi, apostolosque petendi & alia faciendi dicimus & proponimus, quod licet pridie ad Ecclesiam Frisingensem per mortem bone memorie Reverendi Patris Domini Nicodemi Episcopi dicte Ecclesie Frisingensis vacantem canonicè & concorditer per ipsius Ecclesie canonicos electus fuissemus, ac hujusmodi electionis de nobis facte confirmationem à Reverendissimo in Xsto patre Domino Friderico Archi-Episcopo Saltzeburgensi ac Apostolice sedis legato Metropolitano nostro juxta sacrorum canonum dispositionem consecuti fuissemus, Cum autem super hujusmodi confirmatione nostra literas & processus executoriales in talibus concedi solitos & consuetos, nec non alias monitorias sive citatorias literas contra & adversus quendam Heinricum Slick in nonnullis castris, fortalitiis rebus & bonis Ecclesie nostre Frising. intrusum & spoliatorem, aliosque occupatores & detentores bonorum Ecclesie nostre Frising. predicte, ac consecrationis munus tam per nos personaliter, quam etiam successive per plures nostros oratores, nuntios, & procuratores à dicto Reverendissimo Patre Domino Archi-Episcopo decernendam, dandam, & nobis impendendam sepe & sepius, & novissime etiam decem diebus nondum lapsis per Venerabilem confratrem nostrum Dionisium Abbtesmulner Canonicum Ecclesie nostre Frisingens. oratorem & procuratorem nostrum legitimum hujusmodi literas & processus executoriales, nec non alias monitorias & citatorias literas contra & adversus dictum Henricum Slick spoliatorem & intrusum, ac alios mutuatores & occupatores bonorum Ecclesie nostre predicte debita cum instantia requisivissemus, Nichilominus dictus Reverendissimus in Xpo Pater requisitionem & instantiam tam per nos, quam oratores, nuntios & procuratores nostros sepenumero factam minime annuendum duxit, ymo verius recusavit, denegavit & distulit, prout recusat, differt, seu verius denegat in maximum gravamen nostrum ac lesionem Ecclesie nostre Frising. permaximam. Idcirco sentientes nos & Ecclesiam nostram per hujusmodi recusationem & denegationem Justicie innumerabiliter fore gravatam, timensque ex premissis plus posse gravari in futurum, à predicta recusatione & denegatione omnibusque aliis & singulis impedimentis, que ex premissis colligi po-

terunt, ad Sacrosanctam generalem Basiliensem sinodum aut sanctissimum in Xsto Patrem & Dominum nostrum Dominum Felicem papam quintum seu Reverendissimum Patrem Dominum Alamanie primatem in hijs scriptis provocamus, & appellamus, Apostolosque primo, secundo, tertio, instanter, instantius, & instantissime nobis dari & concedi, si quis sit, qui nobis dare possit, saltem à te Notario testimoniales petimus, subicientes nos jusque nostrum ac ipsam Ecclesiam nostram Frisingensem, ac nobis adherentes & omnia bona nostra etiam adherere volentium conjunctim & divisim curationi & defensioni Sacrosancte Sinodi Sanctissimi Domini nostri Felicis pape & primatis antedictorum aut alterius eorundem, presen- solempniter, quod hanc nostram appellationem prosequi insinuare & notificare volumus omnibus & singulis quorum interest aut intererit quomodolibet in futurum suis loco & tempore oportunis, ac quod ab aliis per nos interpositis appellationibus & protestationibus factis recedere non intendimus, sed eis inherere; salvo etiam jure addendi minuendi mutandi corrigendi ac alias seu alias appellationes de novo interponendi, & alias prout fuit & est moris atque stili protestamur. Qua quidem cedula per me Johannem notarium lecta idem Reverendissimus Pater Dominus Cardinalis & Episcopus Frisingens. omnibus melioribus modo via jure & forma quibus potuit & debuit provocavit & appellavit, apostolos petiit & protestatus fuit, & alia fecit, que in predicta cedula latius continentur. De & super quibus omnibus & singulis prefatus Dominus Episcopus sibi à me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum vel publica fieri petiit instrumentum & instrumenta. Acta sunt hec in Castro Frisingensi sub anno indictione die mense hora & pontificatu quibus supra: presentibus ibidem venerabilibus viris Dominis Degenhardo de Salchingen Canonico Ecclesie Frising. Liebhardo Sbalb artium & medicine Doctore ac Johanne Chastner dicti Domini Episcopi Secretario Testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et quia ego Johannes Stadelmair Clericus Frisingensis publicus Apostolica & Imperiali Auctoritate Notarius præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut premittitur, fierent & agerentur, unà cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, hoc præsens publicum instrumentum manu alterius, me aliis occupato negotiis, fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi & in hanc publicam formam redegi, signo & nomine meis solitis ac consuetis consignavi in fidem & testimonium præmissorum rogatus & requisitus.

Num. CCCXLIV.

JOhannes miseratione divina tt. Sancti Martini in montibus S. R. E. Presbyter Cardinalis de Bavaria vulgariter nuncupatus, & Episcopus Frisingensis Ad perpetuam rei memoriam. Piis supplicum votis, hiis presertim, que divini cultus augmentum respiciunt, nostri favoris presidium impartientes pariter & assensum, ea, que propterea ex sincera devotione facta cognoscimus, ut votiva firmitate subsistant, libenter, cum à nobis petitur, nostre confirmationis munimine roboramus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte honeste mulieris Katherine Pötschnerin de Monaco, nostre diocesis, petitio continebat, quod ipsa zelo devotionis accensa, ac cupiens terrena in celestia, & transitoria in eterna felici comercio comutare, quandam Missam perpetuam in Altari S. Anne Ecclesie S. Petri ibidem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, beatissime Genitricis sue Virginis Marie, totiusque curie celestis triumphantis, ob salutem & remedium anime sue, progenitorum & successorum suorum, ac omnium fidelium defunctorum cottidie uno duntaxat die ebdomadatim excepto, celebrandam instituerit, & bonis pro uno presbytero seu cappellano perpetuo ibidem tenendo una

una cum redditibus quondam ad ipsum altare donatis dotaverit, consensu Venerabilis nobis sincere dilecti Ruedolfi de Haeringen sacre pagine Professoris, dicte Ecclesie S. Petri Decani accedente, presentacionem dicte misse, occasionem Juris presentandi, seu patronatus sibi & heredibus suis reservando, prout hæc & alia plura, nec non bona ad ipsam perpetuam missam donata, in literis institucionis, fundacionis, & dotacionis desuper confectis ac coram nobis exhibitis plenius continetur, Quatenus dicte misse institutionem, fundacionem, dotacionem, presbyteri, dinacionem & misse celebracionem admittere, ac ex speciali gratia & favore auctoritate nostra ordinaria confirmare dignaremur. Nos igitur qui cultum divinum vigere & augeri intensis desideriis affectamus, pium & sincerum prefate Katherine propositum condignis in Domino laudibus commendantes, ac favorabiliter promovere volentes, considerantesque, quod nobis in minoribus constitutis, & eo tempore, quo Ecclesiam S. Petri predictam possidebamus, nostram ad hujusmodi fundacionem & dotacionem concessimus voluntatem & consensum, prout in literis nostris tunc desuper concessis ac datis continetur, ac quod prefati Ruedolphi Decani moderni, literatorius & expressus consensus intervenit, predicte Misse institutionem, fundacionem, dotacionem, celebrationem juxta fundacionis & dotacionis literas in omnibus suis clausulis, capitulis & punctis auctoritate nostra ordinaria rite & legitime confirmandum duximus, & confirmamus per presentes In Dei Nomine. Juribus tamen Episcopalibus & Ecclesie parochialis S. Petri sepedicte in omnibus & per omnia semper salvis. Nec non Jus patronatus, seu presentandi ad Missam eandem, hac prima vice, & quotiens illam deinceps vacare contigerit, personam ydoneam per Decanum prelibate Ecclesie S. Petri pro tempore existentem in illa instituendam, sepedicte Katherine & suis heredibus reservantes. Volentes & decernentes, ut omnia prescripta robur habeant perpetue firmitatis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes literas confirmationis nostre sigilli nostri jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & Actum in Castro nostro Frisingensi, die lune vicesima septima mensis Septembris, Anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto.

Instrumenta sub Joanne III. Episcopo.

Num. CCCXLV.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Johanni Ducis alias Grunwalder Canonico Frisingensi Decretorum Doctori salutem & apostolicam benedictionem. Sedes Apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filijs post excessum libenter se propitiam exhibet & benignam. Dudum siquidem venerabilis frater noster Baldassar Episcopus Tusculan. in sua obedientia, de qua partes ille erant, tunc Johannes XXIII. nominatus, omnes dignitates in Collegiatis Ecclesijs principales tunc vacantes, & in antea vacaturas, collationi & dispositioni sue reservans decrevit ex tunc irritum & inane, si secùs super hijs à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Et deinde Prepositura Ecclesie Isnen. Frisingen. Diocesis, que dignitas principalis in dicta Ecclesia, ac sine cura existit, & quam quondam Ulricus Woler ipsius Ecclesie Prepositus, dum viveret obtinebat, per ejusdem Ulrici obitum, qui extra curiam ipsa obedientia durante diem clausit extremum, vacante, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, Venerabilis Frater noster Hermannus Episcopus Frisingensis, reservationis & Decreti predictorum forsitan ignarus

ignarus eandem Preposituram sic vacantem tibi eorumdem reservationis & Decreti similiter inscio, & cum quo tunc super defectu natalium, quem pateris, ex quondam Johanne Duce Bavarie conjugato genitus & soluta, ut eo non obstante ad omnes etiam sacros ordines promoveri, & unum etiamsi curam haberet animarum primo, & deinde, ut eum cum illo unum aliud, ac subsequenter, ut quecunque, quotcunque, & qualiacunque cum cura vel sine cura se invicem compatientia etiam si Canonicatus & prebende, dignitates personatus vel officia in Metropolitan. alijs cathedralibus seu Collegiatis Ecclesiis, & dignitates ipse in Metropolitan. vel alijs cathedralibus majores post pontificales, aut in Collegiatis Ecclesijs hujusmodi principales forent, & ad illas, illos, vel illa consuevissent qui per electionem assumi, eisque cura immineret animarum, beneficia Ecclesiastica recipere & retinere, illáque simplicíter vel ex causa permutationis dimittere, & loco dimissorum alia similia vel dissimilia beneficia Ecclesiastica invicem compatibilia, si aliàs canonicè tibi conferrentur vel assumereris ad illa, etiam recipere & retinere valeres, apostolica fuerat auctoritate dispensatum, ordinaria, ut dicebat, auctoritate contulit, & de illa etiam providit, licèt de facto túque pretextu collationis & provisionis predictarum ipsam Preposituram assecutus illam, nec non parrochialem Ecclesiam Sancti Petri in Monaco dicte Diocesis, cui Decanatus ruralis inibi canonicè est annexus, & cujus tunc per obitum quondam Zacharie Ridler ipsius parrochialis Ecclesie Rectoris extra eandem curiam defuncti vacantis & per dictum Hermannum Episcopum eadem tibi auctoritate ordinaria collate possessionem apprehenderas, ex tunc etiam nulla per te super hoc canonica dispensatione obtenta insimul detinuisti, prout detines, fructus percipiens ex eisdem similiter defacto. Interim verò orta inter te & dilectum filium Oswaldum Meingersrewter Clericum Bambergen. Diocesis super dicta Prepositura, de qua sic vacante tibi provisum, téque illam assecutum fuisse, ut prefertur, ac dictum Oswaldum se provisioni hujusmodi contra justitiam opposuisse & opponere, ac fecisse, & facere, quo minùs eandem Preposituram posses pacifice possidere; dictus vero Oswaldus eandem Preposituram ad se de jure spectare asserebatis, prout ipse Oswaldus adhuc asserit materia questionis. Idem Episcopus tunc Johannes XXIII. causam hujusmodi dilecto filio Magistro Geminiano de Prato Capellano Sedis predicte & causarum Palatij Apostolici Auditori ad dicti Oswaldi instantiam audiendam commisit, & fine debito terminandam, qui in ea ad nonnullos actus inter te & ipsum Oswaldum dicitur processisse. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut oportune tibi & statui tuo super premissis providere de benignitate Apostolica dignatemur. Nos igitur volentes te apud nos de litterarum scientia, vite ac morum honestate, aliisque probitatis & virtutum meritis aliàs multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, hujusmodi supplicationibus inclinati omnem inhabilitatis & infamie maculam sive notam per te premissorum occasione contractam eadem auctoritate Apostolica penitùs abolemus. Volumus autem, quòd Preposituram & parrochialem Ecclesias predictas ex nunc realiter & omnino dimittas. Preterea hujusmodi perceptos fructus de ipsius sedis munificentia tibi remittimus totaliter per presentes. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostre abolitionis, voluntatis & remissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Florentie VII. Kal. Octobris. Pontificatus nostri anno secundo.

Jo. Ilsung]]

R Franciscus de agello.

Num.

Num. CCCXLVI.

WIr Fridreich von Gots Gnaden Römischer Kunig zu allen zeiten Merer des Reichs, Hertzog zu Oesterreich, ze Steir, zu Kernden und zu Krain, Herre auf der Windischen March, und zu Portenaw, Graue zu Habspurg, zu Tirol, zu Phiert, und zu Kyburg, Marggraf zu Purgaw, und Lanntgraf in Elsas. Bekennen und tun kund offentlich mit dem brief, das auf heut dat. des Brieffs für uns kommen ist in unser Statt zu Gretz, da wir in unserr Kuniglichen Maiestat geziert gesessen sein der Erwirdig Johanns Bischof zu Freysing, vnser Fürst, und lieber andechtiger. Vnd hat nns demnticlich gebetten, das wir ihm seine und seins stiffts ze Freysingen lehen, Regalia, Herrlikait, weltlichait, und Lehenschafft, die wir als Römischer Kunig zuuerleihen haben, genediclich geruhten zuraichen und zuleihen. Wan nu des obgenanten Johannsen Bischofs zu Freysing Vorfarn unsern Vorfarn Römischen Kaysern und Kunigen allzeit mit lauter trew und undertenikait gewont gewesen sein, alsdan der egemelt Johanns uns iezt anh ist, desgeleichen wür uns auh hinfür zu ihm unzweifenlich versehen. Darumb mit wollbedachtem mute, gutem Rate unserr Fürsten, Grauen und Getrewen, und rechter wissen, haben wir demselben Johannsen Bischouen zu Freysingen all und ieglich sein und seins stiffts zu Freysing Herrlichait, Lehen, weltlichait, Lehenschafft, Rechr, und weltlich Geriht mit allen eeren, wirden und zierden darzu gehörunden, die wir als ain Römischer Kunig haben zuuerleihen, nichts ausgenommen, genediclich geraichet, und verlichen, raichen und leichen ihm die auh von Römischer Kuniglicher macht in kraft des briefs, mainen, setzen, und wellen, das er solcher Regalia, Lehen, Weltlichait, Herrlichait, Lehenscheffte, Recht, nnd weltlich Gerichte yberall in seinem stiffte gebrauchen full und mug an meniglichs Irrung und widersprechen. Er hat auch uns darumb gewöndlich gelübd und ayde gethan, als ain Römischen Kunige getrew und gewertig zesein, uns für ainen rechten Herrn zehalten, zedienen und zetun, als dan ein Fürst des Reichs ain Römischen Kunig zetun pflichtig ist von rechts wegen. Vnd wir gebieten darumb allen und ieglichen des obgenannten stiffts ze Freising undertanen, es sein Grauen, Freyen, Edlen, Ritter, Knechte, Manne, Ambtleüte, Stete oder Gemainde, und sust allen andern des stiffts zu Freysing pflichtigen, in was wirden, oder wesen die sind ernstlich mir disem brief, das sy dem vorgenannten Bischofen Johannsen zu Freysing in allen sachen, gescheften und dingen, herrlichaiten, weltlichaiten, gerichten und auh sust sein und seins stiffts Regalia und lehen antreffent als ihrem rechten natürlichen und ordenlichen Herren an alles widersprechen gehorsam und gewertig sein, und ihn der auh gebrauchen und geniessen lassen an irrung als lieb Ihn sey vnser nnd des Reichs schwere ungnad zuuermeiden. Mit urkund des briefs versigelt mir unser Kuniglichen Maiestat anhangunden Insigel. Geben zu Grez am Phingstag vor sand Vrbanstag, nach Kristi gepurde vierzehenhundert darnach im achr und vierzigisten iar, unsers Reichs im newnden iare.

Num. CCCXLVII.

WIr Fridreich Römischer Kunig, zu allen zeiren Merer des Reichs Herzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kernden und ze Krain, Herre auf der Wynndischen March, und zu Portenaw, Graue zu Habspurg, zu Tirol, zu Phiert und zu Kyburg, Marggraff ze Purgaw, und Lanndtgraue in Elsass. Bekennen und tun kund offentlich mit dem brief. Wiewol wir allen nnd yeglichen vnseren und des heiligen Reichs vndertanen, und sunderlich Fürsten alle gnad und gütikait zu zaigen pflichtig seinn, so seinn wir doch pillich geistlichen Personen, die mir zetaillen mer genaigt, vnd wan nu der Erwirdig Johanns Bischoue ze Freysing vnser Fürst, und lieber andechtiger für vns komen ist, und hat uns als ain Römischer Kunig diemutiklich gebeten, daz wir ihm seinem stifft, und dem Ersamen TumProbst, Dechant, Ca-

pitel und Kirchen zu Freysing, unsern lieben andechtigen, all und yeglich ir Gnad, Privilegia, Freyhait, Brief, Recht, Landtgeriht, Hochgeriht, Rent, Gilt, Züns, Leüt, und Güter, Zehend, Aigenschefft, Gelait, Besitzung, Wildpenn, und gut loblich gewonhait, Vogteyen, Gruntrecht, Waffer, Wafferleüff, Vrfar, Ertzt, Münnfs, Welde, Vischerey, Meütt, und Zoll, die In von Römischen Kaysern und Kunigen, und den Hochgebornen Fürsten von Oesterreich unsern Vorfaren und Vordern loblicher gedechtnuss, auch Pfallenzgrafen bey Rein &c. und andern Kristenlichen Fürsten und Herren gegeben, und verlihen, und damit sy begnadt sind, zu bestettigen, zuuernewen, zubevestnen, und ze confirmiren, genediklich geruhten. Des haben wir angesehen, und gütlich betrachtet, des vorgenannten Johannsen, und auch der vorgenanten vnsert lieben andechtigen Tumbrobsts, Decbannts, und Capitel fleissig und redlich bete, auh die willigen dinst, die sy sich vns und dem heiligen Reich in künftigen zeiten zetun erbieren, und tun sullen und mugen, und haben In darumb mit wolbedachtem mut, gutem Rath vnserer Fürsten, Edeln und Getrewen, und rechter wissen all und yeglich ir Gnad, Privilegia, Freyhait, Brief, Rechte, Lanntgeriht, Geriht, Hanntfesten, Rennt, Gült, Zinns, Leüt und Güter, Zehendt, Aigenschefft, Lehenschefft, Besizung, und gut loblich Gewonhait, Meüt und Zoll, Vogteyen, Gruntrecht, Waffer, Wafferleüff, Vrfar, Ertzt, Müns, Welde, Vischerey, Meütt und Zoll, die In von Römischen Kaisern und Kunigen, unsern Vorfarn am Reiche, und von den obgenanten Fürsten von Oesterreich, auch den Phallentzgrauen bey Reyn und andern Kristenlichen Fürsten, und Herren gegeben sind, in allen, und ihm yeglichen puncten, stukhen, Clausuln, Artikln, mainungen, und begreiffungen, wie die von wort zu wortte lauten, und begriffen sind, gnediklich vernewet, bestettiget, bevestiget, und confirmiret, vernewen, bestettigen, bevestigen, und confirmieren In die von Romischer Kuniglicher macht in kraft dits briefs, und mainen, setzen, und wellen von derselben macht, das die all nu fürbaz mer kreftig sein und beleiben, und von allermenikleih vnverrukht, und ganz fest gehalten werden sulln, ze geleicher weys, als ob die all von wort zu wort in disem brieff geschriben, und begriffen weren, und das sy der auh an allen enden gebrauchen, und geniessen sulln und mugen, von allermeniklich ungehindert. Vnd wir erfüllen auh von obgemeldter Römischer Kuniglicher macht all, und yeglich gebrechen, ob dhainer von vergessenhait, oder zirung der wort, vnlauterkayt der mainung, oder sust in dhain weis in den obgenanten Privilegien, Freyhaitbriesen, und Hanntfesten, oder auh in disem unserm briefgeschechen weren in dhain weise. Wir leihen auch dem obgenannten Johannsen Bischouen zu Freysingen und seinn nachkomen als ainem Fürste den Ban yber das Plut wissentlich in kraft dits briefs, also das er den fürbaser seinen ambtleüten beuelchen mag, als von alter herkomen und recht ist. Vnd wir gebieten darumb allen und yeglichen Fürsten, Geistlichen und weltlichen, Grauen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Vogten, Phlegern, Ambtleütn, Bugermaistern, Richtern, Reten, Burgern und Gemainden, aller und yeglicher Stet, Merkht, und Dörffer, und sust allen andern unsern und des Reichs vnderthanen und getrewen von Römischer Kuniglicher macht ernstlich und vestiklich mit disem brieue, das sy den obgenannten Bischouen Johansen, sein nachkomen, Stift, Tumbrobst, Dechannt und Capitel zu Freysing an den vorgemelden irn Gnaden, Privilegien, Freyhairen, Briefen, Rechten, Landtgerihten, Gerihten, Hanntfesten, Renten, Güilten, Zünsen, Leüten, und Gütern, Zehenten, Aigenscheffren, Lehenscheffren, Besitzungen, und guten loblichen gewonhaiten, Vogteien, Gruntrechten, Waffern, Wafferleüffen, Vrfarn, Ertzten, Münssen, Welten, Vischereyen, Meutten, und Zollen, In von Römischen Kaysern und Kunigen vnsern Vorfaren am Reiche, und von den obgenanten Fürsten von Oesterreich, auh den Phallentzgrafen bey Reyn, und andern Kristenlichen Fürsten und Herren gegeben, und verlihen, und andern obgemelten stukhen, und diser unser Bestettigung fürbas mer niht hindern, oder irren, noch das den irn gestatten in dhain weiss, sunder sy dabey getreulichen hannthaben, schützen, schirmen, und sy der gerulichen gebrauchn und geniessen, und dabey beleyben lassen, bey unsern und des Reichs hulden, und als lieb In unser und der Reichs swere ungenad, und die Peen in den Privile-

vilegien, und Briefen des obgenanten Bischofs Johannsen, Capitels und Kirchen zu Freysing begriffen sind, zu vermeiden, und darzue auh ain Peen hundert Markh lottigs Goldes, die ein ieder, der geuerlich dawider tete, alsooft und dickh das geschech, verfallen sein soll, halb in unser Kuniglich Kamern, und den andern halben tail den obgenanten Bischouen zu Freysingen und seinem Stifte und Capitel mit sambt den obgenandten Peenen in den Privilegien begriffen, unablassenleich zubezallen. Mit urkund dits Briefs versigelt mit vnserer Kunigl. Maiestat anhangunden Insigel. Geben zu Gretz an Phinztag vor sannd Vrbans tag nach Kristi gepurde vierzehenhundert, darnach in dem acht und vierzigisten iar, vnsers Reichs im newndten iare.

NUM. CCCXLVIII.

WIr Fridreich von Gotes Gnaden Römischer Khunig, zu allen zeiten Merer des Reichs, Herzog ze Oesterrich, ze Steir, ze Kernden und ze Krain, Graue ze Tirol, &c. Bekennen, daz wir den Erwirdigen Johannsen Bischouen ze Freysing, vnsern Fürsten, Rat, und lieben andechtigen, und sein Gotzhans mit irn Geschlössern, Leüten nnd Gütern in unser sunder Gnad und scherm genommen haben, und nemmen auch wissentlich mit dem brief, mainen und wellen, daz si nimand wider recht dring noch beswer in dhain weis. Dauon gepieten wir den Hochgebornen, Erwirdigen, Edeln und nnsern lieben getrewen, allen unsern, und des Reichs Fürsten Geistlichen und Weltlichen, Haubtmann, Granen, Herren, Rittern, und Knechten, Burgermaister, Schultheissen, Richtern, Burgern, Ambtleüten und allen andern vnsern, und des Reichs undertanen und getrewen, den der brief gezaigt wirdet ernstlich, daz sy den obgenannten von Freysing mit seinen Geslössern, leutn und gütern bey diser unser gnad und scherm genntzlich beleiben lassen, und dawider nicht dringen, noch beswern in dhain weis, und des auch niemandts anderm gestatten zetun. Das mainen wir ernstlich. Mit vrkund des briefs. Geben ze Wienn an Eritag nach unser lieben Frawen tag Nativitatis, nach Kristi geburde vierzehenhundert und im acht und vierzigisten Iar. Vnsers Reichs im newndten iare.

Commiss. Domini Regis in Consi.

NUM. CCCXLIX.

NOverint universi, quòd nos Frater de Gamundia Ord. Frattum Heremitarum S. Augustini Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Mitrocomianæ Ecclesiæ, Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Joannis eâdem gratia Episcopi Frisingensis, in Pontificalibus vice gerentes sub anno Domini Millesimo qnadringentesimo quadragesimo nono ipso die S. Remigii in Conventu frattum Heremitarum S. Augustini in Monaco cooperante nobis gratia Spiritûs Sancti, plura dedicavimus Altaria, quorum primnm fuit in Choro, quod in honore Beatissimi Patris nostri Augustini ac SS. Joannis Baptistæ & Evangelistæ Patronorum dedicavimus. Secundum verò in Capella B. Mariæ Magdalenæ Patronæ ibidem dedicavimus. Tertium verò in Ecclesia Altare Virginis gloriosæ ibidem Patronæ. Quartnm verò Altare S. Apostoli Bartholomæi ibidem Patroni dedicavimus. Quintum verò Altare fabrorum in honore S. Episcopi Eligii & S. S. Apostolorum Simonis & Judæ, ac S. Appolloniæ Virginis Patronorum ibidem dedicavimus. Sextum verò Altare in honore S. Elisabeth ibidem Patronæ. Septimum Altare ad S. Monicam ibidem Patronæ, ac Beatissimorum Doctorum Hieronymi, Gregorij, Ambrosij ibidem Patronorum dedicavimus. Demùm octavum Altare dedicavimus in honore S. Catharinæ Virginis ac Martyris eiusdem Capellæ. Ut igitur eadem Altaria in debito conserventur esse, & piorum Christi fidelium mentes seriosiùs & devotiùs ad dicta Altaria inclinentur, tunc omnibus & singulis, qui in prædictorum Altarium Dedicationibus ac Patronorum Festis confluxerint, ex omnipotentis Dei misericordia confisi de thesauro Ecclesiæ supera-

bundanti, ex auctoritate etiam Domini Frisingensis, cuius vices in Pontificali Officio gerimus ad præsens quadraginta dies criminalium peccaminum remissionem in Domino elargimur, cùm tamen de suis fuerint contriti peccatis. In cuius rei memoriam præsentem Litteram nostri Sigilli munimine duximus roborandam. Datum & actum tempore & loco quibus suprà.

Num. CCCL.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Anno à Nativitate Domini Millesimo, quadringentesimo quinquagesimo, Indictione tredecima, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Nicolai Divinâ providentiâ Papæ quinti, anno ejus quarto, die Veneris, quartâ mensis Decembris, horâ quasi vesperorum, Nos Johannes Dei gratiâ Episcopus Ecclesiæ Frisingensis præsenti hoc publico transsumpto, sive instrumento notum facimus universis præsens publicum transsumptum aut instrumentum inspecturis. Quod constitutus coram nobis, Notarióque & testibus infra scriptis honorabilis Vir Dominus Johannes Currificis Plebanus in Lengdorf Frisingensis Diocesis habens & tenens in suis manibus quandam litteram Theotunicalem Sigillo rotundo cum cera ab extrà glauca, ab intrà rubea Illustris Principis Ludowici Comitis Palatini Reni, ac Superioris & inferioris partium Bavariæ Ducis in pressula pergamenea impendente, ut prima facie apparebat, sigillatam, sanam & integram, omnique prorsus vitio & suspicione carentem tenoris infra scripti, petens humiliter idem Dominus Johannes Currificis præfatus cum instantia eandem litteram auscultari, videri, perlegi, transsumi, exemplari, & in publicam formam cum Decreti interpositione redigi, ita, quòd hujusmodi transsumpto tanquam originali in judicio & extra plena fides possit adhiberi, cùm ipse Dominus Johannes jam dictus eâdem litterâ nomine sui, communique ac ecclesiastica libertate in diversis locis, ut asseruit, uti vellet. Nos igitur hujusmodi petitionibus tanquam justis rationabiliter annuentes præfatam litteram, ejusque sigillum vidimus & examinavimus diligenter, ipsamque justam & sanam invenimus, atque illæsam, quare discreto Viro Georgio Tuchinger Notario infra scripto ibidem præsenti mandavimus, prout decuit, ut ipsam litteram fideliter transsumeret, & in publicam formam redigeret, nil addendo, sive minuendo, quod sensum mutaret, aut intellectum variaret. Tenor verò litteræ, unde suprà fit mentio, sequitur, & est talis.

WIr Ludweig von Gots Genaden Pfalzgraue bey Rein, Herzog in Nidern und obern Bayrn &c. Bekennen offenlich mit dem brieffe vor allermenigklich für uns, all unser Erben und nachkomen, wan nu iezo der Hochgeborn Fürste, und lieber Herr und Vatter, Herr Heinrich weilendt, auch Pfalzgraue bey Rein, Herzog in nidern und obern Beyren &c. loblicher gedechtnus, als ain frumer Christenlicher Fürste verschiden ist, und sein leste zeit in diser werlt beschlossen hat, dem Got genadig sey, und wir nu als der recht natürlich Erbherre, und Landtfürst an sein gelassen Fürstentumb, lannd, lewtt, und guet stehen, und gestanden sein, und uns nu die wirdigen, Ersamen andechtigen in Got, wolgeborn, Edel, Veste, Erbern, und weisen, unser lieb getrew, Prelath, Pfarrer und alle andere Priesterschaft, auch Grauen, Freien, Dienstmanen, Ritter, Knecht, Stett, Märkht, Reich und arm, Geistlich und werltlich in allem unsern lande, zu Nidern, und Obern Bayrn, auch enhalb Lechs, und vor dem Behaimer wald, als ihrem rechten, natürlichen Landt-Fürsten, und Erbherren erbhuldigung zuegesagt, und gethan haben, darumbe wir dan von angeborner güett mit sundern genaden als ihr genädiger Herre begirlich zu ihn genaigt sein; haben auch angesehen solich, getrew, willig, und underthenig dienste, die sy und ihr Vordern uns und unsern vorderen ze menigmaln williklich, und unverdrossenlich getan haben, und füran uns, und unsern nachkomen woll thun mögen und sullen. Darumb

umb mit wollbedachtem muth, und zeitigem Rate, so haben wir den egenannten unsern lieben getrewen allen und ieden Prelaten, Pfarrer, und Priesterscheff. te, Grauen, Freyen, Dienstmannen, Rittern, Knechten, Stetten, Märkten, Burgern, Pauren, armen, und reichen, und aller unserer Landtschafft, geistlichen und wertlichen bestättet, verneüen und bestätten ihn auch wissenlich und in kraft des briefs all und ied ihr Handvest, Priuilegi, Freihaitbrief, Gerechtigkait, löblichs altes herkomen, und guet gewonhait, wie sy dann von unsern vordern, Kaysern, Kunigen, Fürsten und Fürstin zue Bayrn, unseren Anherren, und Vatter aller löblicher Gedächtnuss begnadet, begabet, gefreyet, in allen den eren, Rechten, und wirden, als ihn die samentlich oder sunderlich gegeben und verschriben sein, nämlich die grossen Handtvest von Kunig Otten von Hungarn umb den Kauf der Gerihte, Herzog Stephan seinem Brueder, Heinrichen, Otten, und Hainrichen, Kayser Ludweigen, Marggraue Ludweigen, Stephan und Ludweigen dem Römern, Herzog Albrechten und Johannsen von Hollandt, Stephan, Friderichen und Johannsen gebrüedern, Herzogen Ludweigen, und unserm lieben Herren und Vattern Herzog Heinrichen und allen vergangen Fürsten und Fürstin von Bayren aller loblicher Gedechtnuss, dabey wir sy all und yed genadiklich schützen, schermen und halten wellen ungeuarlich. Wir wellen auch allen und yeden Prelaten, Klöstern, Gotshäwsern, Pfarrern und aller Briesterschaft, Grauen, Freyen, Dienstmannen, Rittern, Knechten, Stetten, und Märkten, die dann in unserm lande von unsern vordern säligen Genad, Priuilegi, oder Freyhait samentlich oder sunderlich haben genadigklich füran insunderhait bestattigen, und sy dabey schermen und halten als ihr Genädiger Herre, und wellen, das die all und ied mit allen den punckten, artikeln, eeren und rechten, die daran begriffen und verschriben sind, ihn und allen ihren Erben, und nachkomen, die von uns, allen unsern Erben und nachkomen ewigkleich stätt, ganz und unzerbrochen sullen sein und beleiben, Wir bestätten ihn auch in unserm Obernande und in dem Gebirg das rechtbuech, das ihn von unsern vordern geben ist, als das ihr brief dariber gegeben inhalten, und das auch wir all unser Amptlewt, Vizdomb, und ander die unsern darzue halten, und mit ihn schaffen wöllen, das sy ihn all ir brieue, und Handtvest in allen punckten und artikeln, eren, und rechten stätt halten, die sy von unsern Vordern und uns haben. Wär aber das iemandt in den egenannten unsern Lanndten von uns, oder von unsern ambtleütten, wie die genant oder gehaissen sein, beswärt wären, oder wurden, der oder dieselben sullen uns des erinnern und fürbringen durch sy selbs oder unser Räthe erkantnus, der zum minsten fünf unserer Landtlewt sein sullen, genädikleich abthun und abschaffen, an alles verziehen und genärde, und ob das nicht geschäch, so haben wir ihn vergundt des beieinander zebeleiben, ihn gänzlich unentgolten, und an schaden nach lauth ihrer freyhait, und also gereden wir bey unsern Fürstlichen ehren, und wirden, für uns, all unser Erben und nachkomen, das wir der obgeschriben unser lieben lanndtschaft, geistlichen, und wertlichen, und ihr iedem insunderhait all obgeschriben puntt und artikl stätt und vest halten sullen und wellen in solicher mass, das wir und unser Erben bey unserm Fürstenthumb und Herscheften beleiben sullen, und sy bey den und allen ihren genaden, recht, freyhaiten, brieuen und sigeln auch beleiben lassen, und sy zu recht schützen und schermen als unser getrew Landtslewt und underthan, und das auch sy und all ihr Erben uns und allen unsern Erben dienstleich und beigestendig sein sullen als getrew Piderlewt gen Ihrer rechten Herschaft billich und durch recht thun sullen, und als das bey unsern und ihren vordern herkomen ist, nach inhalt ihrer freyhait, trewlich an alles geuärde. Des geben wir obgenanter Hertzog Ludweig ihn und ihren Erben und nachkomen zu warem Vrkunde und gantzer Gezeügnuss den Brieue für uns, all unser Erben und nachkomen mit unserm anhangendem insigel besigelt zu Landtshuet ain Mitwochen nächst nach unser lieben Frauen tag,

als sy geborn ward nach Christi unsers lieben Herrn gepurde vierzehenhundert und im funfzigisten iahre.

QUa quidem littera per dictum Notarium, ut præfertur transsumpta, ipsum transsumptum cum littera originali diligenti auscultatione præmissa invenimus concordare, ideóque nostrum interposuimus Decretum ac decrevimus ac decernimus per præsentes ut in judicio & extra hujusmodi transsumpto in agendis aut aliàs, ubi expedit, plena possit & debeat fides adhiberi. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, hujusmodi transsumptum, sive publicum instrumentum exinde fieri & per Notarium infra scriptum subscribi & publicari mandavimus, sigillique nostri jussimus & fecimus appensione communiri. Acta sunt hæc in Castro Frisingensi ante stubam Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Johannis Episcopi Frisingensis prædicti, sub anno, indictione, Pontificatu, die, mense, & hora, quibus supra præsentibus ibidem honorabilibus & nobili Viris Magistro Joanne Kirchmair Licenciato & Cancellario Curiæ Frisingensis, Georgio Plebano in Veringen nostræ diocesis & Heinrico Adeltshawser juniore testibus ad præmissa rogatis & requisitis.

Et quia ego Georgius Tuchinger Clericus Frisingensis diocesis publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent, & agerentur, unà cum prænominatis testibus præsens interfui, eáque sic fieri vidi & audivi, ideoque de mandato Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini Johannis Episcopi Ecclesiæ Frisingensis, & ad supradicti Johannis Currificis Plebani in Lengdorf requisitionem hoc præsens publicum transsumpti Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signóque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium præmissorum.

Num. CCCLI.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, in honoréque gloriosæ Virginis Mariæ & beati Corbiniani, quorum res agitur. Noverint universi litterarum præsentium inspectores, quòd Nos Johannes Dei gratiâ Episcopus Frisingensis, Udalricus Nusdorffer Præpositus, Heinricus Smyeher Decanus, Magister Conradus de Lapide Scolasticus, Johannes Türndl Decretorum Doctor, Wilhelmus Greuter, Conradus Smaz, Wigislaus Rorbeck, Nicolaus Slegler, Theodorus Mendorffer, Johannes Pienzenauer, Johannes Symonis Decretorum Licentiatus, Ulricus Kemnater, Wilhelmus Taz, Wolfgangus Weichser, Leonardus Mauttner, Johannes Sachs Theologiæ Doctor, Johannes Greyff Canonici & Capitulares Ecclesiæ Frisingen. more solito capitulariter congregati multis præambulis habitis tractatibus, ut mos solemnis & jurium dispositio in arduis desiderat observari, de certis dirigendis & instaurandis ejusdem Ecclesiæ nostræ utilitatibus tractavimus, unanimiterque competimus, in cjus non modicam utilitatem cedere, si contractus venditionis Castri & Dominii nostri in Ulmarfelden cum suis pertinentiis & redditibus, quem Nos Johannes Episcopus præfatus cum Johanne Neydegker milite pro quatuordecim millibus librarum denariorum monetæ in Ducatu Austriæ currentis, salvo semper nobis, nostrisque Successoribus perpetuæ & liberæ reemptionis ac revenditionis pacto, inivimus, suum sortiretur effectum, prout in litteris contractûs hujusmodi pleniùs continetur. Pro prædicta enim Summa tria notabilia Ecclesiæ nostræ membra cum suis pertinentiis recuperabimus, Castrum scilicet cum Oppido Waidhoven, castrum in Burckrain, & dominium in Inchingen,

gen, quorum duo dudum, antequam nos idem Johannes Episcopus ad ipsam Frisingensem promoveremur Ecclesiam, & tertium nostri regiminis tempore impignorata fuêre. Præterea inter cætera præcipuè consideravimus, utiliùs existere Episcopali mensæ membro uno carere, quàm tribus, quorum ipsum unum membrum videlicet Udmarfelden ex nunc vendendum, per præfatam liberam reemptionem ex fructibus & redditibus hujusmodi trium membrorum annuatim juxta formam inferius describendam, colligendis faciendam ad Ecclesiam nostram suo tempore revertetur. Ut autem contractus ille majori firmaretur robore, Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum gratiosum Dominum Nicolaum tit. S. Petri ad vincula SS. Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem, hoc tempore Apostolicæ Sedis per Allmaniam Legatum consuluimus, & illius auctoritate atque consensu accedentibus deliberavimus capitulariter omnes & singuli, nullo contradicente prædicto tanquam Ecclesiæ nostræ utili assentire contractui, juxta tenorem schedulæ jam dicti Domini nostri legati desuper manu sua propriâ scriptæ, & nobis traditæ, cujus tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis. Quia R. in Christo Pater Dominus Johannes Episcopus comperit contractum quemdam venditionis cum reemptione libera in magnam utilitatem Ecclesiæ cedere posse, quod & Domini de Capitulo non negant, dummodo pecunia, quæ eveniet ad redimendas possessiones impignoratas ante adventum præsentis Pontificis ad Ecclesiam utiliter exponatur, & ordo detur, quòd membrum, quod pro nunc vendi debet, aliquo tempore per reemptionem ad Ecclesiam revertatur. Ordinavimus igitur, quod contractus ille sortiatur effectum, ac quod pro parte Capituli aliquis adjungatur factori Domini Episcopi, qui simul pecunias recipiant ab emente, & exponant pro redemptione possessionum dudum impignoratarum, & illi similiter de redimendis annuos redditus colligant & mille florenos ex illis pro reemptione alienati membri conservent residuum Domino Episcopo assignando. Et hic modus tamdiu servetur, quousque reemptio facta fuerit nisi Domino Episcopo & Capitulo simul aliquo futuro tempore aliud visum fuerit. N. Cardinalis Legatus scripsimus. Verum ex tenore jam scriptæ cedulæ & copiæ litterarum contractûs exortæ differentiæ fuêre pro eo, quòd in cedula ipsa de sex ternariis vini nulla expressa fiebat mentio, nec etiam de qualitate numismatis reponendi, super quibus & etiam assecuratione Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum gratiosum Dominum Fridericum Dei gratiâ Sanctæ Salzeburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopum Apostolicæ Sedis Legatum, Metropolitanum nostrum Nos Johannes Episcopus & Capitulum supradicti adivimus, & per medium ejusdem Domini nostri Archi-Episcopi, & ejus auctoritate ad concordiam & unionem devenimus modo & forma videlicet infra scriptis. Præsenti volentes, decernentes & ordinantes statuto, quòd prædicta summa quatuordecim millium librarum denariorum in nullos alios usus præterquam, ut præmissum est, quomodo convertatur, quodque duo circumspecti, & fide digni viri, unus per Nos Johannem Episcopum, & alios per Nos Capitulum supradictos absque moræ dispendio deputentur, qui simul supradictas pecunias à præfato Johanne Neydegker sumptibus nostri Johannis Episcopi levent, atque percipiant, & eas pro redemptione prædictorum trium impignoratorum membrorum distribuant & exponant. Si verò cujuscunque impedimenti intervenientis obstaculo redemptio eorum membrorum, aut alterius ex eis, de præsenti fieri non posset, ex tunc ipsi duo, ut præmittitur, deputati pecunias illas, quæ in redemptionem hujusmodi conversæ non fuerint, ad communem nostram ordinationem, Episcopi videlicet & Capituli in locum securum consignatas reponant, & conservent, quousque redemptio ipsa valeat obtineri. Quòd si prætacta membra per redemptionem hujusmodi, ut speramus, recuperabuntur, ex tunc per Nos Johannem Episcopum in castris Waydhoven & Burckrain Castellani ponantur utiles & fideles, receptis ab eisdem & apud Nos Capitulum depositis litteris Castellaniæ juxta morem Ecclesiæ Frisingensis recipi

cipi solitis & consuetis; granaria vero & officia dictorum duorum Castrorum & Dominii in Inchingen per supradictos duos Deputatos granatoribus seu officialibus personis ad eadem gubernanda idoneis committantur, qui per juramenta vel litteratorias obligationes se astringant ad ipsa officia & granaria fideliter gubernanda, fructusque redditus & proventus illorum colligendos & percipiendos, qui de sic collectis & perceptis fructibus & redditibus ipsis duobus deputatis añis singulis debitas rationes reddant, de eisdemque ultra legitima ipsorũ officiorum onera respondeant, solvant & satisfaciant cum effectu. Iidem quoque Deputati de fructibus & redditibus ab officialibus & granatoribus eisdem levatis & perceptis per annos octo à data præsenti sese immediatè sequentes, annis singulis mille & quinquaginta florenos Renenses, reliquis verò annis, dictis annis octo succedentibus, etiam singulis eisdem annis mille & quinquaginta flor. Ungaros sive ducatos pro redemptione supradicti alienati membri Udmarfelden & sex ternariorum vini retineant, conservent & in tutum locum per Nos Episcopum & Capitulum ex utraque parte nominandum reponant. Quicquid verò ultra prædictas summas ex ipsis collectis & perceptis fructibus & redditibus singulis annis residuum superfuerit, Nobis Johanni Episcopo præfato & Successoribus nostris canonicè intrantibus annuatim porrigant, & assignent. Et modus præscriptus irrefractim tamdiu observetur, quousque redemptio præfati Castri & ternariorum vini facta fuerit realiter & cum effectu, nisi Nobis Episcopo vel Successori nostro & Capitulo ex utraque parte aliquo futuro tempore aliud visum fuerit ordinandum. Facta autem tali reemptione administratio singulorum membrorum supradictorum ad Nos Johannem Episcopum Frisingensem & nostros successores, veluti aliorum bonorum Ecclesiæ nostræ Frisingen. liberè revertatur & pertineat. Volumus etiam, quòd præfati duo, ut præmittitur Deputati coram nobis Episcopo & Capitulo supradictis jurent, se omnia & singula præmissa, quantum ad eos pertinet, diligenter observare & fideliter adimplere. Quòd si forsan ex aliqua superveniente causa iidem Deputati ambo, vel alter eorum ad exequenda præmissa impedirentur, ita ut ea prosequi nollent, aut non possent, aut si ex causis rationabilibus Nobis Episcopo & Capitulo supradictis amovendi viderentur, ex tunc alii vel alius per Nos Episcopum & Capitulum eosdem in illorum locum surrogentur, qui similiter jurent, ac omnia & singula præmissa etiam diligenter & fideliter exequantur. Sic tamen, quòd Nos Johannes Episcopus & Successores nostri supradictis factoribus per Nos & Capitulum nostrum electis ad omnia supradicta de expensis providere tenemur absque dispendio Capituli nostri. Quotiens etiam aliqui aut aliquis ex granatoribus & officialibus supradictis ipsis duobus Deputatis ex causa legitima amovendi videbuntur, ipsi Deputati illos & eorum quemlibet amovere, & alios, vel alium in locum sic amotorum surrogare poterunt, à quibus surrogatis juramenta aut litteratorias obligationes recipiant super colligendis redditibus, reddendis rationibus ac solutionibus, & satisfactionibus per eos faciendis, quemadmodum superiùs de prioribus granatoribus & officialibus est expressum. Et ut præmissa majori fulciantur robore & firmitate Nos Episcopus & omnes ac singuli Canonici Capitulares suprà nominati unà cum Udalrico Arsinger Legum Doctore Confratre nostro & Capitulari in contractu ipso interveniente, & consentiente, statutum ac ordinationem præscriptas pro nobis ac Successoribus nostris ex utraque parte tactis Sacrosanctis Scripturis juravimus firmiter & inviolabiliter observare. Insuper Nos Fridericus Sanctæ Salzeburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus tenore præsentium etiam notum facimus universis. Quòd cum Venerabilis frater noster Johannes Episcopus Frisingensis, & honorabiles nobis in Christo dilecti N. Præpositus, N. Decanus, & Capitulum supradictum differentias, quas super nonnullis articulorum præscriptorum inter se habebant, pro illorum declaratione seu diffinitione se arbitramento nostro submitterent. Nos matura deliberatione præhabita eos super eisdem differentiis amicabiliter ac plenè concordavimus,

